Vg. 30.142

אגרת אורחות עולם

ID EST,

ITINERA MUNDI.

SIC DICTA NEMPE

COSMOGRAPHIA,

AUTORE

ABRAHAMO PERITSOL.

Latinâ VERSIONE donavit & NOTAS passim adjecit THOMAS HYDE S.T.D. è Coll. Reginæ *Oxon.* Protobibliothecarius Bodlejanus.

Calce exponitur Turcarum

LITURGIA, PEREGRINATIO MECCANA, ÆGROTORUM VISITATIO, CIRCUMCISIO, &c.

Accedit

CASTIGATIO

In *Angelum à Stᵒ Joſeph*, al. dictum *de la Broſſe*, Carmelitam diſcalceatum, ſui Ordinis in Iſpahân Perſidis olim Præfectum.

Contentorum in Notis Elenchus Præfationem ſequitur.

OXONII,

E THEATRO SHELDONIANO, MDCXCI.

Impenſis *Henrici Bonwick* Bibliopolæ *Londinenſis*, apud quem proſtant ſub Signo *Rubri Leonis* in Cœmiterio Paulino.

Imprimatur.

JONATH. EDWARDS

Aug. VI. 1690. Vice-Can. *Oxon.*

TRINITY COLLEGE
LIBRARY
CAMBRIDGE

VIRO

HONORATISSIMO

D. DANIELI FINCH

BARONI DE

DAVENTRIA,

COMITI DE

NOTTINGHAM,

PRINCIPALI REGIS

SECRETARIO,

STEMMATE ET VIRTUTE CLARO,

PROBITATE ET ÆQUITATE SUMMO,

SOBRIO, PIO, JUSTO,

VITA INTEGRO MORIBUSQUE BENIGNO,

CÆTEROQUE

QUO VIRI BONI ORNARI SOLENT DEBENTQUE

CULTU ILLUSTRI,

HANC SUAM OPELLAM

D.D.D.C.Q.

AUTHOR INDIGNUS.

VIRO

HONORATISSIMO

Honoratissime Domine,

CUM ſolicitus eſſem ut iſte Libellus ſub benigni alicujus Literarum Patroni auſpiciis prodiret, ad Te ſtatim tanquam ad melioris Literaturæ Aſylum confugiendum duxi, utpote in quo omnimoda Eruditio & polita Doctrina floreat, eluceat, emineat; uti quoque innatus Candor & ex traducè Probitas & Integritas, quæ tam celſum animum ornare, & ad omnium virtutum culmen & faſtigium evehere & promovere ſolent. Ubi enim Literæ meliùs Patrocinium quærent, quàm ubi ipſarum Decus tam magnificè conſervatur, tam potenter defenditur? Et ad quem Literata Virtus ſe tutiùs recipiet, quàm ad illum ubi omnium Virtutum Honos tam eminenter aſſeritur, tam pretioſè æſtimatur? Hi itaque Labores (utcunque tenues) ſe in ampliſſimæ Authoritatis Tuæ tutelam reponere, & inde protectionem quærere, gaudent geſtiuntque. Ut, dum apud vicinos circumquaque exoritur clamórque virûm clangórque tubarum, & terrâ marique ſæviente bello claſſicum canitur, hæ Muſæ inæſtimabili pacis felicitate in patriâ fruentes, tutò à bellorum fremitu quieſcere & deliteſcere valeant. Tibi enim Tuîque ſimilibus debetur, ut dum Arma ſtrepunt foris, chara Pax floreat domi: ut, quamvis effrœnati & immanes Religionis

ligionis hoſtes dentibus frendeant, hamo illorum faucibus injecto morſus prohibeatur. Hoſtes inſurgentes minantur, ſed Deus eſt Adjutor. Ineffabili certè Dei beneficio Eccleſiæ conceditur tales habere Propugnatores & Vindices, ſub quorum umbrâ tutò conquieſcere poſſit donec pertranſierit calamitas, nullam reformidans ruinam, dum Tui inſtar Columnis fulciatur. Vobis itaque miniſtrantibus, Deus Clementiſſimus potente ſuo brachio, brachium hoſtium Regni & Eccleſiæ frangat, Sceptro ferreo immanitatem domet, ſapientiâ ſuâ infinitâ fraudulentas machinationes retegat, truculenta ipſorum conſilia è cœlis irrideat, irrita reddat, & peſſundet. Ut ſic beatum ſit inclytum hoc Regnum Fide purâ, Religione ſincerâ: proſperum ſit Almâ Pace: creſcat Tranquillitate: floreat Prudentiâ: & ſub Tui inſtar Patronis celebretur eruditarum Literarum cultu in perpetuum. Quod ſupereſt, leve hoc Munuſculum, ſicut benignè Te accepturum ſperem, ita ut clementer acceptes ſubmiſſè rogo; idem interim ipſe precatus, ut Deus diu Te ſalvum & incolumem præſtet, & vitam diutinè prorogare dignetur, ut ſerus ad Superos tranſeas. Quod venerabundus à Deo Opt. Max. exoptat & ex animo vovet

Tui, Illuſtriſſime Domine,

Cultor obſervantiſſimus &

Servus devinctiſſimus

THOMAS HYDE.

Dabam Oxonii,
Aug. VI, MDCXC.

VIRO
HONORATISSIMO

Honoratissime Domine,

CUM ſolicitus eſſem ut iſte Libellus ſub benigni alicujus Literarum Patroni auſpiciis prodiret, ad Te ſtatim tanquam ad melioris Literaturæ Aſylum confugiendum duxi, utpote in quo omnimoda Eruditio & polita Doctrina floreat, eluceat, emineat; uti quoque innatus Candor & ex traducē Probitas & Integritas, quæ tam celſum animum ornare, & ad omnium virtutum culmen & faſtigium evehere & promovere ſolent. Ubi enim Literæ meliùs Patrocinium quærent, quàm ubi ipſarum Decus tam magnificè conſervatur, tam potenter defenditur? Et ad quem Literata Virtus ſe tutiùs recipiet, quàm ad illum ubi omnium Virtutum Honos tam eminenter aſſeritur, tam pretioſe æſtimatur? Hi itaque Labores (utcunque tenues) ſe in ampliſſimæ Authoritatis Tuæ tutelam reponere, & inde protectionem quærere, gaudent geſtiuntque. Ut, dum apud vicinos circumquaque exoritur clamórque virûm clangórque tubarum, & terrâ marique ſæviente bello claſſicum canitur, hæ Muſæ inæſtimabili pacis felicitate in patriâ fruentes, tutò à bellorum fremitu quieſcere & deliteſcere valeant. Tibi enim Tuîque ſimilibus debetur, ut dum Arma ſtrepunt foris, chara Pax floreat domi: ut, quamvis effrœnati & immanes Religionis

ligionis hoſtes dentibus frendeant, hamo illorum faucibus injecto morſus prohibeatur. Hoſtes inſurgentes minantur, ſed Deus eſt Adjutor. Ineffabili certè Dei beneficio Eccleſiæ conceditur tales habere Propugnatores & Vindices, ſub quorum umbrâ tutò conquieſcere poſſit donec pertranſierit calamitas, nullam reformidans ruinam, dum Tui inſtar Columnis fulciatur. Vobis itaque miniſtrantibus, Deus Clementiſſimus potente ſuo brachio, brachium hoſtium Regni & Eccleſiæ frangat, Sceptro ferreo immanitatem domet, ſapientiâ ſuâ infinitâ fraudulentas machinationes retegat, truculenta ipſorum conſilia è cœlis irrideat, irrita reddat, & peſſundet. Ut ſic beatum ſit inclytum hoc Regnum Fide purâ, Religione ſincerâ: proſperum ſit Almâ Pace: creſcat Tranquillitate: floreat Prudentiâ: & ſub Tui inſtar Patronis celebretur eruditarum Literarum cultu in perpetuum. Quod ſupereſt, leve hoc Munuſculum, ſicut benignè Te accepturum ſperem, ita ut clementer acceptes ſubmiſſè rogo; idem interim ipſe precatus, ut Deus diu Te ſalvum & incolumem præſtet, & vitam diutinè prorogare dignetur, ut ſerus ad Superos tranſeas. Quod venerabundus à Deo Opt. Max. exoptat & ex animo vovet

Tuî, Illuſtriſſime Domine,

Cultor obſervantiſſimus &

Servus devinctiſſimus

THOMAS HYDE.

Dabam Oxonii, Aug. VI, MDCXC.

BENEVOLO LECTORI

Χαίρειν καὶ ἀπερίπλεω.

SEquentis Libri Autographum ſeu Exemplar MS unde hæc Impreſſio deſumpta eſt, extat inter Codices Laudianos in Univerſitatis Oxonienſis Bibliothecâ Publicâ Bodlejanâ: cui adjunximus aliud Exemplar MS Venetiis pro me emptum procuratione Ampliſſimi Viri D. Thomæ Boon Mercatoris Londinenſis, cujus humanitati multa debeo. Hic Liber dicitur Venetiis impreſſus: quod ſi ita factum, hodie reperiri non potuit. Hebraicè ſcriptus eſt paulo ante Angliæ Reformationem, ut ex Authoris Præfatione conſtat. Titulus ſumptus eſt ex Job XXII. 15. *Stylus maximâ ex parte purè Hebraicus eſt: verba tamen & phraſes Rabbinicæ recentiores ſubinde admiſcentur. Quod autem indifferenter Adjectiva pluralia fœmininæ formæ cum Subſtantivis pluralibus maſculinæ formæ (& vice verſâ) ferè perpetuo & quaſi ex induſtriâ conſtruantur, nemo miretur; cum hujus Linguæ genius talis ſit ut id aliquando etiam in S. Bibliis fiat, Davide Deum precante, ut* עונות ראשונים iniquitatum priorum *recordari nolit. Et in prophetia Jeremiæ memorantur* תאנים טובות ficus bonæ. *Nam pluralium nominum Terminatio non ſemper eorundem Genus vel maſculinum vel fœmininum determinat; uti ſuſpicari liceat, cum ab* אלה *fiat* אלים, *&* à תהלה *fiat* תהלים, *&* ab היכל *fiat vel* היכלים *vel* היכלות, *&* à תאנה *fiat* תאנים, *cum ejuſmodi aliis, &* ab אב Pater *non ſit aliud plurale quam* אבות *eâ terminatione quæ vulgo reputatur fœminina. Sed Genus à formâ ſingulari potius petendum & dignoſcendum eſt: cum ſint quædam pluralia ſuâ naturâ maſculina quæ amant terminationem fœmininam, & ſuâ naturâ fœminina quæ amant terminationem maſculinam. Adeo ut aliquando vocum natura, & non ſemper terminatio reſpicienda ſit.*

Autor fuit Judæus Avenionenſis, cujus nomen פריצול *abſque vocalibus ſcriptum, vulgo effertur* Peritſol, *non ſatis punctualiter. Nam abſentibus Vocalibus, quiſque legit prout ſibi videtur, ut ſemper fit in Propriis exoticis, unde errores multi; & ſubinde in Appellativis. Aliquando paulo aliter ſcribitur* פַּרְיסוֹל: *& utrumque rectius pronuntiandum eſt* Pareſol, *vel potius* Paraſol, *cujus ſignificatio Appellativa eſt i. q.* Quitteſol *ſeu* une Ombrelle *quâ in calidio-*

calidioribus regionibus utuntur homines ad Caput à Sole tuendum ejuſque calorem arcendum & ardorem amoliendum. Ipſe ſuum nomen aliquando plenius ſcribit אברהם בן פריצול Abraham filius Peritſol: *& apud D. Bartoloccium in Bibliothecâ Rabbinicâ ſcribitur* אברהם בן מרדכי פריסול Abraham filius Mordecai Pareſol. *Iſte alium quoque Librum ſcripſit, (cujus ipſe meminit, & nos in Bibliothecâ Publicâ poſſidemus,) cui Titulus* מגן אברהם Clypeus Abrahami: *eſt ſc.* ויכוח Diſputatio *contra Chriſtianos. Dicitur etiam ſcripſiſſe* פירוש על איוב Commentarium in Job.

Quid Judæus noſter in hoc Opere ſuo præſtiterit, Lector Capitum Elenchum percurrendo melius & facilius percipiet, quàm ut opus ſit repetere. Ignoſcendum eſt nugis de Judæis in Oriente & Septentrione incluſis, quippe quod etiam à pleriſque ejuſdem Gentis hominibus nimis ſuperſtitioſè credatur. Iſte Liber methodicè ſcriptus eſt, verum Coſmographiæ ſcopum & methodum proſequendo, pleraque ſatis bene tractans; Benjamini Itinerarium multis poſt ſe Paraſangis relinquens.

Ego Notas aliquas adjeci, idque plerumque ut rectè ſed obſcurè dicta illuſtrarem, partimque aliquando ut perperam dicta corrigerem & taxarem. Ne autem Libellus in nimiam molem excreſceret, multa notatu digna non tetigi, ea in aptiorem locum reſervans, ſi Deus vitam & vires ſuppeditaverit.

Suaſu Viri admodum Reverendi D. Joh. Fell Epiſcopi Oxon. defuncti, aliquando editurus eram Abulphedæ Geographiam Arabicam: illo autem decedente, Opus intercidit. Donec vero is Autor forte prodeat, ejus locum & vicem aliquâ ex parte ſupplere poteſt iſte Coſmographus, te per pleraſque Orbis partes deducendo. Ideoque (Lector Benevole) manum porrige, Librum accipe, per Orbem expatiare iſto duce: Gentes inviſe, præſertim maritimas iſto indice: viam capeſſe per totam Europam, per Aſiam, Africam, & Americam: Polos viſe, Garamantes Indoſque viſita, ad Perſas Arabeſque penetra: deinde itineris feſſus ad Europæos domi relictos rediens, pace ac quiete fruere tam domi quam foris. Vale.

Addenda paginæ 16, poſt verba *eodem nomine gaudeat.*

Partium Mundi	apud Seres	nomina Characteribus Sericis expreſſa.	
四 *ſi ti quatuor*	歐 *Eu*	亞 *Ya*	亞 *Ya*
大 *ta magna*	墨 *lo*	細 *ſi*	米 *me*
州 *cheu partes*	羅 巴 *pa.*	亞 *ya.*	加 *li*
in quas totum	*Europa.*	*Aſia.*	亞 *kia.*
Mundum dividunt			*America.*

Seres videntur trium priorum Mundi partium nomina (ut & Philoſophiam ſuam) olim accepiſſe à Græcis ; idque non tantum propter conſonantiam & ordinem, ſed & propter *Libyæ* nomen loco *Africæ*, ejuſque apud eos pronuntiationem more Græco *Liuya*. *America* autem nomen (utpote nuper in Chinam invectum) neceſſario habuerint à Luſitanis Nautis & Miſſionariis illuc profectis. Alias enim naturali ſuo modo de generali Mundi diviſione longe aliter loqui ſolent. Namque totus citra Chinam Mundus (ut *Europa*, *Aſia*, & *Africa*,) quia ad Sinarum Occaſum, illis dicitur *Si yam*, i. e. *Occidentale mare* ; vel *Ta ſi yam*, i. e. *magnum Occidentale mare*. Sic nempe loquuntur totum Continentem Occidentalem & omnia Mundi Regna Sinis Occidentaliora (exceptâ *Tatariâ*,) eo nomine intelligentes. Et hinc inter reliqua, peculiariter nomen ſortitum eſt regnum *Siam* in Indiâ, quia *verſus mare* ſitum *ad occaſum* Sinarum ; quod in magno Globo Cæſiano legitur *Sian*, (& ſic apud Garçiam ,) quæ eſt verior ſcriptio. Nam & Sinicum nomen notans *mare*, quod à Miſſionariis & aliis Luſitanico more ſcribitur *Yam*, revera pronuntiandum eſt *Yang* : aliàs enim Sinenſium pronuntiationi non reſpondet ; uti plenius (cum aliis ad Sinicam pronuntiationem ſpectantibus) docuimus in Præfatione *Epiſtolæ quam de Sinenſium Ponderibus & Menſuris, & Muro magno, & Foliorum planta Chà collectione ſuperſtitioſa* edidimus 1688. Et ſic reliqua fere omnia nomina Sinica deſinentia in *m*, quæ (dicente Martinio) aperto ore pronuntianda ſunt. Noſtrates autem ea ſumpſerunt à ſcriptione Luſitanorum, quorum tamen pronuntiationem ignorarunt, quod mille errores peperit. Hinc in impreſſis Chartis corrigatur *Aynam* inſula, pro *Haynan*. Sic etiam nomen *Tantam* ab incolis (ut in Epiſtolis Malaicis ad Reges Angliæ olim miſſis obſervavi,) ſcribitur بنتان *Bantan* ; quod hodie vocatur سورابيون *Suroſoàn*, ut in Regis Bantamenſis Credentialibus Literis (quas 1683 pro Rege Angliæ ex Arabico interpretatus ſum,) ſæpius ſcriptum reperi, tacitâ prorſus nominis *Bantam* mentione. Occidentalis itaque Mundi pars (ut ſupra) dicitur *Si-yang*, & pars Orientalis *Ge-puen* ſeu *Je-pen*, i. e. *Solis origo* ; quo etiam nomine peculiariter notatur *Japonia* regnum, inde vulgo dictum *Japan*. Ad *Septentrionalia* Mundi regna deſignandum, generale nomen *Tata* (tam *Tatariam* quam *Tataros* notans) nominaſſe ſufficit. China ad *Auſtrum* terminatur mari & *Kiao-chi* Luſitanis dictâ *Cochin-China*, cum quibuſdam Inſulis, quarum major eſt *Hay-nan*, i. e. verbo tenus *mare auſtrale*, hoc ſolo nomine totam illam plagam oramque ſubinde notante. Nam *mare* alias Sinicè vulgo vocari ſolet *Hay*. Ad nudas vero Mundi plagas ſine reſpectu ad regna notandas, habent alia vocabula ; ut *Tung*, i. e. *Oriens* ; *Si*, i. e. *Occidens* ; *Pe*, i. e. *Septentrio* ; *Nan*, i. e. *Meridies*. Et hinc Regis Sinarum verſus Aquilonem civitas, ubi in æſtate reſidet, vocatur *Pe-king*, i. e. *Septentrionalis Regia* ſeu *Aula* ; & ea verſus Auſtrum ubi in hyeme, *Nan-king*, i. e. *Auſtralis Aula*. Hæc in Ulugh-Beighi & Naſſireddini Tabulis reſcribenda ſunt پيكن *Pekin* & نانكن *Nankin* : pro quibus ex Scribarum ignorantia hodie legitur tantum پنجو *Pangjou*, & in Abulpheda پنجو *Tangjou*, male : nam impunctata invenientes, Puncta pro lubitu appoſuerunt Scribæ. Quin & reliqua fere omnia apud Ulug-Begum Chataica ſeu Sinica vitioſe leguntur : quæ (ſi Literarum Patronis imprimendi ſumptum facere placeret,) facile reſtituere & emendata edere poſſem ; additis inſuper plurimis aliis Capitibus, uti de eorum Idololatriâ, opinionibus de Deo & Paradiſo, de Gehennâ & gradibus & modis ſupplicii, de Literaturâ & Libris & Chartâ, & imprimendi modo & antiquitate, de Doctorum virorum Gradibus & modo promovendi in Philoſophiâ, & deinde in Militiâ ; & de modo perveniendi ad Dignitates in Aula Regia ; cum Pyxide ſortilegâ, & Compaſſo Ventorum, & Symbolo Apoſtolico, & Decalogo, & Familiaribus Colloquiis, & Epiſtolarum Formulis, & aliquot Geographicis, aliiſque pluribus ; cum omnium Characteribus Sericis & eorundem Sonis.

LES Romances *quomodo appellentur apud Hebræos. p.* 1. *De Judæorum Computo ſec. Numerum minorem, ſubintellecto majori; & nominis Æræ derivatio. p.* 2. *Diverſitas nominum & varietas notionum in appellando* Mundum *apud varias Gentes. p.* 9. *Ratio nominum* Europæ, Africæ, & Aſiæ, & Africam *olim eundem Continentem fuiſſe cum* Europa; *totius Orbis dichotomiam exhibens. Quid Judæi intelligant per* Edom, *quid Græci per* Heſperiam. *p.* 12, 13, 14, 15. *Cur* Libya *ſic vocetur. p.* 16. *D. Golii lapſus in vocibus* Aquel Amarig. *p.* 16. Shalem *eſſe* Jeruſhalem, *& ſuccincta ejuſdem Hiſtoria, cum variis hujus urbis nominibus omni ævo apud Hebræos, Arabes Perſas, Samaritanos, Græcos, alioſque: ubi Herodotus emendatur, & Talmudis locus reſtituitur. Hujus urbis Antiquitas, Conditor, Reſtaurator, in monte Moriah extructio, & nominis* Jeruſhalaim *in forma Duali rejectio. p.* 17, 18, 19. *De* Rimmon *Hiſpaniæ. De* Tanai & Dona *fluviis, & de* Mæotide palude *quomodo vocetur Arabice? Derivatio nominis* Moldaviæ. *p.* 20. *Nominis* Flacii *origo. Unde venerint* Turcæ. *Literarum in aliquot Græcis nominibus metatheſis. p.* 21. Hungaria, Polachia, Polonia, Dalmatia. Scotiam *à quibuſdam perperam habitam fuiſſe pro Inſula. p.* 21. Cilicia *& varia ejus nomina apud Turcas & Arabes. p.* 22. Tanger, Arzilla, & Pheſs, *quorum duo priora aliq. corrupta.* Phœnicum Columnæ *earundem inſcriptio. p.* 22, 23. Mare Oceanum & Mons Atlas, *um eorum nominibus. p.* 23. Tanger *Romanis dicta* Jol. [*Alii olunt* Jol *ſeu* Juliam Cæſaream *eſſe regnum* Alger, *ejuſve oppium* Tenez *ab urbe* Alger *in occaſum* 125 *milliaribus diſtans.*] unis. *p.* 24. *Tatarorum* Cam *cur dictus* Magnus Canis. *p.* 25. *De inſula* Taprobana *ſeu* Zeilan *in mari Indico, cum ejuſdem nominibus lingua & literis Zeilanicis. Emendatur* Agathemeres, *illuſtratur* Am. Marcellinus, & Philoſtorgius, & Nicephorus, & *hujus Interpretis Latini error notatur. Refutatur* Gothofredus. *Emendatur* Baronius. *p.* 25, 26. Regis Selanenſis *Titulus & Incolarum Epithetum. Altiſſimus mons* Rohvan. Cinnamomi *no-*

men lingua Selanica, & de Cinganis *ſeu* Singalis *inde denominatis. p. 26.* Eldad Danæus & Benj. Tudelenſis. *p. 27.* Scythi *cur* Sacæ *dicti: &* Σακέα *Perſarum vel potius Chaldæorum Feſtum. p. 29,* Chataia & Kara-Chataia: Scythiam *eſſe* Chataiam: *error in nomine notatur, & ejuſdem ſignificatio Sinica (ſi quam habeat) docetur. p. 30.* Riphæorum *montium nomen fictum. Noſter totum Clima tranſilit. De Climatibus ex* Calcaſhendio & Abulpheda. *p. 30, 31.* Seres *ubi ſint & quinam ſint. p. 31. Nominis* Serum *ratio ſeu corruptio parallelis exemplis illuſtrata.* Seres *non à Serica tela, nec hæc ab illis, ſed à lingua Perſica. p. 32.* Gibeltar *ejuſque nomina.* Mariana *refutatur.* Lexicon Geographicum *emendatur. p. 36.* Gades *inſulæ, & quid ſit* Gadet *tam antiquo uſu Biblico quam hodierno uſu in Palæſthina. p. 37, 38. De* Sinu Magno *taxatur noſter. p. 39.* Machoz *quid ſit. Cur* Cteſiphon *vocetur* Mochuze. *Syrus ſcribens* Ye *pro* Nun *corrigitur.* D. Buxtorfius *in nomine* מחוא *lucem fœneratur. p. 40, 41.* Syriæ & Cœloſyriæ *nomina. p. 42. Emendatur* Plinius *legens* Magog *pro* Mabog, *qui locus viros doctos hactenus ſeduxit & eorum accurationem fugit. Emendatur* Strabo *qui* Bambycen *cum* Edeſſa *confundit. Unde fiat nomen* Bambyce. Noſeiræi *quales ſint & ubi ſint. p. 42, 43.* Carthago *quale nomen, cum aliis.* Hannibal, Aſdrubal. Didonis *fraus qua Carthaginenſium Regem circumvenerat portionem terræ emendo. p. 44.* Cananæi *à Joſhua pulſi, in oram Barbaricam conceſſerunt. Hæc res illuſtrata ex* Auguſtino *Hipponis in eadem Ditione Epiſcopo. Quales erant* Κίτιοι, Ἀνακες, Καδμεῖοι. *Quid ſit* οἶνος, λάμπας, πιλλακὶς, ἔρα, *& Latinorum* Ave. *p. 45.* Plauti *Verſiculus exponitur. In* Euſebii *Præp. Evangelica quid ſit* Χάος, Μὼτ, Σωφασημὲν, Βεελσαμὶμ, Μισὼρ, Συδὺκ, Τάαυτος, Θωὼρ, Θωὼθ, *ſeu* Θὼθ, Ἐλιὼν, Ἴλον, Δαγὼν, Βηρὼθ, Ἐλωὶμ, Ἀσταρτὴ, Μὲθ, Βααλτὶς, Ἰεὼδ, Ἀνωβρὲτ. *p. 45, 46.* Ægyptios *magnam ſuæ Theologiæ partem habuiſſe à Phœnicibus. Quid ſit* Ἶσις, Ὄσιρις, Ὧρος, Ἄπις, Σέραπις, Βάκχος, Ταμμὺζ, Βεελφέγωρ. *Plura de* Θωὼθ, *ſeu* תעות *ſive* طاغوت: *& de idolis* Al Uza & Al Lât, [*quod non eſt* اللات Alihat *ſeu* Dea, *ut minus recte D. Seldenus de Diis Syris.*] Phœnices *homines &* Phœnix *avis, unde dicta. p. 47. De* Mauritania & Ohtor & Sûs *Legati Maroccani patria.*

tria. p. 48. Mauros *non eſſe nigros, ſed albos: at cur nigri cenſeantur. Quale ſit* Freti Gaditani & Mauritaniæ & Maurorum *nomen: ubi de* Iberia *duplici, & de* Ibræo *ſeu* Hebræo *nomine. Hiſpani pronuntiant* b *pro* v, *& vice verſa. p.* 48. *De* Barbaria, *cum ratione nominis. De* Al Gurb, & Al Garbes, & Al Arbes *; & noſtrorum Mercatorum de nomine* Alarbes *error ab Andaluſenis Hiſpanis acceptus, & de* Judæorum & Maurorum *ex Luſitania expulſione. p.* 49. *Quid Judæi volunt per* Edom. *Quomodo* Roma *vocetur Hebraice. p.* 51. *Quid ſit* Togar, *& quales* Togarmim. Conſtantinopolis, *&* Archipelagus, & Propontis, & Eliſa *ſeu* Ἑλλας, & Javan, & Rum *ſeu* Rumæa, *cujus prava interpretatio in medicorum Libris multos errores peperit. p.* 52. Stanbol *abbreviatum à* Conſtantinopoli. Ibid. [*eadem ratione qua Myſiæ inferioris urbs* Ioannopolis *vulgo dicitur* Jambol.] Chalcedon *cur dicta* Cœcorum villa. *p.* 52. *Quomodo* Byzantium *in aliqua Turcarum prophetia vocetur, quod quidem nomen ab aliis de alio loco accipitur. Dicta* prophetia *ſuis Characteribus reſtituta. Aliæ Turcarum* prophetiæ *ſuam ruinam minitantes memoratæ. p.* 53. Maris Adriatici *nomina.* Ευροκλύδων *fuiſſe vulgarem pronuntiationem pro* Ευραχύλων, *eodem modo quo vulgus errabat in* Γόλγοθα *pro* Γογόλθα, & Βοανέργης *pro* Βεναμέργες. *p.* 54. [*Sic* ΕΦΦαθα *pro* Ἐθπεθα, *cum aliis.*] Ἐπίδαμνος, Δυρραχία, Κόρφος, Φάλαξ, Δρεπάνη, Σχειρία. Modon & Coron *quomodo hodie vocentur.* Ἡλιήπολις, Καλλίπολις, Σέστος, Ἄβυδος, Dardanelli. *p.* 55. Τένεδος, *& variorum locorum nomina Turcica, quæ in medium adducuntur ut inde conſtare poſſit qualis ſit Turcarum mos in mutandis locorum nominibus, ut ſolent Victores. p.* 55. *De mari* Euxino, *& de* Cimmerio. *p.* 57. *De* Beryto. *p.* 58. Æſtuarium *maris inter Ægyptum & Palæſthinam. p.* 59. *De mari* Sûph & Sûpha *herba. p.* 60. [*Hoc in Monumento Sinico vocatur* Coralli rubri mare.] Aram-Soba, *ubi ſit, de cujus ſitu expenditur locus Biblicus* 2 Sam. VIII. 3, *collatus cum* 1 Chr. XVIII. 3. *p.* 60, 61. *De* Caravanis & Seraglio. *p.* 61. *Emendatur D. Bartolocii Citatio in Bibliotheca ſua Rabbinica. p.* 63. *Quomodo* (*ſec. noſtri authoris ſententiam*) *mare* Caſpium *evacuatur per aſcenſum in nubes. Docetur autem verior ratio qua Maris Caſpii aquæ exhauriantur. p.* 64, 65. *Quia vero hoc mare abſque ullo viſibili diminutione aut decurſu ſubſiſtere videtur, noſtro Authori vocatur* Mare mortuum. *p.* 65. *Varia*

maris Caſpii *nomina, & cur vocetur* Caſpium, *& cur* Hyrcanum. *p. 65,66. Taxatur D. Goltius qui in notis ad Alferganium confundit* Eracas, *earumque ſitum male deſcribit, ſeductus fortaſſis nomine* Eracan, *i. e.* Cupha *&* Baſra, *quæ ambæ in* Eracarum *altera ſeu Chaldæa ſitæ ſunt. Duarum enim* Eracarum *una eſt in medio Perſidis, quæ eſt* Erac Perſarum; *& altera (quæ eſt* Babylonia *&* Chaldæa) *eſt juxta Arabiam, ideoque dicta* Erac-Arabum: *& in hacce* Erac *majore ſunt adhuc duæ* Eracæ *minores, quas ille pro duabus majoribus perperam accepit, egregio παροράματι: cum certe rectiora noverit, ſi attentius rem perpendiſſet. Sed aliquando vel nimium feſtinant vel dormitant Authores optimi. p. 65,66. Qualia nomina ſint* Abghun *&* Aſghun *&* Aboſghun *explicatur; cum* Alterabad, *aliiſque. p. 67.* mons Taurus *cur ſic dictus. Judæorum fabula de Deſerto* Chabor. *p. 70. De uſu & origine vocis* Ambaſciator. *p. 70,71.* Schiavonia, Raguſa, Ἐπίδαυρος, Αὐλωνία, Τδρῦς. *p. 71.* Morea *cur ſic vocetur. p. 72. Deſcribitur ubi ſit* Terra Uz. *Jobi patria, quo tempore vixit* Job, *qualis fuerit, & quales ejus Amici. Qualis fuerit & ubi fuerit* Balaam. Βόσρα *ſeu* Boſra *ſec. Ptol. eſt in terra* Edom: ✠ *quod confirmatur ex* Iſa. XXXIV, 5, 7. Gladius meus diſcendet in Edom: --quia Sacrificium Domino in Boſra, & magna cædes in terra Edom. ✠ *Inundationis in Arabia famoſiſſimæ mentio. p. 72, 73, 74. Quales fuerint* Maunæi *ſeu* Minnæi *ex* 1 Chr. XXVI. 7, *ubi detegitur in S. Bibliis Scribarum lapſus in* Ammonim *pro* Maunim *facta literarum metatheſi. Et ſic* 2 Sam. VIII. 12, *legitur* Edom *pro* Aram. *p. 74.* Damiata *ſeu* Caphtor. *p. 75.* Corbachia *&* Sinigallia. *p. 76.* Trenta *dicta* Sheloſhim. *p. 77.* Aquæ mortuæ *urbs Occitaniæ.* Andaluſia *ſeu Hiſpania Bætica. p. 79. Oceanum Britannicum memoratur. p. 80. Turcarum* Galeæ *ſeu* Galeræ, *earumque nomina & ſpecies. p. 80,81. Quale nomen ſit* Arſenal, *ejuſque varia nomina, & antiquitas. p. 82.* Cymbarum *Turcicarum nomina. p. 83.* Socutra *inſula cur ſic dicta, &* Ain-zarba *Dioſcoridis patria.* Λοιμόλις. *p. 86.* Sues *&* Mecca. *Noſtri authoris error collocando* Meccam *juxta* Babolmandel *&* Aden, *qui ſeductus videtur per aliquod Itinerarium; quod etiam ſecutus eſt D. Blaeu in Globo, duplicem conſtituens* Meccam, *quarum altera ea eſt quam noſter vult: ille autem corrigitur, & Globorum & Chartarum inſignis quidam ſuetus error in aſſignando locorum ſitum notatur.*

notatur. Ptolemæum etiam in eoſdem incidiſſe errores, ut omnibus Geographis pronum eſt. p. 87. Peru *quomodo vocetur in S. Bibliis. p.* 89. *D. Bartoloccii lapſus pro* Shevatim *legendo* Shevataim, *& vertendo* Duas Tribus. *p* 90. *Refutatio fabulæ Judæorum de* Judaico Legato *qui à Deſerto Chabor in Europam miſſus ab eis credebatur. p.* 91. Gjudda *in territorio Meccæ, & eſt Portus ejus.* Bombarbæ & Sclopeti *Hebræis* Cava metalla. *p.* 92. *Cur* Papa *dictus ſit* Epipior. *p.* 93. *Quid* Eccleſ. XII. 11, *intelligatur per* Baale Aſuppoth, *quod in Verſione Anglica male vertitur* Maſters of Aſſemblies. *p.* 94. *Dictæ Judæorum fabulæ continuatio, quod ſc. dictus eorum Legatus quaſi cum triumpho mulæ inſidens intraverit in D. Petri Eccleſiam Romæ, & uſque ad ſummum Altare penetraverit. p.* 96. *Notatur Judæorum invidia, quod Chriſtianorum Eccleſias vocent* Excelſa, *eodem nomine quo Idolorum excelſa loca intelliguntur: & quod ægre dignentur* Sancti *Epitheton ſeu Titulum Sanctorum Chriſtianorum nominibus præmittere, cum id ſemper faciant Sanctis ſuis. p.* 96, 97. Caput Bonæ *ſpei quomodo olim dictum. p.* 98. Bretini & Azanagi *quales ſint, & horum nominum ratio. p.* 99. *Lignum* Verzin. *p.* 101. Amomi *deſcriptio ex Arabibus & Perſis, & Plinii & Dioſcoridis deſcriptio vera ab Europæis Botaniſtis perperam intellecta. p.* 101, 102, 103. *Quale animal ſit* Shaphan & Yarbûa. *p.* 104. *Judæorum ex Portugallia exilium. p.* 110. *Deſcribitur* Sanguis Draconis, *cum nominis ratione, & aliis ejus nominibus. Detegitur D. Golii lapſus in Lexico in voce* ارقان Ircan, *ut ille legit: quod tamen non eſt Arabicum ſed exoticum, ſc. duo vocabula Tureica in unum nomen compoſita. p.* 110, 111. *Deſcribitur aliud* Sanguinis Draconis *genus, mercatoribus dictum* Dragons bloud in drops, *quod provenit ex fructu Arundinis dictæ* Dragons bloud cane. *p.* 111. Madera *inſula. p.* 113. *Mel cannarum ſeu Saccharum. p.* 114. Canariæ & Canibales *à Canibus. p.* 115. [*Sic etiam videntur* Celebes *dicti à* כלב كلب Celeb, *i. e.* Canis: *adeo ut* Celebes *idem ſonet quod* Canibales, *quia edunt crudas carnes ad inſtar canum. In Syria & Corduenis eſt Gens dicta* Celbii à Celeb, *i.e.* Canis, *quia adorant* Canem *nigrum.*] *Nigritarum mos, ubi Rex primæ*

nocte

nocte concumbit cum aliorum Sponſa. p. 116. *Quid ſit* משפחת & סעיף. *p.* 118. *Inſula ſolarum* mulierum, *& alia* Marium. *p.* 119. Stapole *quid ſit. p.* 122. Tegazza & Niger *Æthiopiæ flumina.* Tambut & Melli, *regiones ſic dictæ. p.* 123. Biledulgjerid *quid ſit & ubi ſit. p.* 124. Struthiocamelorum *mentio in Credentialibus Literis Legati Maroccani. p.* 124. Linctores & Sectores, *duæ Locuſtarum ſpecies. De fœminis apud Caput Bonæ ſpei. p.* 125. *Mos Nigritarum in tumefaciendo Membrum virile. p.* 131, 182. *Vinum ex Palmis.* Palmæ Cerebellum *apud Plutarchi Interpretem Latinum perperam verſum* Cerebrum Phœnicis. *p.* 132. Caſſamaſſa. *p.* 140. *Æthiopia Gemmas non gignit. p.* 141. [Ut plurimum, *Heb.* per viam latitudinis: *dele hanc totam Notam: nam abeſſe debet. p.* 141.] Mare rubrum *cur ſic dictum. p.* 146. *Qualis ſit* Ventus *memoratus* Jonæ IV. 8, *exponitur*: [*qui in Verſione Angl. minus bene vertitur.* ventus vehemens *ſeu* ſilens, *quæ ſibi invicem contradictoria.*] *p.* 146. *Qua in re fundetur* Fluvii Sabbatici *fabula. Corrigitur noſter perperam legens* Lachlach *pro* Chalach, *&c. p.* 149. *Adducitur Talmudis locus de* præſtantia Sabbati, & Tyranni Rufi *hiſtoria. p.* 150. *De* fluvio Sabbatico *& fabuloſo ejus Sabbatiſmo, ubi* Joſephus *contrait receptæ ſententiæ. p.* 150. Clypeus Abrahami, *alius hujus Authoris Liber contra Chriſtianos. Fabula de* Judæis *in Calecut. p.* 151. *Via ſeu iter fabuloſum* à Chabor *ad* Italiam *deſcribitur. p.* 152. *De nomine* Calecut. Preti-gjani *qui vulgo* Presbyter Joannes, *cujus nomen enucleatur, regnum deſcribitur, & vulgatus Europæorum error* (*collocando eum in Æthiopia*) *refutatur. p.* 153, 154, 155. *Liber de* Presbytero Joanne *ſcriptus. p.* 156. *Varii Orientalium Principum* Tituli. *Nomen* Κάισαρος *unde factum. p.* 156. *Tituli Regum Æthiopiæ enumerati, inter quos nullus* Presbyter Joannes. *p.* 156, 157. *Alius Liber Hebraicus* Presbyteri Joannis *vel de eo. p.* 157. Jeſuatorum *Societas. p.* 157, 158. Ambræ *nomina & deſcriptio prolixa ex Orientalium ſententia. p.* 159, 160, 161. Cahrobâ *ſeu Succinum. p.* 158. Belzui *ſeu* Benzoin *prolixe deſcribitur, & nominis ratio affertur. p.* 162, 163. [*Hodierni Botaniſtæ credunt ex* Thapſia tenuifolia *colligi* Aſſa-fœtidam.] Rhabarbarum,

barum, Margaritæ, Santalum. *p.* 164. Sandalum. *p.* 165. Babolmandab, *cur ſic dictum. p.* 167. *De Religione Sectæ* Sophorum *in Perſide, ex quibus ortus* Iſmael Sophi *Perſarum Rex, unde omnes ex eadem familia Reges uſque hodie vocantur Sophi. p.* 168. Curd *ſeu* Curdiſtan, Cordyeni. *p.* 169. *Unde Canes aquatici* Spaniells *vocentur. p.* 173. Cambalac *urbs, & ratio nominis ex lingua Mogolo-Tatarica.* 177. *Inſulæ* Alger *nomen Arabicum, & Prætoris Titulus. p.* 179. *Inſigniores aliquot Stellæ prope Polum auſtrinum. p.* 185. *Lingua maris Ægyptii. p.* 191. Maimonidis & Nachmanidis *diſſentio de* Domino apparente Abrahamo, *&c. p.* 192.

Elenchus præcipuorum quæ in Notis ad Ritus Turcarum.

De prece Pomeridiana Turcarum, ſeu quæ inter duas Veſperas; [*cujus nomen Turcicum* Ikindi, *videtur etiam ſignificare* inter duo, *ſc. tempora, duaſve veſperas.*] *De eorum* Purificatione *ſeu* Luſtratione *dicta* Abdeſt, [*i. e.* Aqua manuum *ſeu* manualis. *Si autem quis ſit in itinere aut loco ubi non datur aqua, poteſt mundare ſe herbis aut arena, quod poſt mictum aut ſeceſſum feciſſe, vocatur* تيمم بصعيد الارض او بحشايش الصحراء *Tayammum* luſtratio puriore terræ pulvere aut herbis agri *p.* 1.] *De Libro* Sunna. *Fidei Mohammedanæ* Teſſera. *p.* 2. Alcoranus *cur ſic dictus. De Idolo* Acbar *p.* 4. Dominus Mauzzim *in* Dan. XI. 31, *exponitur. De* Mufti. *p.* 8. *De Caſtigatione dicta* Drub, *& de* Columbari. *De Officiariis Eccleſiaſticis. p.* 9. *De partium Alcorani Lectione pro Fundatoribus aut Benefactoribus in Templis vel in Sanctorum Monumentis.* [*Nam per Orientem Sanctorum Monumenta in egregiis Structuris* (*cum Cameris pro Cuſtodibus*) *religioſiſſime ſervantur, cum magna pompa & cuſtodia perpetua, lucernis die noctuque ardentibus; & à plurimis devotis hominibus, cum ſumma veneratione & pecuniarum oblatione ſolenniter viſitari ſolent. Ibi enim in tam ſacro loco preces fudiſſe, magni momenti habetur. p.* 10.] *De Turcicis* Nummis, *& quid*

ſit

Elenchus Contentorum in Notis.

ſit Aſper *vulgo dictus, &* Groſh *ſeu* Crûſh *unde dicatur. p. 10.* Bagdad *ſitu diſtare à* Babylonia. *p. 11.* Templum Meccanum *olim Idololatricum, & de* Abraha Elephantum Domino, *& de* Æra *inde dicta* Annus Elephantum. *p. 12. De Turcarum* Victimis, *& de* Beiram *duplici, & de* Ramazan. *p. 16. De* Angelo mortis. *p. 19. De* percuſſione Sepulchri, *& de ſtatu mortuorum: ubi D. Buxtorfii lapſus quidam notatur. p. 19. Locus* Pſal. XVIII, *à Judæis olim perperam intellectus. An Turcarum fœminæ Paradiſo fruituræ ſint. De Turcarum & Judæorum* Circumciſione. *Tituli* Tatar-chan, & Imperatoris *Turcarum, & Vezîri ſupremi.*

Quæ in præcedente Elencho Uncis incluſa, de novo addita ſunt, ut ſuis locis inſerantur; excepta unica Nota quæ delenda eſt.

Errata in Textûs *Verſione* Latinâ. *p. 68. 18, ſoli.*

PAg. 38, lin. 2, lege *qua.* pag. 130, lin. 17, lege *multum.* *p. 36. 10. 18, post Dei. 19. adde* [illegible]

Errata & Addenda in *Notis* ad Itinera Mundi.

PAg. 20, lin. 1, pro *nobis*, lege *urbis.* 24. 1, *dicit.* 30. 4, *alteram*: 17, *Climata*: 36, *cum 45 minutis.* 41. 4, עיר: 32, *ſita*: 35, poſt *copula*, adde *vel pro eâ legendum eſt* هي *ea eſt.* 42. 9, الغور: 16, *dactos.* 43. 12, صحصح. 44. 33. *fœminino.* 45. 10, *ea qua.* 49. 40, *prater.* 53. 6, poſt *veniet*, adde *& Chriſtianorum regnum capiet, &.* 60. 17, *ea.* ~~68. 18. ſoli.~~ 96. 8. *verpus.* 153. 13, *Abyſſinorum.* 161. 22, *Quarta.* 163. 16, pro *Frutice* ſeu *Ferulâ*, lege *plantâ tricubitali Ferulaceâ.* 163. 35, poſt *vocat*, adde *Hodierni Botaniſta credunt ex* Thapſiâ tenuifoliâ *colligi* Aſſa-fœtidam. 164. 8, *Ferulacea*: 16, poſt *album*; lege *& Hilcît fatens ex Engjudân ſeu Laſere fatente, eſt nigrum ſeu ſubfuſcum.* 167. ult, *naufragia.* 168. 16, poſt *ultimum*, adde (*quem ponunt eſſe primum.*) 179, ult. poſt *Gjezâir ſeu*, adde *Inſularum, ſc.* 180. 3, *talis.* 189. 2. *hic.* 191. ult. *animum.*

Errata & Addenda in *Notis* ad Relig. Turc.

10. 17, 18, *neglecto & ignoto.* 12. 17, *parte.* 13. 6, *dedidit.* 19. 4, *Prehenſor*: ult, *ſolet.* 20. 6, *Dictorum*: 14, *Al Haniphi*: 16, *Haniphæa.* 22. 10, pro *& pater eſt*, lege *& is eſt*: 14, poſt *ablutionem*, adde, *Sunt qui volunt dictam Ablutionem ſeu Baptizationem eſſe tantùm communem ſeu pro lubitu, non autem ritualem ſeu neceſſariam; eò quòd filius baptizati habeatur baptizatus in parentibus. Sed, quòd pro Proſelytis ſit prorſus neceſſaria, ut & pro quibuſvis aliis primo ingreſſu in fœdus Dei, qui ſit per Circumciſionem, & Lotionem ſeu Baptizationem, & Sacrificium. Et, quòd poſteà filius fœderati ſit ipſe fœderatus ſeu in fœdere Dei abſque his tribus per mille generationes. Et, quòd ſi poſt Circumciſionem fœderati, ſequitur Baptizatio ſeu Lotio ſive Submerſio, eſt pro lubitu, & non ex aliquâ obligatione. Sed ſanè mihi videtur neceſſaria.* 23. 1, lege *dicti.*

AUTHORIS

PRÆFATIO.

להניח רבים מעצבון הטרדות והינונות אשר מקצתם לפעמים כאשר יבקשו להשקיט המירת עצבונם וינונם ילכו לקרוא בקריאות שירות באהבי זמה ובספרי מלחמות קדומות אשר בקריאתם לא היו ולא נבראו אלא למשל נבראות ובהם בכל מאד יעיינו ויעמיקו ובילדי נכרים יספיקו על כן אמרתי אני אברהם פריצול בן מרדכי מאבינין נע נר פיראראה לאהבת גבירים ירידים חשובים זרע קדש מצבתם אשר אהבתים לחבר לכבודם היום חדש חשון רפה

AD ſublevandum multis dolorem moleſtiarum & anxietatum, quas quidam eorum aliquando habentes, quærendo ſedare tumultum doloris & anxietatis ſuæ, conferunt ſe ad lectionem [1] Cantilenarum de Amoribus laſcivis, & Librorum de bellis [2] antiquis, quæ prout leguntur nunquam fuerunt, nec [3] extiterunt, ſed tantum parabolice excogitata ſunt; & tamen in ea vehementer intenti ſunt & profundius ſe immergunt, alienis partubus contenti: Idcirco dixi ego Abraham Peritſol filius Mardecai de Avignon (cujus [4] quies ſit in Paradiſo) commorans in Ferrara, In gratiam virorum dilectorum præſtantium (ſemen ſanctum Stemma eorum) quos amore proſecutus ſum, me compoſiturum in honorem eorum hodie in menſe [5] Cheſhvan, [anno] 285 ſe-

1 *Cantilenarum*] Intelliguntur Cantilenæ amatoriæ, obſcœnæ & laſcivæ. 2 *Bellis*] ſc. fictis Bellis, i. e. *les Romances*, ad fallendum tempus & pellendas curas graviores. 3 *Extiterunt*] Voces נבראו & נבראות proprie *creata ſunt* ſed uſu communi *producta* vel *facta ſunt* ſignificant. Codex Venetus MS quem à Venetiis nactus ſum, pro נבראות legit נכתבו *ſcripta-ſunt*, eodem ſenſu. 4 *Quies*] Cod. Ven. legit נפשו *anima ejus*, vel *cujus Anima ſit in Paradiſo*. 5 *Cheſhvan*] Indifferenter ſic dici ſolet pro *Marcheſhvan*, i. e. Menſis *Octobet*.

לפֹק את דברי האגרת הזאת בכתב
עברי החדשה במלאכת קצת מהלכי
עולם חקוקה וחדושה היא
הנקראת קוסמוגראפיאה בלשון
עמים לשמח נפש ענומים בפרסום
הגדות אמתיות חדשות גם
ישנות הנודעים למעיינים בה
ובחקירות אופני האקלימים ורוב
הישובים והמדברות הימים
והנהרות ההרים והיערות כפי מה
שבינותי בקצת ספריהם והיהודים
אשר נמצאו מחדש ומלכיהם
ומציאות הבשמים והפלפל אשר
בגלילותיהם ומקום נהר סבטיון אשר
בהודו למעלה מפרס במושבותיהם
וחדשות אחרות נמצאו מחדש
בארצות כוש ונויהם וזאת
תהיה הגדת ספורי באגרת הזאת
להגיד רוב העיקרים האלה כאשר
תשיג ידי:

cundum [1] ſupputationem minorem, verba hujus Tractatus ſcriptura Hebræa, *viz.* quicquid novum in operibus quorundam eorum qui Mundum perambularunt deſcriptum & exaratum eſt, quod lingua Gentium vocatur COSMOGRAPHIA; ad lætificandum contriſtatorum animum publicatione Hiſtoriarum verarum tam recentium quam antiquarum, quæ notæ ſunt contemplantibus eas; idque per inquiſitionem quomodo ſe habent Climata, & magna pars Habitationum & Deſertorum, Marium & Fluminum, Montium & Sylvarum, prout intelligere potui ex aliquibus Librorum eorum; & de Judæis noviter repertis eorumque Regibus; & de inventione Aromatum & Piperis quæ ſunt in Regionibus illorum; & de loco Fluminis [2] Sabbatici quod eſt in [3] India ſupra Perſidem in ſedibus eorum; & de aliis rebus de novo repertis in terris Cuſh & Gentibus earum. Et talis erit Hiſtoriæ meæ narratio in hoc Tractatu, ut enarrare poſſim majorem partem fundamentalium iſtorum, prout aſſequi poterit manus mea.

1 *Supput. min.*] Sic vulgò reddi ſolet: a. v. *ſecundum particularitatem minorem*; ſeu *particulare* aut *ſpeciale minus*: omittendo ſc. Millenarios ſeu numeros majores, (ut quando dicimus 86 pro 1686,) ab O.C. ducta Ærâ, ſeu *Era* ut apud Marianum rectius ſcribitur. *Era* enim nomen ad noſtrum uſum omnino veniſſe videtur per Hiſpanos ab Arabibus, ſcilicet à Verbo ارخ *Erah* ſeu *Erach*, i. e. *Computavit à certo tempore*. Et in ſecunda Conj. ارخ الكتاب *Eravit librum*, ſi ita dicere liceat, i. e. *tempus ei adſcripſit*. Hinc Nomen ارخة *Erha* ſeu *Ercha*, eſt ipſa *Epocha*; quæ tamen hodie plerumque dicitur تاريخ *Tarich*, (deducto Nomine Verbali ab eodem Verbo,) i. e. *Adſcriptio temporis Libro vel rei geſtæ, adnotatio temporis quo aliquid dictum vel factum eſt.* 2 *India*] Hebræis *Hodu*, ut in S. Bibliis. Cod. Ven. בארץ הודו *in terra Hodu*. 3 *Sabbatici*] De Flumine Sabbatico infra dicetur, in Notis ad Cap. XXIV.

ולא אביט אל עניי השכל אנשי לצון הלהוטים אחרי ההבל אשר יכשר להם הלצנות הרבה ממעט שמע חכמה כואת אשר בין חכמים תתהלל ולפני מלכים תתיצב לדעת בה מפלאי השם אשר ברא בהבדל המקומות וחכמת הטבעים אשר הטביע השם במציאות ברזל מעפר יוקח ומקום לזהב יזוקו וארץ ספיר אבניה במציאות מקומות הקרובים לזריחה:

וצא ולמד כמה החכימה התורה האלהית והרחיבה נפשה במקומות הצריכים להגיד הגבולים והשוכנים בישובים בקוי הרוחות והרצועות בספר בראשית בהגדת כל תולדות העמים וגבולותיהם במושבותם לגוייהם ובגבולי הארץ ועריהם ושתי את גבולך מים סוף וכו' ואמר במשנה חורה פנו וסעו וכו' ארץ הכנעני והלבנון עד הנהר הגדול נהר פרת ובאלה מסעי פרטות המסעות כלם ובחלוקת הארץ אמר והיו תוצאותיו הימה ויצא חצר־אדר ועבר עצמונה ורבים מאלה בספר יהושע:

Non autem reſpiciam deſtitutos intellectu, atque deriſores, inflammatos in vanitatem, quibus magis placet deridere quam audire ſcientiam talem quæ inter Sapientes laudatur & coram [1] Regibus ſe ſiſtit, per quam nota fiunt mirabilia Dei quæ creavit, in diſcriminatione locorum & intelligentia naturarum quas Deus Mundo indidit. *Ferrum ex pulvere deſumitur*: &, *Eſt locus quo aurum colliquefacinnt*: &, *Terra cujus lapides ſunt Sapphir*. Hæc per inventionem locorum quæ proxima ſunt Orienti.

Exi & diſce quam ſapienter egerit Lex Divina & dilataverit ſe & expatiata ſit in locis neceſſariis, ad declarandum Terminos & eos qui incolunt habitata-loca, per lineas ventorum & [2] Rumbos, in Libro Geneſeos, in Hiſtoria omnium Generationum populorum & Terminorum eorum in ſedibus ſuis ſecundum Gentes ſuas, & Terminorum Terræ [Iſraelis] & Civitatum eorum. *Et ponam Terminum tuum à mari Suph*, &c. Et dixit in Deuteronomio, *Aſpicite & proficiſcimini* &c. *Terra Canaanitæ & Libanon, uſque ad Flumen magnum, Flumen Euphratem*. Et in [Sectione] *Elle Mas'e*, eſt particularis recenſio itinerum omnium. Et in Diſtributione Terræ dixit, *Et erunt exitus ejus verſus mare*: &, *Egredietur ad Chatſar-Addar, & tranſibit ad Atſmon*. Et multa talia ſunt in Libro Joſuæ.

1 *Regibus*] Cod. Ven. legit מלאכים *Angelis*, minus bene. 2 *Rumbos*] i.e. Rhombos Ventorum quaquaverſus flent: nam רצועה in genere ſignificat quemvis *Funiculum Lineamve*, ſive diſterminationis ſive aliter. Et hic quidem notat vel *Meridianos* vel *Parallelos* vel quaſvis alias *Lineas* quæ Globum undequaque ſecant dividuntque.

אמנם אוכלי הבצלים והשום המזוהמים מני בטן כאשר יקראו באלה ילכו עליהם ויעבורו כי לא ידעו מה הוא ובודאי דבר השם הוא ולא לחיהו מכתבו וגם כי יודע אופן הישוב בו ופרטי פלאות השם אשר הטביע בעולמו:

ואנכי בכל כחי אשתדל להגיד ולכתוב הדברים העקריים והראשיים במלאכה חזאת בדרך כללות הזכרת המקומות כי בפרטם פרט ופרט לא יכילם ספר ואין חקר לתבונה ואף הנוצרים ראשי חכמי המלאכה הזאת לא יכלו להגיד הכל אף כי נשמטו ושכחו ולא ידעו רק מה שיכלו להשיג וקראו שמות זרות דרך הסכמה עליהם אם שיהיו שמות קדומים או שמות חדשות אלך אחרי עקביתם ואקרא להם שמות במעט הכללים אשר אזכיר בשמות אשר נבלו ראשונים והמשכיל יבין במה שאכתוב כי ידעתי ייטב למבינים וימתק לחכמים:

ויען כי זאת האגרת תסוב עיינה על אורחות המציאות התחתון

Verum comedentes cæpas & allium, qui ſpurcati ſunt ab ipſo utero, quando legunt illa, prætereunt illa & tranſeunt, quia neſciunt quid ſit. At certe verbum Dei eſt, quod non eſt ſcriptum inaniter; ſed ut per illud ſciatur quomodo ſe habeat Orbis-habitabilis, & particularitates mirabilium Dei quæ implantavit in Mundo ſuo.

Et ego omnibus viribus meis conabor narrare & ſcribere res fundamentales & principales in hoc negotio, per modum generalem commemorationis locorum: nam ſpecificando ſingula particularia, quivis Liber non contineret ea nec eſſet perſcrutatio ad intelligendum. Imo ne quidem Chriſtiani qui præcipui ſunt callentium hoc negotium, poſſunt enarrare omnia, quin omittant & negligant; nec ſciunt niſi parum illud quod ipſi potuerunt aſſequi; & vocarunt [loca] nominibus peregrinis per modum [1] conſenſionis in ea. Sive autem ſint nomina antiqua ſive nomina moderna, ſequar veſtigia illorum, & in aliquibus generalium quæ commemoraturus ſum, ea [loca] vocabo nominibus quæ determinarunt antiqui. Et prudens intelliget ea quæ ſcripſero: novi enim quod placebit intelligentibus, & dulce erit Sapientibus.

Et propterea quod hujus [2] Tractatus Argumentum circumeat per itinera hujus Mundi inferioris & ſe-

[1] *Conſenſionis*] i.e. talia locorum nomina quæ ab eis communiter recepta ſunt generali quodam conſenſu.

[2] *Tractatus*] Heb. *Iggéreth* proprie eſt *Epiſtola*, i.q. Arab. رسالة: ſed tam hoc quam illud communi uſu eſt quivis *Libellus* ſeu *Tractatus* *minor*.

והליכתיו

והליכתיו ומה שנמצא מימים קדמוניות וגם מחדש היום בחכמת מלאכת המלחות בים וביבשה קראתי שם האגרת הזאת אורחות עולם ואחלקנה לפרקים קטנים נחלקים ונפרדים להוריע ולהניד לרבים מה שבינותי ומצאתי כתוב ושמעתי מאנשי אמת וקצת מה שיזמין השם לידי וה יהיה בעזרתי אמן:

mitas ejus, & quicquid repertum fuit à diebus antiquis & quoque de novo hodie per experientiam Artis Navigatoriæ per mare, & etiam per Continentem, vocavi nomen Tractatus istius, ITINERA MUNDI. Et distribuam illum in Capitula parva, divisa & distincta, ad notificandum & narrandum multis id quod intellexi & inveni scriptum, & audivi à viris veritatis, & partem eorum quæ paraverit Deus ad manus meas. Et Deus sit in auxilium meum, Amen.

פרק א בהזכרת אופן צורת המציאות התחתון בכללו הים והיבשה באיכותו:

CAPUT I. *Commemoratur quomodo se habeat figura Mundi inferioris in genere, sc. Maris & Aridæ [seu Continentis,] cum qualitate sua.*

פרק ב בחלוקת הישוב אשר בצפון של כדור לשלשה חלקים כלו לפי דעת הקדומים אשיאה אפריקה ואיברופא וסימני תחומיהם אנה הם:

CAPUT II. *De Divisione Orbis-habitabilis qui est in Septentrionali parte Globi, in tres partes, quæ secundum opinionem antiquorum sunt Asia, Africa, & Europa; una cum signis Terminorum earundem quousque pertingant.*

פרק ג בחלוקת הישוב הצפוני בכדור הנזכר לשבעה איקלימים ברצועה ארוכה מן המזרח אל המערב באורך ומקום מחלוקתם והתחלתם ברוחב מן הדרום אל הצפון ואי זה מקום מנוחתם:

CAPUT III. *De divisione Orbis habitabilis in Globo prædicto, in 7 Climata per lineam extensam ab Oriente in occidentem longitudine, una cum loco partitionis & initii eorundem latitudine à Meridie in Septentrionem, & ubi sit locus quo desinunt.*

פרק ד יזכור בו מה שחלקו חכמי המלאכת הואת הישוב הזה הנ' למעלות וחלקים ורצועות:

CAPUT IV. *In quo commemorat [Author] quod huius Artis periti diviserunt istum Orbem-habitabilem secundum Gradus, & Partes, & Lineas.*

פרק ה יודיע אורך הישוב בקו ישר עם הכלתי מיושב שכו וצורתו והים האמצעי מידיטיראניאו וגבוליו וארכו מראשו בסופו:

CAPUT V. *Describit longitudinem Orbis habitabilis linea recta, una cum non-habitata parte quæ in eo, & figuram ejus, & mare Medium seu Mediterraneum & limites ejus, & longitudinem ejus ab initio ad finem.*

פרק ו בביאור המקומות אשר בכל אורך שפת ים אפריקא ובארבאריאה ממזרח למערב לאורך ישר:

CAPUT VI. *De descriptione locorum quæ sunt per totam longitudinem oræ maris Africæ & Barbariæ ab ortu ad occasum longitudine recta.*

פרק ז נבאר מחוזות כלם הידועים במלכות נוצרים אדום אשר באיברופא מתחיל מאנגליאה ואיסקוציאה וליכנס במיצר גיבילטאר עם כל אורך הים האמצעי ושפתו עד דרך מבוא ים אדריאנו המגיע לויניציאה ואיסטריאה ולא יותר:

CAP. VII, *Explicabimus territoria omnia quæ nota sunt in Christianorum regno Edom quod in Europa, incipiendo ab Anglia & Scotia, & ingrediendo per Fretum Gibeltar in totam longitudinem Maris Medii ejusque oræ usque ad viam introitus Maris Adriatici quod pertingit ad Venetias & Istriam, & non ultra.*

פרק ח בגבולים אשר אחורי גבול דרך ים אפריקא נגד ינובא ורומי מתחיל מפיצר גיבילטאר ויעבור על מצרים וגבול נילוס ומוצאו ואחר דרך ים סוף וקוטב ארץ ישראל ויפו וברוט וליציאה וציליציאה:

Cap. VIII, *De terminis qui sunt postremi limites viæ Maris Africani è regione Genouæ & Romæ, incipiendo à Freto Gibeltar, & deinde transeundo ad Ægyptum & limites Nili & exitum ejus, & post viam Maris Suph, & per polum Terræ Israel, & Joppam, & Berytum, & Lysiam, & Ciliciam.*

פרק ט בגבולי פרס וים פרס וגלילות הודו כלם ובבל ומדי והרי קאספיאו וים קאספיאו הטרת: ויהודים סגורים לרעת הסופרים וטאראפובאנה:

CAP. IX, *De limitibus Persiæ & Maris Persici, & de omnibus regionibus Indiæ, & de Babele, & Media, & Montibus Caspiis, & Mari Caspio quod mortuum est. Et de Judæis inclusis, secundum opinionem Authorum. Et de Taprobana.*

פרק י להודיע גבולי ארץ ישראל לבדה וסביבותיה לארבעת רוחותיה ומעבר לאמיק ומדבר חבור אשר זה נודיע אמתתו ממקום אחר:

CAP. X, *Describit limites Terræ Israel solius, eique circumjacentia ad quatuor plagas ejus: & transitum ad Meccam & Desertum Chabor, cujus rei veritatem aliunde etiam notiorem faciemus.*

פרק יא לבאר גבולות הים והשוכנים למעלה מהים ללכת מויניציאה לקוסטאנטינופולי ואליספונטי והאיים הרבים בארצ׳יפיליגו וללכת ביפו או בארוט ואליכסנדריאה של מצרים:

CAP. XI, *Est ad describendum terminos maris & incolentium supra mare qua itur à Venetiis ad Constantinopolim & Hellespontum & insulas plurimas in Archipelago & qua itur ad Joppam aut Berytum, & Alexandriam Ægypti.*

פרק יב לבאר המקומות העקריות והראשיות בדרך ים מויניציאה לפלאנדרים וללכת במיצר גיבילטירא ופורטוגאל ואנגליאה וסקוציאה ואיבירניאה סמוך ליבשת פלנדרים:

CAP. XII, *Est ad describendum præcipua & principalia loca per viam maris à Venetiis ad Flandriam, & quæ itur ad Fretum Gibeltar & Portugalliam, & Angliam, & Scotiam, & Hiberniam, quæ sunt prope Continentem Flandriæ.*

פרק יג נזכיר בו מהלך אופירה מדברי הנביאים לאחורי היבשה דרך ים איך הוא ואנה הוא לאחורי כוש היא באפריקא השפלה הצריך להודיע באגרת הואת:

CAP. XIII, *In eo commemorabimus iter ad Ophir ex verbis Prophetarum per posteriora Continentis via maris, quomodo sit, & quousque sit, per posteriora Æthiopiæ quæ est in Africa inferiori: quod necessarium erat exponere in Tractatu isto.*

פרק יד על דבר היהודים מהי שבטים ועניני

CAP. XIV, *De re Judæorum ex 10 Tribubus:*

ומהלכו

ומהלכו אשר בא ממדבר חבור לפי המנידים
אשר במדברות אשיאה ואראביאה פיליקש
בשנת רפ"ד לפק׳:

פרק ט"ו על מלחות מלך פורטוגאל בים
אוקינוס כאשר רצה בראשונה ללכת דרך
ארץ כוש השפלה בדרום היא איטיאופיאה
לקאוו דיבונא ספיראנצא וכל המקומות
אשר מצאו והיהודים ומדבר חבור:

פרק ט"ו בבאור קצת מקומות חדשות
באיטיאופיאה אשר מצאו עם פורטוגאלי
מן הקודם אל המתאחר והשמות החדשים
אשר הושמו עליהם והחדושים הטובים
אשר בהם:

פרק י"ו על אי מדירא ועמם שמרת וטוב
ענינה:

פרק י"ח על מה שנמצעו מאי מדירא ומצאו
שבעה איים נקראים קאנאריאי ומקאנאריאי
לאיי קאניבאל מוצא הזהב לרוב אוכלי בשר
אדם והם אלו בתוך הים בימינם והאיים
קאנאריאי האלו רחוקים מן היבשה לראש
לבן הוא קאוו ביאנקו:

פרק י"ט על מוצא דרך יבשת דרומית לצאת
מפורטוגאל עד נגד קאוו קאנטין וקאוו
ביאנקו וקאוו וירדי ובאור גלילות באמצע
היבשת ובתוך ההרים וענין חלוף מלחובה
ודברים רבים אחרים:

פרק כ בגבולי קאוו ביאנקו לעם וינאגי
והנהר הגדול המפסיק בין קאוו ביאנקו
לקאוו וירדי התחלת השחורים האמתיים:

פרק כא יודיע בו מנהגי גלילות קאפו וירדי
וסיניגא וגאמבראַ ובונדומיל:

פרק כב על משך צלעי היבשה אשר על
שפת ים אוקינוס אחר עבור המקומות
הנזכרים הם קאפו וירדי ונהרותיו וסיניגא
ונהרותיו וגאמבראַ ונהרותיו:

& de negotio ejus & itinere ejus qui venit à Deserto Chabor secundum Historicos, quod fuit per Deserta Aliæ & Arabiæ felicis hoc anno 284 secundum supputationem minorem.

CAP. XV, *De navigatione regis Portugalliæ in mari Oceano, quando primo voluit ire per viam terræ Cush inferioris in meridie (ea sc. est Æthiopia) ad Caput Bonæ Spei & de omnibus aliis locis quæ invenerunt. Et de Judæis, & Deserto Chabor.*

CAP. XVI, *De descriptione aliquot novorum Locorum in Æthiopia quæ invenerunt populi Portugallenses à primo eunte ad postremum, una cum Nominibus novis quæ eis imposita sunt, & novitatibus bonis quæ sunt in eis.*

CAP. XVII, *De Insula Madera, deque ratione Nominis ejus, & bono negotio ejus.*

CAP. XVIII, *Quomodo profecti sunt ab Insula Madera, & invenerunt 7 Insulas vocatas Canarias; & à Canariis ad Insulas Canibalenstum, ubi auri productio copiosa, ubi comedunt carnes humanas: et istæ sunt in medio maris ad dextram earum. Insulæ autem Canariæ sunt procul à Continente ubi est Caput album, vulgo Capo Bianco.*

CAP. XIX, *De exitu per viam Continentis Australis exeundo à Portugallia donec ventum sit è regione Capo Cantin, & Capo Bianco, et Capo Verde: una cum descriptione regionum in medio Continentis & intimis Montium. Et de negotio permutationis Salis pro Auro, deque aliis rebus multis.*

CAP. XX, *De limitibus Capo Bianco quod pertinet ad populum Senegæorum, et de Flumine magno disterminante inter Capo Bianco et Capo Verde, ubi est initium Nigritarum verorum seu genuinorum.*

CAP. XXI, *In eo docet mores regionum Capo Verde, et Senegæ, et Gambaræ, et Bondomil.*

CAP. XXII, *De Tractu lateris Continentis, qui est ad oram Maris Oceani, postquam præterieris loca prædicta, quæ sunt Capo Verde cum Fluminibus suis, Senega cum Fluminibus suis, et Gambara cum Fluminibus suis.*

פרק כג יודיע דרך משך אורך היבשה הזאת הכושית השפלה וכל הנמצא בה על שפת ים אוקינוס ונהרותיה עד דרך מבוא לשון ים סוף:

פרק כד יבאר משך סוף גבול בארבאריקו הנז׳ ים סוף ושפתיו וסעבר הנולפו בארבאריקו נקרא לטולומיאו סינוס בארבאריקוס כי עד כאן הגיעו דבריו ולא יותר ודרך לעבור לאמיקא וקאליקוט ואחר אלה גלילות הודו מציאות היהודים ונהר סמבטיון:

פרק כה סענייני קאליקוט מלכה ושרית וכוחרותיה וגליל פריטי גייאני הסמוך עליו ונהר סמבטיון:

פרק כו יודיע סמיכות וקירוב לאמיקא לגולפו התחלת ים סוף · ומציאות ראש יבשת קאליקוט סמוך למיצר התחלת ים פרס והערה מעטית לכל ארץ הודו ואיי הים בכלל ומעשה הקארובאני ביבשה:

פרק כז׳ הערה נוספת על רוב איי הים אוקינוס הראשיות הקדמות הנה עם האחרונות בהודו · ואי טראפובנא וסביבות סינוס מאנייוס בסוף המזרח הרחוקה לפנות לצפונו של עולם:

פרק כח על באור סביבות סינוס מאנייוס סוף ים הודו ולהפוך סביבות היבשה המזרחית · והיהודים הסגורים:

פרק כט׳ על מציאות עולם חדש הגדול ותכונתו אשר נמצא להלאה ממשוה היום · ואם אפשר הדבר שיהיה ישוב בדרום להלאה ממנו הייני בלשונם להלאה בטורידא זונא:

פרק ל׳ על עסק מציאות מקום הגן עדן:

CAP. XXIII. *Describit viam Tractus per longitudinem Continentis istius Æthiopici inferioris, & quicquid inventum est in eo ad oram Maris Oceani, & Fluvios eius, usque ad viam introitus in Linguam Maris Suph.*

CAP. XXIV. *Describit Tractum finis termini Barbarici prædicti, & Mare Suph ejusque oras, & transitum Golfi Barbarici qui Ptolemæo dicitur Sinus Barbaricus: (nam huc usque p. venerunt verba ejus. & non ultra:) & viam qua transitur ad Meccam & Calecut, & post istiusmodi regiones Indiæ: & inventionem Judæorum, & Flumen Sabbaticum.*

CAP. XXV. *De rebus Calecut, Rege ejus & Principibus ejus, & Mercimoniis ejus: & de regione Fretigiani quæ confinis est ei, & de Fluvio Sambation.*

CAP. XXVI. *Docet confinitatem & proximitatem Meccæ ad Golfum initii Maris Suph, & inventionem Capitis Continentis Calecut prope Fretum initii Maris Perfici. Item, Admonitio brevis de tota terra Indiæ & Insulis maris in genere: & quale sit opus Caravanarum per Continentem.*

CAP. XXVII. *Admonitio additionalis de plerisque Insulis maris Oceani principalibus tam antiquis quam modernis in India: & de Insula Taprobana eisque quæ circumjacent Sinui Magno in extremitate Austr'orientali aspiciendo ad Aquilonem Mundi.*

CAP. XXVIII. *De descriptione circumjacentium Sinui Magno in extremitate maris Indici, & quomodo invertendum sit per circuitus Continentis Orientalis. Et de Judæis ibi conclusis.*

CAP. XXIX. *De inventione Mundi novi magni, & de dispositione ejus; qui repertus est ultra Æquatorem diei. Et an res possibilis ut sit Habitabilis-locus in Meridie ultra eum; hoc est linguæ eorum, ultra Zonam torridam.*

CAP. XXX. *De negotio inveniendi locum Horti Eden.*

פרק א בהזכרת אופן צורת המציאות התחתון בכללו הים והיבשה באיכותן:

CAPUT I. *Commemoratur quomodo ſe habeat forma Mundi inferioris in univerſum, ſc. Maris & Aridæ, cum qualitate ſua.*

הסכימו החכמים כלם בעלי החקירות כי העולם כלו בכללו כדורי והארץ באמצע הכל כנקודה בתוך העגולה תלויה על בלי מה ברצון הבורא וסביבותיה שלשת היסודות ועליהם מספר הגלגלים כלם סובבים זה על זה כגילדי בצלים כי אין ריקות נמצא:

COnvenerunt Sapientes omnes rerum Scrutatores, univerſum Mundum eſſe ſphæricum, & Terram eſſe in medio totius ſicut Punctum in medio Circuli, ſuſpenſam ſuper nihilo ex voluntate Creatoris. In circuitu ejus eſſe tria Elementa: ſupra eam eſſe numerum Orbium, & hos omnes circumvolvi unum ſupra alterum ſicut tunicæ cæparum: & nullum reperiri vacuum.

1 *Mundi*] Heb. *Metsiuth*, quâ quidem voce diverſimode utitur Author noſter: aliquando enim ponitur pro *inventione* cujuſvis rei aut loci activè, quæ eſt ſignificatio primaria & ſimpliciſſima. Quandoque vero ea paſſive intelligit totum illud *quod invenitur*, viz. *Mundus*; quo quidem modo ſapius reddidi, quia eo ſenſu *Inventio*, ſeu *Quod invenitur* male audiret Latinis auribus, eaſque aliquantulum raderet. Exponi etiam poteſt *Exiſtentia*, quâ intelligitur totum illud *quod extat* ſeu *exiſtit*, nempe (quod eodem recidit) totus *Mundus* iſte inferior, qui ideo hic in Lemmate hujus Capitis primi (ut & in Authoris Præf.) ſolito explicatius vocatur מציאות התחתון *exiſtentia inferior* ſeu *Mundus inferior*, ſc. quidquid invenitur inferius, infra cœlum. Et hoc non multum abeſt ab ea Arabum notione qua *Mundum* vocant دنيا *Dun-yâ*, à دنى *propinquum fuit*: intelligitur nempe *Hic Mundus* qui apud nos eſt & nobis propinquior, quatenus diſtinguitur ab آخرة *Altero* qui ſuperior eſt & à nobis remotior.

Aliquando noſter *Mundum* vocat עולם *Olam* nomine antiquo, (i. q. Arab. عالم,) quod alias exponitur *Seculum*; uti ſane *Seculum* apud Patres & alios pro *Mundo* uſurpari ſolet. Eſt nempe *Olam* longum tempus fere immemoriale (vel etiam prorſus immemoriale,) quod נעלם *abſconditum* eſt à memoria & recordatione noſtrâ.

Quandoque apud noſtrum occurrit הולד *Choled*, i. q. Arab. خلد *Chuld*, i. e. *perenne ſeu durabile tempus*; quo nomine, propter longam durationem, *Mundus* etiam dici ſolet. Eſt enim Verbum خلد *Chalad*, *perennare* & *perpetuo durare*; unde dictum Nomen *Chuld* eſt *perennatio*, *aviternitas* ſeu *æternitas*; & Heb. *Choled*, *Seculum* ſeu *longum tempus*, & *avum* hominis, ſc. *avitas* ſeu *ætas* ejus; ut in Pſalmis, זכור אני מה חלד *recordare mei qualis ſim ævi*, ſeu *ætatis* ſive *temporis*, nempe quam valde brevis!

Certe delectat videre quam variæ fuerint hominum in rerum Appellationibus deſignandis notiones. Nam apud antiquos Hebræos *Mundus* aliàs quoque vocabatur תבל *Tebel* ſeu *Tevel*, id eſt, *Mixtio*, à בלל *miſcuit, confudit*: intelligitur τὸ πᾶν *univerſum*, nempe tota illa mixtio quæ à terra ad cœlum; ſcil. omnes ſimul hujus Mundi partes tam ſuperiores quam inferiores, quæ conſtant terra, aqua, aere, ſtellis luminaribus, nubibus, meteoris, &c. hominibus, animalibus, beſtiis, avibus, piſcibus, inſectis, &c. arboribus, floribus, gramine, herbis, &c. ex quorum omnium commixtione conſtat Mundus iſte confuſus: nam hæc omnia continet nomen *Mundus*, cum hæc ſingula ſint tot ejus partes. Hac itaque antiquorum Judæorum notione in genere, hic Mundus eſt quil niſi omnium rerum commixtio & confuſio. Sed *Prov.* 8. 31, hoc Nomen magis reſtringitur ad terrenam Mundi partem, & ad ea quæ terræ proxima: legitur enim בתבל ארצו *in Mundo terra ipſius*, ſc. in ea Mundi parte quæ circa terram eſt inferior & terreſtris. Eodem etiam ſenſu in Pſalmis, כל יושבי תבל *omnes habitatores Mundi*, nempe Mundi terreſtris ubi homines habitant.

Græcis è contra Mundus dicitur Κόσμος *ornatus* ſubſtantive; nempe totum hoc quod Hebræis *Mixtio* ſeu *Confuſio* dicitur, Græcis eſt *Ornatus*, is ſc. qui coram omnium oculis cernitur, quo hoc Univerſum ornavit Deus. Unde Latinis quoque eadem notione totum hoc Univerſum vocatur *Mundus*, i. e. *Ornatus*

ſubſtantive: hæ enim voces quemvis etiam *Ornatum* notant, ut κόσμος γυναικῶν *Mundus muliebris*, earum ſc. ornamenta in genere.

Alias *Mundus* à rotunditate, vocatur *Orbis*; qui quatenus habitatus, noſtro ſæpiſſime dicitur ישוב *yiſhubh*, i. e. *Habitabile, orbis habitatus* in genere, i. q. Arabibus المسكون *Al Meſcún*, ſeu المعمورة *Al Ma' múra*, quæ ſunt prorſus idem quod Ptolemæi οἰκουμένη, *Habitatum, Habitabile, Orbis-habitabilis*, ſeu *pars ejus habitata*, quæ plerumque vocari ſolet ربع المسكون *Quarta pars Habitati* ſeu *Habitabilis* partis: & aliquando vocatur البر المعمور *Continens habitatum*.

Dictum autem ישוב apud noſtrum in particulari etiam quemvis *Habitatum locum* ſeu partem ſive regionem Mundi ſubinde notat.

ובהיות מטבע המים לסבוב
ולכסות כל האדמה שהיא היסוד
הכבד מהכל סדר ה בחכמתו
וברצונו הקדום ובאמצעות הטבע
האלהי אשר שם חול גבול לים
רצה ואמר יקוו המים ותראה
היבשה לדרוך להולכים בה
ותשאר בזה חקירתנו כי הים
והיבשה הנראים בעצמותם
למטה הם יחדו גם כן כמו כדור
סובב והארץ תראה מעט הנה
ומעט הנה בו אשר בחצי החלק
הכדורי העליון הזה יתהלכו בו
כל בני חלד ויחורו בו ויסתעפו בו
מי בים והאיים ומי ביבשה או
במערות מי בהרים ומי במדברות
מי ביערים ומי בנהרות והנה חצי
הכדור הזה כאשר יחלק לארבעה
רבעיו נאמר בהם צד מזרחי וצד
מערבי וצד דרומי וצד צפוני

ואמרו החוקרים הראשונים כי
בקצה מזרח הדרומי כלו מעבר
למשוה היום אשר יעבור קוטבו

Cumque ſit de naturâ Aquarum ut circundent & tegant univerſam terram, (quippe quæ ſit Elementum omnium graviſſimum,) ordinavit Deus qui per ſapientiam & voluntatem ſuam æternam, & per medium Divinæ naturæ, poſuit arenam terminum mari; voluit inquam & dixit, Congregentur aquæ, & appareat arida quæ calcetur ab ambulantibus in eâ. Reliqua itaque diſquiſitio noſtra circa hoc verſabitur; quod ſc. Mare & Arida quæ ſeorſim inferius apparent, ſint ambo ſimul ſicut Sphæra una circumiens; & quod in iſtius Sphæræ dimidiâ-parte ſuperiori, terra conſpiciatur parum hîc parum illic, ut per eam ambulent omnes filii hujus Mundi, & vagentur & diffundant ſe per eam quicunque ſint in mari & inſulis, in Arida & ſpeluncis, in montibus, deſertis, ſylvis, & fluminibus. Et en iſta dimidia pars Sphæræ dividitur in quatuor Quartas, quæ dicuntur plaga Orientalis, plaga Occidentalis, plaga Meridionalis, & plaga Septentrionalis.

Dicunt Scrutatores (i. e. Phyſici) antiqui, per totam extremitatem Auſtri Orientalem dari tranſitum ad Æquatorem diei, cujus Polus tranſit

באי טאראפובאנה בים הודו
לסבוב הקפת השמש בו ולרוב
החמימות עליו לא כתב טולומיאו
בו ישוב כלום רק קרא כוש התח-
תינה ארץ בלתי נודעת טירא
אינקוניטא וכן לים אוקינוס
הדרומי אשר סביבות אפריקא
ממלכות פיס קרא האיים האלה
פורטינאטי אינסולי ומהים ההוא
הסובב כל ארץ כוש לא דבר
מאומה אולם הצד הצפוני כלו
מהחצי הכדור העליון ממזרח
למערב אשר הוא רביע הכדור
הוא הישוב המפורסם וידוע לכל
החכמים אשר חלקוהו לאיקלימים
ולמעלות וחלקים ובו תסוב
חקירתם האמת כי גם בקצה הצפוני
חוה לקרירותו יתמעט הישוב בו גם
כן להיותו במרבר שממה לא
תזרע ולא תצמיח ולא יבנה חום
שרב ושמש כי אם מעט והוא אחר
עבור איי הולאנדי לא יעבור בה
איש ורגל בהמה לא בים ולא
ביבשה כי קור המה : האמנם
בימים האלה כי כבר החל האדם
לרוב על פני חלד נתרבו הישובים
ונתישבו המדברות ונכרתו ונחשפו

per insulam Taprobanam in mari Indico, ut per eum peragatur revolutio Solis. At propter nimium in illo calorem, Ptolemæus non descripsit in eo ullam habitationem; sed tantum Æthiopiam inferiorem vocavit Terram incognitam. Et sic in mari Oceano Australi quod circundat Africam quæ ex regno Fes, insulas illas vocavit Insulas fortunatas. Sed de mari illo quod circundat totam terram Æthiopiæ, nihil locutus est; verum tantum de tota plaga Septentrionali quæ est in Globi dimidia ista parte superiori, ab Oriente in Occidentem, quæ est quarta-pars Globi: illa nempe est pars-habitabilis manifesta & nota omnibus doctis, qui diviserunt illam in [2] Climata, & Gradus, & Partes; cum circa eam eorum disquisitio veritatis versetur. At etiam in istâ parte Septentrionali infrequens erat habitatio, propter ejusdem nimiam frigiditatem; ita ut ea fuerit ad instar deserti desolata, nec in eâ sementis nec germinatio, cum non nisi parum ad eam [3] perveniat calor Solis aut æstus. Talis inquam locus est post insulas Hollandiæ, per quem nullus homo transibat nec pes jumenti nec per mare nec per aridam, quia [omnia] erant frigida. Verum in diebus istis cum jam cœperint homines multiplicari super faciem Mundi, frequentiores sunt habitationes, & deserta jam evase-

2 *Climata & Gradus & Partes*] Cap. 4, divisio fit per רצועות, quæ ibidem *Zonæ & Lineæ & Parallelli* vocantur. 3 יבנה *Tibbane*] Sic utrumque Exemplar. Sed omnino legendum est יכנס *Ticcanes*, prout in Lat. reddidi *perveniat*. Aliàs legeretur תבנה *Tibbane* in gen. fœm. uti sunt reliqua.

היערות ונתיבשו אגמי מים רבים
עם נהרות באופן כי נתפשט
הישוב בארבע רוחות המציאות
ועברו קו אשר גבלו ראשונים
לשבת בכל צד עולמי אשר לא
דברו בהם הקדומים ובפרט טולו
מיאו אשר נעלו ממנו הישובים
החדשים האלה הנמצאים כאשר
נבאר בעזרת האל

runt habitata, & ſucciſæ ſunt ac denudatæ ſylvæ, & plurima aquarum ſtagna exiccata, una cum quibuſdam fluviis: ita ut nunc extendatur pars habitata, ad quatuor plagas Mundi, & transgreſſi ſunt lineam quam determinaverant priores, ut habitare poſſint in omnibus Mundi lateribus; de quibus etiam priores nihil dixerunt, & ſpeciatim Ptolemæus, à quo occluſæ erant habitationes iſtæ recentiores quæ jam repertæ ſunt, ſicut explicaturi ſumus auxiliante Deo.

פרק ב בחלוקת הישוב אשר בצפונו של כדור לשלשה חלקים כולו לפי דעת הקדומים אסיאה אפריקא ואברופה וסמני התחלת תחזקם ואנה ישלימו גבוליהם ורוב העמים אשר בהם

CAPUT II. *Agit de diſtributione Habitationum quæ in Septentrione Globi, in tres partes, quæ ſecundum opinionem antiquorum, ſunt Aſia, Africa, & Europa; una cum ſignis initii terminorum eorum, & quo compleant limites ſuos. Et de multitudine populorum qui in eis.*

אחרי אשר בארנו בפרק הקודם לזה כי כל הישוב המיושב על החצי הכדור העליוני וכלו צפוני בכדור לסבת החום הגדול אשר ברדומי להלאה ממשוה היום יאמרו המדברים כי כל הישוב הזה הצפוני ממזרח למערב נחלק ל ג חלקים איברופה אפריקא ואסיאה כמעט רמזו באלה שם חם ויפת שלשה אלה בני נח ומאלה נפצה כל הארץ אסיאה לשם אפריקא לחם

CUmque jam in præcedente Capite explicaverimus, univerſam portionem habitatam eſſe in Globi dimidia iſtâ parte ſuperiori, (quæ tota in Globo eſt Septentrionalis, propter magnum calorem in parte Auſtrali ultra Æquatorem;) notandum eſt Hiſtoricos affirmare, totam hanc habitatam portionem Septentrionalem ab Oriente in Occidentem, dividi in tres partes, Europam, Africam, & Aſiam, quibus deſignantur Shem, Cham, & Japhet, qui ſunt tres filii Noæ, à quibus repleta & diſperſa eſt tota terra; viz.

1 *Europa, Africa, Aſia*] Horum nominum rationes quæ afferri ſolent, tales ſunt quas piget referre. Cum itaque nec à Latinis nec Græcis meliores rationes commode peti poſſint, recurrendum eſt ad Phœnices, à quibus plurima tum Appellativa tum Propria Nomina ad pleraſque Mundi partes tam per

per Negotiationem quam per Scripta fluxerunt & derivata ſunt. Primo autem quibus Nominibus hæ dictæ partes ab aliis vocatæ fuerint, jam docebimus; poſtmodum ad Phœnicia Nomina deveniendo.

In Judæorum Scriptis *Europa* aliquando vocari ſolet *Edom*, per invidiam impoſito nomine; quo tamen magis ſpecialiter *Roma* ipſa regni Edomitici caput notatur. Noſter in Cap. 7, in Argumento dicit, *Edom quâ in Europâ*, ſc. præcipue intelligit *Italiam*, &c. Ceterum Europam hodie vocare ſolent فرنكستان *Frangiſtân*, quod quidem nomen tempore Belli Sacri natum: ii enim dicto Bello plurimos francos intereſſe videntes, putabant omnes Europæos eſſe tales, quos itaque ad hunc uſque diem *Francos* vocant. Unde & exteri Principes eorumque Legati veriores Titulos ignorantes, Papam aliquando vocarunt فرنك شاه *Francorum Regem*, & فرنك بيك *Francorum dominum*; & aliquando روم شاه *Europæ Regem*, & روم بيك *Europæ dominum*, ut adulandi mos eſt nimium cuique tribuere. Nam apud Orientales nomen روم *Rûm* ad totam Europam ejuſque incolas denotandum ſubinde adhiberi ſolet: id quod plane evincitur tam aliunde quam ex loco apud Geographum Nubienſem p. 151; بحر الانغليسيين من الروم *Mare Anglorum Romanorum* ſeu *qui ex Rûm*, i. e. ex Europa. Ad quem locum Gabriel Sionita in Verſione ſua in marg. addit, *id eſt, Europæorum: nam ab Arabibus* inquit *Europæ omnes Romani appellantur*. Et in Marocanâ quadam Epiſtola ad Regem Angliæ ſcripta, legitur الي كبير الروم وسلطانهم [الروم ل.] *Ad ſupremum Rumæorum* [i. e. Europæorum] *eorumque Principem* Carolum II. Et *Europa* D. Molino *Rum-eli* vocatur. Hujus autem uſus & ſignificationis in omnibus cauſa & ratio eſt, quod *Rûm* ſeu *Rûm-eli* primario notet Europæam partem Boſpori Thracici; unde ſecundario pro tota Europa ſumitur. Nam à tranſlato Imperio, Conſtantinopolis & tota Thracia vocata eſt *Rûm*, quæ quidem Græciæ pars Europæa ab Aſiatica hoc nomine diſtinguitur.

Si itaque ut jam factum videmus, totum à parte denominare liceat, nomen *Sarmatia* (quæ vulgo male duplex cenſeri ſolet,) Europæ in genere quodammodo accommodari poſſe videatur, cum tot Provincias & Regna, tam magnam ſc. Europæ partem uno illo Nomine indigitetur. Imo quod tota Europa ſub *Sarmatia* nomine olim venerit & jam venire debeat, in *Hiſtoria Regum Perſiæ* quam meditor, magis probabile (ut ſpero) facturus ſum. Interim autem impræſentiarum addam, neceſſe eſſe ut utraque *Sarmatia* in Europa eſſe cenſeatur, cum Europa uſque ad Volgam extendatur in Ariſtotelis Libro de Mundo, (ſi modo Ariſtotelis ſit,) ubi Cap. 3, legitur Ευξεινη μεν ουν, ἐστι δὲ ὄρος κυκλῳ, σπιλας τι Ἡρακλειους ἡ μυχοὶ Ποντε, Θηλατία τε Υρκανία, καθ' ἣν στόμιος εἰς τον Ποντον διήκει. Et ſic fere Agathemeres, qui notat ſecundum quoſdam, *Flumine Phaſi & Iſtimo inter Caſpium & Euxinum* Europam ab Aſiâ dividi: & p. 3, & 66, *Aſia & Europa terminum antiquos dixiſſe Phaſin Fluvium & Iſthmum qui à Sarbo ad mare Caſpium extenditur. Poſtea autem recentiores tradidiſſe, Mæotidem paludem & Fluvium Tanaïn.* Quare autem (ut innuit Annotator D. Tennulius) quidam veterum, & in his Herodotus & Æſchylus, Aſiæ & Europæ terminum ſtatuerint *Phaſin*, rationem reddit Procopius lib. 4to Hiſt. Goth. ſc. *Quia Phaſis ex adverſo Gaditani Freti ſe attollens, terras velut aquas ſecat. A freto quippe ſuſum mare terras utrinque ſubmovet: at Phaſis ubi deſinit Pontus, in medium ejus Sinum Luna in morem, eurvatum ſemet dejiciens, continuat acceptam à mari terrarum diviſionem.*

Alias nomen *Heſperia*, quæ vulgo reputatur eſſe altera Europæ pars Occidentalior, (nempe Italiæ & Hiſpaniæ male reſtringi ſolet,) univerſo occidenti totique Europæ haud incommode tribuatur, & aliquando revera tribuitur, ut mox manifeſtius fiet. Nam cum Aſia vulgo dicatur partium Mundi numero quidem *tertia*, magnitudine vero *dimidia*, hoc in mentem revocat apud Phœnices totius Orbis dimidiam ſeu in duas partes diviſionem; quarum una erat חצי אסי *Aſi, Dimidia*, viz. חצי המזרחי *Dimidia Orientalis*; altera vero חצי המערבי *Dimidia Occidentalis*; ſeu ſimpliciter מזרח *Oriens*, & מערב *Occidens*, qui quidem eſt locus ערוב *Erób* ſeu *veſperaſcendi*, ubi ſc. Sol יערוב *Ye'rób* ſeu *Te'rôp*, id eſt, *occidit*, q. d. *Europas*, ſi verbum cudere liceat. Nam vulgaris pronuntiatio fere ubique Gentium, *b* in *p* vertit. Quin & *Te-rob* ſeu *Te-rop* fuerit Nomen proprium Heemanticum, ut יתסור, & יתלם, &c. Vel alias, tertia futuri ſæpe nominaſcit & fit Nomen Subſtantivum, ut Arab. *Tarab filius Kabtan*, & יעקוב *Jaacob, ſupplantabit*, יהושוע *Jehoſhua, ſalvabit*, &c. Et ut verbum *Jehoſhua* à frequentiori ſalvandi actu, in Nomen abſolutum migravit; ſic à *Te'rop* frequentiori veſperaſcendi actu, quaſi per Inductionem aliquam habitum eſt perpetuo nominaſcens. Et ab horum aliquo vel quovis horum effluxerit *Europæ* nomen: nam in hujuſmodi nominibus ab unâ linguâ in aliam tranſlatis, non eſt neceſſe ut Exſypi ad Prototypum convenientia ſit ad minutias uſque accurata, modo inter ſe invicem ſono quodammodo congruant. Talia enim auribus percepta ab unâ Gente ad aliam plerumque transferuntur ab iis qui rerum tranſlatarum veram ſcriptionem non vident nec perpendunt, ſed auditu tantum ſonum captant, idque literulam addendo, demendo, aut mutando, præſertim *b* in *p*: & maxima ex parte non petunt talia Nomina à formâ abſoluta,

abſoluta, ſed conſtructa, (utpote quæ inter loquendum frequentius audiatur,) ſua omnia derivant de ſumuntque talium Nominum Tranſlatores. Exempla ſunto ea de quibus dubium eſſe non poteſt. Uti, pro eo quod in S. Bibliis legitur אזוב *Ezób*, fit Gr. ὑσσωπος ſeu ὕσσωπος : à שׁבט fit σκηπτ, ſcil. σκηπτρον ſeu σκηπτος : à forma conſtructa חרב, quod eſt *Gladius* in genere, fit ἅρπη quæ peculiarem gladii ſpeciem notat : ubi *b* in *p* mutatur, ut & in χαλιπ pro حلب *Haleb*, *Aleppo*; & Ἰαθριππος pro يثرب *Iatrib* ; & πυχὴ *Paſcha* pro باشا *Baſſa*, quod & à Turco-Græcis literam *b* pronuntiari neſcientes, ſubinde etiam ſcribitur باشا *Paſha*, minus recte. Et ſic ſemper Cambro-britannorum vulgus in vocibus Anglicanis proferendis. Litera demitur, dum à نارنج fit ἀυραντ ſeu ἀυραντιον. Proſthe ſeos exempla in ſeq. habentur.

Ut itaque redeam illuc unde diverſus ſum, *Ewop* fit vel ירוב *Terop* Heemanticum, vel ex forma futuri nominaſcens ; vel etiam ערב *Ereb* ſeu *Erep*, *veſpera*, quod nomen totius plagæ ubi Dies ערוב *Erop*, *veſperaſcere* & Sol *occidere* ſolet, ut Arab. غرب *Occidens*. Qui quidem loquendi modus etiam apud Herodotum & omnes Græcos ſemper obtinuit : ut πρὸς ἠῶ ſeu ἠῶ *ad Orientem*, cum ἠοιος ſeu ἠῷος ſive ἑῷος ſit *matutinus* & *orientalis* ſitus : & ἠοίη θαλασσα eſt *mare orientale* : & ἑῷος πλυνὸς eſt i. q. Ἰνδικὸς ὠκιανὸς : τὸ δὲ κατὰ δύσιν, ἑσπέριος ὠκιανὸς, aut κατ' ἐξοχὴν Ἀτλαντικὸς : nam πρὸς ἑσπέρην eſt *verſus Occidentem*, quia ἕσπερος ſeu ἑσπέρος eſt *veſperinus* & *Occidentalis* ſitus. Sic ἑσπέριαι μοῖραι *partes occidentales* : & apud Atheneæum, οἱ πρὸς ἑσπέραν οἰκοῦντες *qui verſus Occidentem degunt* : & apud Dionyſium Alexandrinum, ἑσπέριος ὠκεανὸς *Oceanus occidentalis*. Ab hiſce exemplis liquet nomen *Heſperiam* non ſoli Italiæ aut Hiſpaniæ, ſed toti occidenti competere. Cumque jam nominis *Heſperia* ratio ex antiquitatis obſcuritate & crepera luce emergens melius eluceſcat, *Heſperus* etiam qui putatur Japheti filius, clarior evadet verbo tenus *Occidentalis quidam homo*, ſeu *Occidentis incola* tantum : talis enim erit Japheti filius. Cum præcedentibus formulis idem eſt quoque loquendi mos apud Arabes, quibus tota Occidentalis Mundi pars vocatur ارض المغرب *terra Heſperia* ſeu *Occidentalis* ; & بحر المغرب *mare Heſperium*, eſt totus Oceanus Occidentalis Atlanticus tam Europæus quam Africanus. Hinc inquam ſatis clarum, Nomen *Heſperiam* à quibuſdam eſſe nimis reſtrictum Hiſpaniæ & Italiæ, cum toti Occidenti competat, & non tantum Europam ſed & Africam comprehendat ; nam tam hæc quam illa erat à Phœnicia ſitu Occidentalior.

Hæc autem ne gratis dixiſſe videar, audiatur Geographus Nubienſis, qui in Clim. 4 parte 1, docet *Europam & Africam olim unum fuiſſe Continentem, & mare Mediterraneum fuiſſe ſtagnum undique Clauſum ; arte autem apertum fuiſſe inter Tangjam & Andaluſiam iſthmum qui factus eſt in Canalem 12 militaribus longum & tunc 6 latum, qui tamen dicti Geographi tempore in 12 militarium latitudinem evaſerat.* In eundem ſenſum audiatur antiquus Scriptor Agathemeres, qui lib. 2, c. 2, poſtquam egit de communi Orbis diviſione in 3 partes, quas etiam receptis diſtinctionibus diſterminat limitatque ; addit, οἱ μὲν τοι πυλαιοι τὴν Λιβυὴν καὶ τὴν Ἐυρώπην, ωσπερ μιαν ἠπειρον, συνεχῆ ὄντας ἀλλήλοις ἐνὶ τῷ μέσῳ τοῦ τε Ἐυρώπης ὀνόματος. Quo nihil magis appoſitum & ad rem, dici aut cogitari potuit. Quo tempore facta fuerit diviſio ſeu disjunctio, docet Hier. Vitalis in Voce *Terramotus*, qui ex Averroe notat, *Circuluſa terramotus tres annos durâſſe ; quo tempore ſcribit Joh. Anglicus, Hiſpaniam ab Africâ, & Oſſam ab Olympo divulſam ac ſejunctam fuiſſe.* Freti autem Gaditani Canalis videtur adhuc multo antiquior. Nam Hanno navigavit extra Columnas, uti conſtat tam ex ejus Navigatione quam ex Arriani Indicarum Libro ſub finem, qui Hiſtoriarum octavus, Ἄννων δὲ ὁ Λίβυς ὁν Καρχηδονίων ὁρμηθεὶς, ὑπὲρ μὲν Ἡρακλείας ϛήλας ἐξέπλωσεν ἐξω εἰς τ Πόντον, &c. Et in Libro περὶ ἀκεσμάτων θαυμασίων ſub calcem, qui Ariſtoteli tribuitur, (ſi modo illius ſit, nam ſtylus & ſcribendi modus non multum redolent Ariſtotelem,) λεγεται τὰς Φοινικας τὰς κατοικουσας τὰ Γάδειρα κλυζομενα, ἐξω πλεόντας Ἡρακλείων ϛηλῶν, &c. Omnium autem potiſſimum eſt authoritas Hannonis Carthaginenſium Regis in *Periplo*, Ἐδοξεν Καρχηδονιοις, Ἄννωνα πλεῖν ἐξω ϛηλῶν, &c.

Supradictam quoque in Orbis diviſione dichotomiam etiam hodie obſervant & ab omni ævo obſervarunt Orientales, qui totum Mundum dividunt in مشرق و مغرب *Orientem & Occidentem* ; & quando generaliori aliquo modo aliquid dicitur fieri vel factum fuiſſe شرقا وغربا *per Orientem Occidentem*, id per Univerſum Mundum fieri intelligitur. Et ſic Syri. Ita ut omnium Gentium (exceptis ſitu Occidentalioribus,) in hanc dictam Mundi dichotomiam conſenſus plane cernatur.

Hujus

Hujus itaq; divisionis authores fuerunt Phœnices, qui ut prius ita quoque commodius dictam dichotomiam instituere potuerunt; quippe qui in medio inter utramque *Dimidiam* siti fuerunt, & Orbem sic divisum reliquis Gentibus exhibuerunt. Ea autem pars quæ iis Occidentalior; Hispanis Italis, & Græcis erat Orientalior; ideoque ex necessitate loquendi ab his aliter appellari debuit: cum Oriens & Occidens non sint absoluta, sed respectiva tantum, & per varias Globi partes migrent. Hinc est quod quæ Byzantinis erat Ἀνατολὴ, (vulgo *Natolia* seu *Anadolè*,) Phœnicibus erat מערב *Europa*, Ἕσπερα seu ἑσπερία. Perperam itaque (ut nuper dictum) *Hesperia* Italiæ & Hispaniæ vel etiam Europæ vulgo sic dictæ restringitur, cum apud Ptolemæum memorentur *Hesperii Æthiopes*, i. e. Occidentales, eodem nempe sensu quo Phœnices usurparunt, sic dicti. Et *Hesperidum* (i. e. Occidentalium) Pomorum aureorum Horti, erant in Cyrenaica Libyæ, ubi copia auri, ut & serpentum ac Draconum, qui quasi tot illius Custodes, omnes auferendi animo accedentes abigere & arcere dicebantur. Hi enim Horti ex Phœnicum & supra laudati Agathemeris sententia, in Europa fuisse dicantur.

Sed cum tertia Mundi pars vulgo censeatur esse *Africa*, de hac etiam seorsim disquirendum. Ea (ut vulgo statuitur,) ab Europa dividitur Freto Herculeo, & ab Asia τῷ Νειλῳ στενῷ, ducta linea à mari Pelusiaco & Palude Sarbonide ad Sinus Arabici μυχὸν seu intimum recessum. Africa latius sumpta totum Æthiopiæ Continentem comprehendit; proprie autem dicta (ut statuit D. Golius alique,) à Tuneto seu Carthagine (sive ab Hippone) ad Barcam & Cyrenaicam & Marmaricam quæ Ægypto proxima, extenditur: & quidem proprie Litoralis est, Numidiam seu Nomades & Lybiæ interioris partes μεσογαίας excludens.

Arabibus quidem hodie dicitur أفريقية *Afrikia*, (cujus nominis rationes quas afferunt ineptæ, ideoque nolo recitare,) mutuato à Romanis Nomine. Ptolemæo etiam dicitur Ἀφρική: sed Straboni, Aristoteli, Herodoto, & reliquis antiquis Græcis semper vocatur Λιβύη, sc. Libya exterior quæ mari proxima. Non est itaque *Africa* Nomen hac qua legimus forma, æque antiquum cum eo Asiæ & Europæ, sed à Romanis cusum factumque: idque à برقة *Barca* seu *Varca* sive *Vareca*, sicut diversitas pronuntiantium illud variare potuerit. Nam non tantum Pœni & veteres Hebræi lit. *Beth* pronuntiabant ut *v*, sed & Arabes sæpe id facere solent, ut apparet tam alibi, quam apud Geogr. Nub. in nominibus لبلونة *la Valona*, الجون البناقة *Sinus Venetticus*, &c. Est autem *Barca* (ut Herodoto vocatur, qui pronuntiabat *Varca*,) vetus nomen Punicum seu Canaaniticum, denotans præcipuam Libyæ seu Africæ proprie sic dictæ partem circa Cyrenaicam. Est nempe *Barca* strictè sumpta, celebris & ampla illa regio alias dicta *Marmarica*, inter Cyrenaicam ad Occ. & Ægyptum ad Ortum, olim *Mareotis Lybia*, introrsum ubi *Libya deserta* patens. Populi *Marmaridæ* Straboni, *Barcitæ* Ptolemæo, *Barcæi* Virgilio. Eaque Phœnicibus (præfixo ut solet *He* emphatico aut *Aleph*,) est הברקה *Havarca* seu *Havreca* sive אברקה *Avreca*; unde Romanis *Africa*. Ea itaque Libyæ pars, est *Regio Barcæa*, seu *Vareana*, sive *Avareana* vel *Avricana*, i. e. *Africana*. Idque eadem ratione qua Africani D. Augustini *Hipponem* jam à multis seculis scripserint בונה בוגה *Bona* seu *Bone* sive *Pone*: & tamen pronunziatio antiqua indicat aliquando scriptum fuisse הבונה *Habbone* seu *Hippone*, seu אבונה *Abbone* sive *Ibbone*.

Et quidem addendi aut detrahendi Literam in initio vocum, exempla infinita & perpetua exhibent Linguæ Orient. ut فامية *Pamia* vel افامية *Apamia*; شكم vel اشكم *venser*; Heb. תר vel אתר *explorator*, pl. אתרים: à דון quoque אדון *Adon* est *Dominus*, Europæis *Don*, quasi Judex, jus dicens aliis, adeoque Dominus eorum. Sic Heb. דם *dâm*, & Chald. דמא *demâ*, abbreviata sunt ab אדם *adam*, *rubuit*. Nam in Targ. *Exod.* 4. 26, 27, & in Targ. Psalmorum sæpius occorrunt cum prosthesi lit. *a* vel *i*, ut אדם *adam* vel אדם *iddam*, vel אידם *idâm*, vel אדמא *idmâ* seu *admâ*, quæ omnes formulæ *sanguinem* notant. Chaldæis etiam indifferenter dicitur דמדום *dimdum* vel אדמדום *adamdûm*, *rubedo*; & דמדמני *damdemoni* vel אדמדמני *adamdemoni*, *uva immatura subrubescentes* seu *sanguineæ*. Pro Heb. זמה *Zimma*, Chaldæi dicunt אומאה *azmaa*. Et sic Judæi moderniores in exoticis sæpissime, ut pro σιαλη, dicunt אזמיל seu *izmêl* seu *izmil*; pro στρατηγος, אסטרטיג *estratèg* seu *estratig*; cum magnâ talium catervâ. Quin & in ling. Heb. præfixum *Aleph* formativum in Nominibus subinde visitur, ut in אכזב *aczâb*, אכזר *aczâr*, אפרח *ephrâch*, אצבע *etsba*, & אבן *aben* à בון. Hæc omnia, cum plurimis aliis quæ addi possent, certe faciunt ut Syllabæ prosthesis in Nomine Heb. aut Punico haud difficulter admittatur. Talem literarum prosthesin multiplicat etiam lingua Gallica, ut pro *Stephano*, *Estienne*, &c.

Et quidem (ut denominationis causam & rationem exquiramus) dictum Nomen הברקה برقة *splendorem* seu *splendentem regionem* notat, cum ea regio radiis Solaribus tam copiose collustretur, ut reflexum ab areni lumen adeo intense fulgens, à longinquo spectantibus (ad instar Corporis Solaris)

aquarum

aquarum ſpeciem referat: & hicce arenarum ſplendor & radiatio, Arabibus (ex linguâ Perſicâ petito nomine,) dicitur سيراب *Serâb*, i. e. *aquæ ſuperficies*, ſeu *ſuperficialis aquarum ſpecies*. Hæcque viſus deceptio, proh dolor! ſæpe illudit ſiticuloſos viatores, qui inter calidiſſimas illas arenas aquæ refrigerium aviditſſime expetentes, ad longinqua loca dicto modo reſplendentia, ſpe fruſtrata haud raro contendere ſolent.

Hinc etiam Nominis Λιβύη ratio peti poteſt, ſive à *Flamma*, ſive à *Leonum* abundantia deſumptum credamus, cum utrumq; eodem recidat. Græci ſic dictam volunt, quia Leonibus abundat, ſatis recte: nam לביא eſt *Leo*, ilque *fulvus*. Sed cum לביא contractum ſit pro להביא, à להב *flamma*, tam Leo quam hæc Regio (cum utraque ſint fulvi & flammei coloris) ab eadem notione denominata videantur; nempe vel à *fulveſcentium Leonum* abundantia, vel à *fulveſcentibus arenis* ardore pene inflammatis. Unde flammeæ iſtius regionis aduſti ſolcolæ non ſine ratione Αἰθίοπες, *vultu aduſti* vocantur.

Qui Africam ſic dictam volunt à Julio Africano, dormitant plane; quaſi Subſtantivum ab Adjectivo derivari poſſit, & non potius hoc ab illo derivetur. Clariſſimus Golius in Notis ad Alferganium, exiſtimat *Africam* ſic dictam eſſe ab افرخ *âfroch*, quod lingua Libycâ (ut ille dicit,) *Palmam* notat. Id autem Nominis petitum eſt ex Numidiæ ſeu interioris Libyæ lingua *Aquel Amarig* dicta, (de qua mox dicam,) quæ non eſt Africæ proprie ſic dictæ lingua: unde nec Africæ proprie ſic dictæ (ſeu Libyæ exterioris) Nomen ex ea lingua petenda ſit. Nam hæ duæ regiones, linguis ſemper uſæ ſunt diverſis; nempe Libya exterior, olim Punica, nuperiq; ſeculis Arabica: interior vero Numidica barbara: de qua Job. Leoni ab Arabibus ſuis quærenti, quænam & qualis eſſet lingua, reſpondebant eſſe *Aquel Amarig*: cujus tamen nominis rationem non videbatur ſatis deprehendiſſe. Id enim ſuis Characteribus reſtitutum, eſt اقوال امارىغ *ſermones garrulitatum ineptarum*. Et quidem cum Joh. Leo Mohammedanis in itinere ſe ſociaret, & ab illis quæreret qualis eſſet illorum Ethnicorum lingua ſeu ſermo, vix potuerit melius reſponſum expectare ab illis qui tales miſeros homunciones deſpectui habebant: quorum tamen reſponſum ille (forte vim vocum non ſatis perpendens) pro vera ac genuina illius linguæ Nomine reportabat. Errat certe Doctiſſ. Golius, dum haſce voces ſuis Characteribus reſtituere conatur اوال امارىغ, exponitque *Lingua ſuavis & nobilis*. Fallitur enim in prioris vocis ſcriptione, pro اقوال *Aquel* ſubſtituens اوال *Auwâl*, q. d. *primarius, præſtans, & præcipuus*; & in vocis poſterioris interpretatione, dum ponit *Amarig* eſſe *ſermonem* ſimpliciter; cum revera ut dicit Ecteri, امـــراغ (in plurali امـاريـغ) ſit *multiplicare ſermonem perperam & inepte*, uti ſe habet Ethnicorum illorum ſtulta garrulitas. At è contra, credere miſerorum illorum qui beſtiis ſunt proximi, ſermonem vocari *ſuavem & nobilem*, & tale reſponſum dari à Mohammedanis illos contemnentibus, valde improbabile eſt, & à rei natura prorſus alienum. Reſponſi itaque à Mohammedanis dati Leoni interroganti veritas erat, *Illorum ſermonem eſſe ineptam quandam garrulitatem*.

Ex ſupra dictis igitur probabile eſt, *Africæ* Nomen non eſſe ab *Afroch* lingua Numidica (ut dicit) *Palmam* denotante, ſed potius ab הברקה quod in Libya exteriori in quam Romani (quibus *Africa* nomen acceptum ferimus,) penetrarunt. Agnoſco quidem Numidiam ſeu Libyam interiorem *Palmis* præ aliis rebus abundare, & à Joh. Leone tanquam proprio Nomine *Regionem palmarum* vocari. Sed cum *Africa* Nomen ad nos profectum ſit à Romanis, qui non in Libyam interiorem, ſed tantum in exteriorem penetrarunt; certe dictum Nomen ex hac potius quam ex illa petenda erit; cum Romani qui dicti Nominis ad nos Latores, exteriorem poſſederint, interiorem vero nunquam viderint, unde nec aliquid ex interioris Africæ lingua petierint. Multo inquam vero ſimilius eſt, eos Nomen deſumpſiſſe ex ipſa exteriore regione quam poſſederunt, idque eidem aptaſſe, potius quam ex altera interiore eis prorſus ignota nec unquam viſa, quod plane abſonum. Et hinc eſt quod tantum *Libya exterior* pro *Africa* proprie ſic dicta habeatur: *Libya* vero *interior* tanquam alteri prope adjuncta & contigua, minus proprie eodem nomine gaudeat.

איברופא ליפת וכמעט הסכים
לזה הספר יוסף בן גורין הכהן
ויהוע זה היות כוש מבני חם

Aſia erat Shemo, Africa Chamo, & Europa Japheto. Et fere in hoc conſentit ſcriptor Joſeph ben Gorion Sados. Hocque notum eſt, quod Cuſh

והוא

והוא באפריקא המיוחר בשם
איטיאופיאה שהיא ארץ כוש
ושם בן נח מלך שלם שהיא
ירושלים אשר באסיאה ראש
ממלכת עמים ויפת אשר בא
באיטאליאה שהיא באיכרופא

sit ex filiis Cham qui erat in Africâ, quæ peculiariter designatur nomine Æthiopiæ, quæ est terra Cush. Et Shem filius Noe erat Rex [2] Shalem, quæ est Jerusalem quæ in Asiâ Caput Regni populorum. Et Japhet is erat qui venit in Italiam quæ est in Europâ, uti explicatum

2 *Shalem quæ est Jerusalem*] Urbs sane vetustissima est *Shalem*, quippe quam circa annum Mundi 2023 (dicente Josepho) condidit *Shem Noa* filius, is qui in Lege Mosis cognominatus est *Melchisedek*, (i. e. *Rex justitiæ*,) ut affirmant uno ore Judæi omnes: quod etiam creditu facile, cum *Shemum* ad Abrahami tempora vixisse ex Lege certum sit. Et quidem ipsum quamdiu superstitit, in honore & summâ potestate ad extremum usque vitæ terminum permansisse, quivis procul omni dubio facillime crediderit; siquidem tam ipse *Noa* quam ejus filii (ex quibus *Melchisedek*,) naturaliter & ex necessitate fuerint Reges; adeoque Justissimus *Shem* in sua Hierosolymorum urbe degens, ejusdem loci Rex haberi, & Titulo seu Epitheto *Melchisedek*, id est, *Rex justus* seu *justitiæ* merito nuncupari debuerit. Quodque *Melchisedeki* urbs *Shalem* (nam plura sunt loca ejusdem nominis,) sit *Jerusalem*, plus quam probabile, propter hujus commodiorem situm haud ita procul à mari salso ubi à Regibus pugnatum est; adeo ut ipse quamvis senex, inde tamen in Abrahami occursum facillime prodire potuerit. Hancque vocari *Shalem*, plane constat ex *Psal.* 76. 2, ubi de Deo dicitur, *Tabernaculum ejus esse in Shalem, & habitationem ejus in Sione*: nam harum enuntiationum altera est alterius exegetica, cum nemo poterit imaginari Habitationem ejus fuisse extra Tabernaculum suum, aut in alio loco diverso.

Mortuo *Shemo*, *Jebusæi* à *Jebûs* Canaani filio prognati, pulsis *Shemi* filiis eam occuparunt, & per plus quam octingentos annos tenuerunt. Hoc tempore *Shalem*, mutato nomine, dicta est *Jebûs*, à *Jebusæis* possessoribus, qui eam de nomine suo (ut Victores solent,) vocari voluere. Postea vero *David* Rex ope Divina adjutus, eandem recuperavit, quamvis *Jebusæi* virium suarum fiducia freti, per contemptum cœcos & claudos ei in mœnibus opposuerint: & recuperando (ut legitur *Judicum cap.* I,) *incolas ore gladii percussit, & urbem incendit.* Sed tamen (ut rursus legitur *Josuæ* XV,) *Jebusæum habitatorem Jerusalem non potuerunt filii Juda delere: habitavitque Jebusæus cum filiis Juda in Jerusalem ad* illum tunc *præsentem diem.* Imo & perfectam cum eis amicitiam habuere Judæi, uti constat tam ex aliis quam ex historia *Araunæ Jebusæi*, qui amicissime voluit dare *Davidi* Aream suam cum Bobus & Utensilibus; quæ tamen ab eo emere maluit *David*, quia noluit nullius pretii Sacrificium Deo offerre.

Ibi *David* non absque instinctu aut monito Divino, Sacrificium Deo obtulit gratulatorium pro victoria contra inimicos: nam dicta Area erat in *Monte Moriah*, qui sc. ipsissimus erat locus *Davidi* præmonstratus pro ædificando Templo; quod tamen non potuit præstare, quia vir sanguinum fuit. Legitur 2 *Chron.* 3. 1, *Et cœpit Salomon ædificare Domum Dei* בירושלם בהר המוריה *in Jerusalem in Monte Moriah qui monstratus fuerat Davidi patri suo, quem pro loco paraverat David in Areâ Ornan* (seu *Araunæ*) *Jebusæi.* Hocque Nomen (ut & plurima alia in S. Scr.) videtur post factum huic Monti impositum, rei ibi factæ causam innuens: sc. contractum est pro מורה יה *More Jah*, i. e. *docens* seu *monens Dominus.* Nam à ירה fit מורה *More, docens, monens, instruens, ostendens, præmonens*; ubi scil. Dominus *docebat* Abraham quid faceret Isaaco, & ei *ostendebat* ubi inveniret pecudem seu Arietem mactandum, & tandem *monebat* ne læderet Isaacum: & Davidi quoque *monstrabat* ubi Deo Sacrificium primo offerret gratulatorium, & deinde *præmonebat* ibi Templum esse extruendum. Hic itaque Mons tam auspicato ab initio ad finem in Dei cultum dedicatus, dictus est *Moriah.* Et cum Vers. 8, dicatur אלהים יראה לו השה *Deus providebit sibi pecudem*: inde Vers. 14, ipse mactationis locus vocatur *Dominus providebit.* Unde postea apud eos qui difficultate & periculo pressi, in Proverbium ablit, בהר יהוה יראה *in Monte Domini providebitur* nobis; i. e. Deus providebit nobis, & ex hisce angustiis nos liberabit. In Bibliis Anglicanis legitur, *In the Mount of the Lord it shall be seen*, minus rectè: nam id quod Versu octavo legitur, *the Lord will provide*, plane indicat sensum ejus quod in Versu 14. esse *in the Mount of the Lord it shall be seen to, or provided for.* Nempe in Monte Domini rei nostræ cura habebitur, i. e. Dominus rei nostræ curam habebit & pro nobis providebit, sicut fecit Abrahamo, providendo ei pecudem ut filio parcere posset.

Florentibus Judæis, hæc urbs propter Templum Dei & celebratissimam loci Sanctitatem, in S. Bibliis

vocatur עיר הקדש *urbs ſancta* ſeu *Sanctitatis*. Et à veteribus Perſis dicta eſt گنگ دز هوخت *Paradiſus Judæorum* : de qua re plura (volente Deo) in Tractatu noſtro de *Paradiſo terreſtri*. Eiſdem Perſis hæc urbs alio quoque nomine dicta eſt خانه ضحاک تازي *Domus* ſeu *Habitatio Debâk Arabis* ; inſinuando ibi olim vixiſſe ejuſdem nominis Perſarum Regem, (de quo fuſe in noſtra *Hiſtoria Regum Perſiæ*,) qui magnam partem Imperii Orientalis obtinebat circa ætatem *Manaſſis* Regis Judæ quem abducebant Aſſyrii, eo tempore quo X Tribus in perpetuam Captivitatem abductæ ſunt. Cumque Judæi ex Præcepto Divino verſus ſanctum iſtum locum adorarent & etiamnum adorent, Samaritani (ut in Epiſtola Samaritica ad Angliam miſſa,) per ludibrium dicebant eos adorare verſus גבנית *Gophne*, quæ eſt Hieroſolymis proxima : nempe in vicinia intra pauca milliaria ponitur Γοφνα apud Ptolemæum, quem videas, uti quoque Adrichomium p. 27, de Toparchia Gophnitica in Tribu Judæ.

Apud Græce ſcribentes aliquando legitur Σόλυμα, compendioſe pro Ἱεροσόλυμα. Nugantur vero qui Ἱερουσαλὴμ ſic dictam volunt, q. d. ἱερὰν Σαλωμῶντος ; ut & qui ſomniant *Jeruſhalem* eſſe per literæ mutationem pro *Jebuſhalem*. Cum enim *Shem* Rex pacificus 50 annis (ut dicitur) ante mortem, eam condiderit & nuncupaverit *Shalem*, (ut ibi moreretur ἐν Σαλὴμ, πόλει τῆς εἰρήνης ; *David* qui ex ejus poſteris, jure poſtliminii eam tandem recuperaverit, reædificaverit, auxit, regni Judaici caput conſtituit, & vetus nomen novo includens, eam prophetice nuncupavit ירושלם *Jeruſhalem* ; quod abbreviatum vel pro ירוש שלם *poſſeſſiva eſt pacem* poſt tot bella, vel יראה שלם *viſura eſt pacem* hæc urbs, vel incolæ ejus יראו שלם *viſuri ſunt pacem*, vel etiam *Pacificum*, aut *Perfectum & Integrum*, ſc. Chriſtum, cum ne os quidem ejus fractum fuerit ; ut integrum, non vero mutilatum Sacrificium pro nobis offerretur. Non ergo ſine Numine factum eſt ut hanc urbem primo inſtitueret *Shem*, eamque typico Nomine inſigniret ; eam à *Jebuſæis* ablatam reſtauraret *David*, & antiquum nomen reſtitueret ; ut tandem in plenitudine temporis ibi regnaret ὁ βασιλεὺς τῆς εἰρήνης, (ſi noviſſent res quæ ad pacem ſuam ſpectabant,) qui & factus eſt Sacrificium ſatisfactorium olim adumbratum in *Iſaaco* qui typice ibi oblatus in *Monte Moriah* tunc quidem dumis ſcatente, qui tamen poſtea erat הר הבית *Mons Domûs* Domini, ſeu הר הקדש *Mons Sanctitatis*, ubi tandem Templum Hieroſolymitanum juſſu Divino extructum. Adeo ut omnia ab hujus urbis incunabulis ad ejuſdem vaſtationem per Titum Veſpaſianum, conſpirarint ad completionem rerum quas Deus proviſione ſua deſignaverat ; ut ſcil. à *Melchiſedeko* primo inſtitueretur talis urbs in qua veri Dei cultus ſtatim poſt Diluviom exerceretur ; *Iſaacus* Chriſti Typus figurate offerretur ; & poſtea, pulſa *Jebuſæorum* barbarie & Idololatriâ, verus Deus in Palatiis ejus rurſus tandem agnoſceretur, & Chriſtus Dominus (promiſſus *Meſſias* in *Iſaaco* adumbratus) ibi regnaret & coleretur, eſſetque Civitas Magni Regis & Gaudium totius terræ.

Quia vero Civitas erat quaſi duplex, viz. inferior quæ infra *Montem Domûs Domini* in plano condita ; & ſuperior, (quæ à Conditore aliquando nominata eſt *Civitas Davidis*) in latere ſeu declivitate *Montis Sionis*, cujus verticem occupabat Templum Domini, Judæi S. Bibliorum Punctatores legendum punctarunt quaſi in forma Duali *Jeruſhalaim*, ſubintelligendo literam *Jod* in ultima ſyllaba, nimis critice & quoque falſo : unde & extra Biblia in eorum Libris, aliquando ſcriptum videmus ירושלים inſerta litera *Jod*, ut hic fit. Non autem ferenda eſt talis Punctatio & lectio quæ totam ſignificationem tam Grammaticam quam Typicam obſcuret incaſſetque. Cumque hæc talis diſtinctio alias non cernatur in S. Bibliis, ſed ibi ſemper vocetur עיר *Urbs* in ſingulari, non autem עירים *Iraim* in Duali, aliquantulum ſuſpicor antiquitatem noſtrorum Siclorum tam Hebraicorum quam Samariticorum, in quorum omnium Inſcriptione legitur ירושלים הקדושה, ſeu  *Jeruſhalaim Sancta* ; excepto uno Samaritico æreo, in quo recte legitur  *Jeruſhalem ſancta*. Et ſic Verſio Græca ante Punctationem facta, Ἱερουσαλὴμ. Cum enim in illis legatur ירושלים ſecundum Punctationem quæ moderna eſt, ſequetur illos Sicles cuſos fuiſſe ex quo facta eſt dicta Punctatio.

Hæc urbs ab Ælio Adriano Romanorum Imperatore capta, ab eo nominata eſt *Ælia Capitolia*. Is, ut dicitur, Montem Calvarium & Chriſti Sepulchrum (antea extra mœnia) muro cinxit. Hodie & ab aliquot ſeculis, tam à Mohammedanis quam à Chriſtianis Arabice loquentibus, *Beito'l-Makdes* nuncupatur. Sic in Libro *Maſalic-Mamalic*, quem alias abbreviate citare ſoleo *Maſm*, اورشليم اي مدينة السلم وهي بيت المقدس *Uraſhlem, ea eſt Urbs Salutis, eadem ſcil. quæ Beito'l-Mokaddes*. Alias autem plerumque apud ejuſmodi Mohammedanos Scriptores, *Urbs Salutis* eſt ex Nominibus *Bagdadi* circa tridui itinere ab antiquo *Babele* diſtantis : ideoque maximo favore Mohammedanus Author dignatus eſt Hieroſolymas eadem appellatione decorare. Eſt autem *Beito'l-Makdes* ſeu *'l-Mikdas*,

Mikdas, idem quod בית המקדש *Domus Sanctuarii*, quo nomine non Templum, ſed Urbs ipſa intelligitur; quæ aliquando etiam ſimpliciter dicitur מקדש *Mikdaſh*, *Sanctuarium* Synecdochice, denominatione à potiori & nobiliori ejuſdem parte deſumpta. Syris vulgo audit اورشليم *Uriſtlem*. Sed *Jeſu Bar Ali* in Lexico Syr-Arabico, captato nominis Arabici ſono, vocat مقدس *Maſtaſſo*. Et ſic in Samaritanorum Sichemenſium Epiſtola ad Clariſſ. Ludolphum miſſa, ſcribitur ממדש *Maſtaſh*, more (ut videtur) Syr-Arabum inter quos vivunt. Hæcce urbs hodie vocatur quoque (præcipue à Chriſtianis) قدس مبارك *Kuds Mabarek*, i. e. *Sanctitas benedicta*, vel alias قدس شريف *Kuds Sheriph*, i. e. *Sanctitas nobiliſſima*: vel plerumque brevitatis cauſa ſimpliciter قدس *Kuds*, i. q. Heb. קדש *Kadeſh*, i. e. *Sanctitas*. Hinc Europæis Viatoribus corrupta Nomina *Gotz*, *Godz* & *Catmobarch*, &c. quæ Lexici Geographici Author ex aliis Europæorum Libris corraſit: & Molino *Chuzzi ſeriſ*, minus bene.

Hieroſolymorum Urbs apud Arabum Geographos (Synecdochice ut ſupra,) vocari ſolet المسجد الاقصى *Templum extremum* ſeu *extimum*, quippe quod reſpectu Arabiæ & Templi Meccani, verſus extimum Occidentem ſitum habeat. Herbertus noſtras in Itinerarii ſui editione prima (tanquam nomine inter Orientales recepto) ponit *Jeruſalem* in Oriente vocari *Kurſalaleel*. Quid autem hoc nominis ſit, & an revera aliquid ſit, vix mihi conſtat. Si recte ſcribit, forte ſit كرسى خليل *Kurſa Chalil*, id eſt, *Sedes Abrahami*, quia is in *Monte Moriah* ubi Templum poſtea extructum, aliquantulum manebat mactaturus Iſaacum. Sed nunquam inveni tale hujus urbis Nomen in Orientalium Libris. In altera dicti Itinerarii editione hoc (cum aliis aliquot Nominibus Propriis) prorſus omittitur. Quale autem portentum Nominis pro hac urbe ſit *Lecouſſ*, quod in Indice Geographico legitur, hariolari neſcio, niſi forte ſit pro *le Couds*.

Sunt qui putant *Jeruſalem* aliquando vocatam fuiſſe *Gablan*, ſuam opinionem petentes ex Talmude in Tract. *Sanhedrin*, *fol.* 97. 1; ut & ex Tract. *Sota*, *cap. ult.* prope finem, ubi (dum de Judæorum exilio & deſolatione agitur,) legitur quod *in poſtremis temporibus Meſſiæ* בית הוועד יתיהב לזנורא והגליל יחרב והגבלן ישום ואנשי גבול יסובבו מעיר לעיר *Domus Synedrii erit pro fornicatione, & Galilæa vaſtabitur, & Gablan deſolabitur, & viri limitis* [terræ Iſraelis] *circuibunt ab urbe in urbem.* Eadem quoque (excepto quod pro ישום legatur ואנשים) habentur in dicto loco Tract. *Sanhedrin*, ubi Gloſſator Talmudicus hæc adjicit, והגבלים מקום ששמו כך ישתומם *Gablan*, i. e. *Gebalim*, (*ſc. locus ejus nomen ſic eſt*,) *vaſtabitur*. Unde D. Carpzovius & alii putant hoc eſſe ab Arabico جبل Gjebal *Mons*, q. d. Montana regio, *Jeruſalem* intelligentes. Et ad firmandam ſuam opinionem, ex Strabone adducunt Σολύμους eſſe Καβαλεῖς: cum tamen Strabo iſtos *Solymos* ponat in Piſidia, ab Homero etiam commemoratos. Dicta autem de *Gablan* opinio, ex mendoſa Talmudis lectione videtur proceſſiſſe. Sed in Talmudis Exemplari quodam Seldeniano ad dictum locum in *Sanhedrin*, antiqua manu Doctiſſimi cujuſdam Judæi (qui emendando totum percurrit Talmudem) additur MS correctio marginalis, docens quod pro הגבלן *Gablan* legendum ſit הלבנון *Lebanon*, ſenſu quidem optimo. Et hoc modo omnes aliæ conjecturæ ruunt, dum ſcil. ſublato mendo, legatur *Lebanon*, cujus gloriam eodem modo longe ante Eſaiam Propheta etiam deceſſuram ſæpius prædixerat. Miror autem Judæorum defidiam & incuriam, quod chariſſimum ſuum Talmudem in omnibus editionibus ubique paſſim corrupte & incorrecte mendis ſcatentem prodire ſinant. Si aliquis recudere vellet, ad dictum noſtrum Exemplar Seldenianum (excepto quod proh dolor! unus deſideretur Tomus,) correctiſſima adornari poſſet editio.

D. Lightfoot in Notis ad D. Marcum, exiſtimat quod apud Herodotum Κάδυτις (Gen. Καδύτιος,) ſit *Jeruſalem*: quæ quidem Κάδυτις ibi deſcribitur non eſſe minor quam *Sardis*. Et quod eo nomine intelligatur *Jeruſalem*, potius quam *Damaſcus*, probabile videtur, cum haud ita procul à mari eſſe ibi inſinuatur; & præterea fiat mentio *Montium Cadytii*, cum è contra Ager Damaſcenus ſit in Cœloſyria Campus planus multis fluviis & aquarum ductibus irriguus & fertilis, adeo ut à quibuſdam Paradiſus terreſtris creditus fuerit; quæ itaque regio etiam hodie dicta eſt غوطة دمشق *Damaſci Guta*, quod talem *terram depreſſam & aquis irriguam* notat. Et quoad hoc apud Herodotum memoratum Nomen, nullus dubito quin una litera ex Scribarum errore mutata, Κάδυτις ſit pro Καδύτις, quod rejecta (ut debet) terminatione, eſt קדש ſeu قدس *Kadus*, idem ſcil. Nomen quod ſupra explicatum, quo tam à Judæis quam ab Arabibus olim vocata fuit *Jeruſalem*. Cumque

id fuerit inter alia celeberrimæ hujus ☞ bis recepta in Oriente Nomina, non eſt mirum cur Herodotus tam celebris loci ſub illo nomine mentionem fecerit, & cur Scribæ (ut in exoticis ſolent) una litera erraverint.

כמבואר ביוסיפון ובספר סופלימי-
נטום קרוניקארום:
האמנם להגיד תחומם ונבוליהם
וה עם זה אנה יתחילו ואנה
ישלימו ומי בתוכם היום נאמר כי
אברופא מתחלת ביבשה מצד
המערבי אשר בספרד ממיצר ניבל-
טירא ברמון ספרד היא במלכות
גראנאטא ויבא ויתארך על כל
סוף אישאליאה והאיים הנרבקים
בה ויסוב ויחבק כל גלילות
הארציפילגו ליון ער למעלה צפונו
של ים אלינספונטי בנהר הטאנאס
גלילות רוסיאה וזה הנהר הוא
סוף לכל האיברופא:
הפרטות אשר בזאת האיברופא
הוא כל ספרד וצרפת וכל

eſt in Joſepho, & in Libro dicto [3] SUPPLEMENTUM CHRONICORUM.

Verum quoad declarandum limites & terminos eorum, unum cum altero, ubi incipiant, & ubi deſinant, & quiſnam ſit eos interjacens; jam dicemus Europam incipere in Continenti à parte Occidentali Hiſpaniæ, à Freto Gibeltar ad [4] Rimmon Hiſpaniæ, nempe ad regnum Granatæ; unde continuatur & extenditur per totum finem Italiæ & inſularum ei adjacentium. Deinde ambit & complectitur omnes provincias Archipelagi in Græcia uſque ad ſuperiorem partem Septentrionalem maris Helleſponti, & ad Fluvium [5] Tanaim Provinciarum Ruſſiæ: qui quidem fluvius eſt finis totius Europæ.

Partes Europ. particulares, ſunt tota Hiſpania, Gallia, tota Germania, [6] Da-

3 *Supplementum Chronicorum*] Compilavit & edidit *Jacobus Philippus Bergomas*, anno 1500; quod poſtea emendatius prodiit 1535.

4 *Rimmon*] i. e. *Granatum*, ſcil. *Malogranatum*: ſic enim Author noſter *Granatæ* urbis nomen ſuo modo exprimit per vocabulum ejuſdem ſig. in lingua Heb. Adeo ut heic *Rimmon Sepharad* ſit *Granata Hiſpaniæ* urbs.

5 *Tanaim*] Heb. לטאנאס *la Tanais*, qui quidem Fluvius effundit ſe in بحر الازرق *mare exruleum* dictum *Maotidem Paludem*. Arabice ſcribitur تان *Tan*, accolis *Tana*, qua ſcriptione diſtinguenda eſt à *Tona* ſeu *Dona* ſeu *Donaw* ſive *Danow*, i. e. *Danubius* ſeu *Iſter*, Arab. طنا *Dona*. Articulus *la* eſt ex lingua Italica quæ Authoris vernacula: nam hic Fluvius Italis audit *la Tana*, quod Anglice diceretur *the Tanais*. Et ſic poſtea aliis locorum Nominibus præponitur *la*, ut לסיקא *la Mecha*, &c. quod ſemel monuiſſe ſufficiat.

6 *Dacia*] Populum quod attinet, Suidæ Πατζινακίται vocantur Δάκες à ſing. Δάξ. Latine *Dani*, *Davi*, *Dai*, & *Daci*; à quorum ſervili conditione, *Davus* pro *Servo* apud Comicum. Eſt autem *Dacia* triplex, continens *Tranſylvaniam*, quæ *Dacia mediterranea*; *Moldaviam*, quæ Dacia Ripenſis ſeu *Pannodacia*; *Valachiam*, quæ *Dacia Alpeſtris* ſeu *Alpina*. *Dacia* Turcis dicitur قره بغدان *Cara Bogdân*, id eſt, *Nigra Bogdan*, & Græcis modernis Μαῦρος Δαβία *Nigra Davia*: unde *Moridavia* ſeu *Moldavia*, eadem literæ permutatione qua pro *Muri baccâ* decimus *Molberry* ſeu *Mulberry*. *Dacia* vel ejus pars vocatur

catur quoque Μαῦρος Βλαχία *Nigra Vlachia*, Turcis قره افلاك *Nigra Iſlâc*, vel ſimpliciter *Iſlâc*. Hinc aliquot virorum nomina, ut *Vlacq* ſeu *Vlachus*; & *Matthæus Flacius Illyricus*, aliique. Non enim ſentio cum D. Cointe, qui gratis dicit verum ejus nomen eſſe *Flavium*. Nam cum ipſe ſit ex Illyria ortus, id indicat eum eſſe *Flacium*. Sunt qui *Bogdan* exponunt *Dei donum*: & quidem lingua Illyrica *Beg* eſt *Deus*; non autem *Dan*, ſed *Dar* eſt *donum*.

אשכנז וראציאה וטורקיאה ואונ-
ריאה ופולקיא וכל יון ומצירוניאה
ורלמציאה טראציאה קורבאקיאה
וכל האיטאליה עם כל האיים
המתיחסים אתה ובאמונת רומא
כנון אנגליאה אסקוציאה מאיוריקא

cia, 7 Turcia, 8 Hungaria, 9 Polachia, tota Græcia, Macedonia, 10 Dalmatia, Thracia, 11 Chœrobacchia, & tota Italia cum omnibus inſulis quæ numerantur cum eâ, & ſunt in Fide Romana, ſicut 12 Anglia, 13 Scotia, Majorca, Minorca, Corſica,

7 *Turcia*] i. e. Turcarum Sedes in Europa, hodie عثمان ولايت *Oſmanica regio*, & Turca eſt عثمانلي *Oſmanli*: ſic enim id nomen pronuntiant Turcæ, Arabes *Othman*. Eorum vero originalis & nativa Sedes, eſt in تركستان *Turceſtân* ſupra Mare Caſpium. De hoc autem plura (annuente Deo) in peculiari Diſſertatione de *Tartaria* ſeu *Turcia Aſiatica ac Orientali*. R. Benjamin in Itinerarii ſui pag. 27, 39, 54, &c. Turcas vocat *Togarmim*, תוגרמים והם נקראים טורקוש *Togarmim qui vocantur Turca*. Sed quidem *Togarmim* ſeu *Togarmai* potius videntur eſſe تركمان *Turcomani*, familiari literarum metatheſi pro *Tucarmani*. Tales tranſpoſitiones viſuntur in ὐαζίηνος pro ὐαζιήνος وزير *wazir*; & apud Ptolemæum & in Mappis Ζυγίεις pro Γιζίεις جزيره & hujuſmodi ſexcenta alia, quæ non tantum in difficilioribus & exoticis, ſed & in vernaculis accidere ſolent.

8 *Hungaria*] Ab Hunnis occupata regio, Romanis *Pannonia*, Turcis مجار *Maggjâr*. De hoc autem plura in dicta Diſſertatione de *Tataria & Tataris*.

9 *Polachia*] i. e. Poloniæ pars Boreo-Orientalis. Hæc loca ſic nominata ſunt ex *Pôl*, id eſt, *Planities* eorum lingua, utpote quæ ſit regio plana. Turcis dicitur لخ *Lech* ſeu *Leh*, ab antiquo aliquo Rege qui ibi aliquando regnavit. Duo enim Fratres olim, *Leh* quidem *Poloniam*, *Czech* vero *Bohemiam* occuparunt: quæ itaque Regna ad hunc uſque diem dicta nomina retinent.

10 *Dalmatia*] Turcis بوسنة ايلي *Boſna-ili* ſeu بوسنة ولايتي *Boſna-vilayeti*, id eſt, *Boſniæ regio*.

11 *Chœrobacchia*] Vulgo *Chirobacchi*, urbs Thraciæ.

12 *In Fide Romanâ, ſicut Anglia*] De Authoris tempore intelligendum eſt.

13 *Scotia*] Videtur deprehendiſſe *Tuaſim* ſeu *Tuadam* Fluvium (qui Scotiam ab Anglia ad Bervicum dirimit,) illam facere diſtinctam Inſulam, eam ab hac ſejungendo. Sic in Argumento Capitis VII, inter Capitum Elenchum generalem, legitur אי סקוציא *Inſula Scotia*. Sed in ejuſdem Argumenti Verſione hoc non notavi, quia in Textu Libri eſt tantum סקוציא *Scotia*. Sed in Textu Capitis II, & VII, & XII, Scotia plane ut particularis Inſula numeratur, aliter quam nos facere ſolemus. Et ſic Geograph. Nub. Clim. VII, parte ſecunda, الجزيرة سقوسية المتصلة بجزيرة انغلطرة *Inſula Scotia contermina eſt Inſula Anglia*. Adeo ut noſter Hebræus, quamvis errans, non ſit in ſua opinione ſolus; ſed ab aliis præeuntibus ſeductus.

מינוריקא

מינוריקא קורסיקא סארדיניה
שציליאה ציפרי רורי קנדיאה:
נבול האפריקה מהחיל בנגר רמון
ספרד מעבר לים במיצר גיבלטאר
הנקרא מאבריטאניאה ציסארי
דרך טנייר וארזילא ופיס ויסנב כל

Sardinia, [14] Cilicia, Sicilia, Cyprus, Rhodus, & Candia.

Terminus Africæ incipit è regione Granatæ Hiſpaniæ, ab ulteriori-parte maris in Freto Gibeltar, [eo in loco] qui vocatur Mauritania Cæſarea, per viam [15] Tanger, & Arzillæ, & Pheſs.

14 *Cilicia*] Hodie *Caramania*. Ne autem hoc Nomen aliquem fallat, diligenter diſtinguendum eſt à *Caramaniâ* in Perſide, quæ incolis كرمان *Kirmân*. *Cilicia* autem ab Amano monte, Turcis dicitur قره امان ايلى *Cara-amân-ili*, id eſt, *Nigri Amani tegio*. Alias *Cilicia* Turcis vocatur ذوا لقدريه *Du'l Kadaria*, ut Bernardo da Parigi. At D. Rycauto p. 95, *Zulkadria* ponitur i. q. *Maraſh* ad Euphratem ſita. Aliqua ejus pars eſt plana: altera vero aſpera Turcice dici ſolet طاش ولايتى *Saxoſa regio*, Straboni Τραχεῖα Κιλικία, quam incolunt Τραχιῶται. Alias *Cilicia* vocatur سيس *Sis*, ut Molino. Et ſic apud *Caleaſbendium*, tomi ſecundi pag. 332, سيس قاعده بلاد ارمن وقاعدة الثغور الشمالية *Sis eſt Sedes-principalis regionis Armenia & ſedes limitaneatum regionum Septentrionalium*. Vide etiam pag. 323. apud dictum *Caleaſbendium*.

15 *Tanger*, *Arzilla*, *Pheſs*] *Pheſs* Arabice فاس *Phas*, ſeu incolarum exili modo pronuntiandi, *Phes*, id eſt, *Securis*; à Securi aliqua in prima urbis fundatione inventa, ut dicitur. *Arzilla*, (ut vulgo pronuntiamus, interponendo *r* epentheticum,) eſt Oppidum litorale in mari Atlantico, haud procul à Tanger ſitum, Arabibus Africanis ſeu Mauris dicta ازيلا *azila*. *Tanger* Græcis Τίγγις, Arabibus طنجة *Tangje* ſeu *Tengje*. Europæi in fine addunt *r*, plenioris ſoni cauſa; niſi forte Græcis literis ſcribendo Τίγγις migraverit in Τίγγιρ, quod in multis aliis factum eſt, ut alibi monſtrabitur. Quin & Arabum *He* finale negligenter ſcriptum, ab imperitis quibuſdam Europæis aliquando habitum eſt pro *Re*.

Stephano, Τίγγις πόλις Μαυρουσίας· ὁ πολίτης Τιγγίτης. ---Τιγγιτανὸς δὲ τὸ ἐθνικόν. Hæc urbs eidem Stephano dicitur quoque Θίγγη, & Gentile, Θίγγιθ. Strabo, Πλησίον δὲ τῆ πολιχνίῳ μικρον ὑπὲρ τῆς θαλάττης, ὅπερ Τίγγα καλοῦσιν οἱ Βαρβαροι, Λίγγα δὲ Ἀρτεμίδωρος· ἀσσημοτέρους, Ἐρατοσθένης δὲ Λίξον. κεῖται δὲ ἀντιπορθμῳ τοῖς Γαδειρικοῖς οὐ διὰμεσου πεδίων ὀκτακοσίων, ὅσον ἐκάτερα διέχει τὰ κοῖλα τῆς θαλάττης πορθμοῦ. Sunt tamen qui *Lingam* & *Lixum* diſtinguunt. P. Mela, *Ejus oræ finis* Mulucha: *caput atque exordium eſt Promontorium, quod Graci* Ampeluſiam. *Afri aliter, ſed idem ſignificante vocabulo, appellant. In eo eſt ſpecus Herculi ſacer: & ultra ſpecum,* Tinge *oppidum pervetus, ab Antæo (ut ferunt) conditum.* Procopius de Bello Vand. dicit Gergeſæos & Jebuſæos quos Joſua filius Naue ex Palæſthina expulit, oppidum Tingin ſitu munitiſſimum in Numidia ædificaſſe, ubi duæ ex albo lapide erant Columnæ prope magnum quendam Fontem conſtitutæ, quibus Phœnicum lingua literæ inciſæ erant, migrationis cauſam continentes & declarantes. En locum integrum ex Procopio habe, ex *Belli Vandalici* lib. 2, cap. 10, p. 257: Ἐπειδὴ Ἑβραῖοι ἐξ Αἰγύπτου ἀναχώρησαν, &c. *Cum Hebræi, ex Ægypto egreſſi, non longe à Palaſtina finibus abeſſent, Dux via Moſes, Vir ſapiens, è vita migravit. Ducatum ſuſcepit Jeſus Naue filius: qui Gente hac in Palaſtinam inducta, virtutem in bello promens humana majorem, ac debellatis indigenis omnibus, Urbium facile potitus eſt, audiſque plane Invictus. Tunc temporis maritima omnis regio, à Sidone ad Ægypti fines,* Φοινικη *Phœnice dicebatur; nec niſi unum ibi quondam fuiſſe Regem conſeſſione omnium conſtat, qui de Phœnicum Antiquitatibus ſcripſere. Illic Gentes numero abundantes degebant, Gergeſæi, Jebuſæi, aliaque aliis diſcreta nominibus in Hebræorum Hiſtoria. At ubi Ducem advenam vinci non poſſe intellexerunt, relicta patria, in Ægyptum conterminam commigrarunt. Hic loco non invento qui ſedes iſtis ſatis laxas præberet, quod jam ab ævo longinquo frequens populis Ægyptus eſſet, in Libyam conceſſerunt; quam totam uſque ad Columnas Herculeas obtinuerunt, multiſque urbibus conditis,*

ditis, frequentarunt. Phœnicum lingua etiam utuntur incolæ. Castellum quoque struxerunt in urbe Numidiæ; ubi est urbs jam dicta Τιγγις Tigis: [l. Τιγγις *Tingis, seu Tanger.*] *Ibi ad fontem uberrimum. Columna è lapide candido visuntur duæ, quas inscripsam Phœnicum literis & verbis sententiam hanc servant,* ἡμεις ὑμεις οἱ φυγοντες ἀπὸ προσωπου Ἰησου τῆ ληστῆ υἱῦ Ναυῆ, *Nos is sumus qui fugimus à facie Jesu latronis, filii Naue. Ante horum adventum, colebant Africam alii populi, qui (quod ibi jam inde antiquissimi habitassent,)* αὐτόχθονες, i. e. *regionis soboles esse dicebantur. Hinc perhibent terra filium fuisse Antæum, ipsorum Regem, qui Clipea cum Hercule luctatus est. Post etiam qui è Phœnicia cum Didone migrarant, ad colonos Africa, tanquam ad consanguineos, se contulerunt; atque ipsis volentibus, Carthaginem condiderunt, tenueruntque. Procedente tempore, Carthaginenses opibus numeroque auctî mirum in modum, vicinos, quos primi (quemadmodum dictum est,) è Palæstina venerant, & hodie vocantur Mauri, acie fusos, longissime ab urbe Carthagine sibi sedes legere cogerunt. Dein Romani, omnibus debellatis, extremas oras Africæ, habenis hominum domicilia, Mauris assignarunt: Carthaginenses cæterosque Afros stipendiarios habuerunt. Denique Mauri, Vandalis sæpe victis, quam appellant nunc Mauritaniam, à Gadibus ad Cæsaream limites pertinentem, & reliqua Africa partem maximam, occuparunt. Hactenus de sedibus Maurorum in Africa.*

Phœnicum lingua erat Canaanitica seu Hebræa; ex qua itaque ipsa Phœnicea verba elicere haud ita difficile, si conjecturæ locus concedatur; missio etiam Græcorum more scribendi *Jesu fil. Naue*, pro *Josua fil. Nun.*

Nos sumus fugientes à facie Josua prædonis filii Nun. quæ sic forte pristinæ suæ Scriptioni restituenda sint, אנחנו בורחים מפני יהושוע חגוזל בן נון

Talem à fugientibus Canaanæis positam fuisse Inscriptionem, valde probabile est, quamvis à pluribus Authoribus non confirmetur. Hæc urbs à Claudio Cæsare Colonia constituta est, & *Julia traducta* nuncupata: unde etiam corrupte *Jol.*

ארץ כוש העליונה והתחתונה
למטה מרברי חול עד לאחור בים
אוקינוס הגדול וילך ויגיע עד
הכנסת ים אוקינוס בתוך היבשה
להתחיל ים סוף לבא מצרים הוא
ים אראביקוס הנקרא המקום
הזה מלכות בארבאריקוס וים
בארבאריקוס ויעלה למצא נהר

deinde circumambit totam terram Æthiopiæ superioris & inferioris, ab inferiori parte desertorum arenosorum usque ad posteriora maris [16] Oceani magni. Dein pergit & pertingit usque dum adjungatur mari Oceano in medio terræ ubi incipit mare Suph, qua venis ad Ægyptum: istud est mare Arabicum, & iste locus appellatur Regnum Barbaricum & Mare Barbaricum. Postea ascendit ad inveniendum (i.e. *ut perveniat ad*) Flu-

16 *Oceani*] Per Oceanum plerumque intelligit *Mare Atlanticum*, sic dictum quia Atlantem in Africa Montem alluit. Est autem اطلس *Atlas* Arabice *glaber*, & *cinereus* seu ad *nigrum colorem vergens* quidvis, sive mons sive aliud. Eodem nomine etiam denotatur *Transtyrrhena* vestis, (Anglice *Satin.*) propter glabritiem. Hic Mons Hispanis dicitur *Montes claros*, Mauris hodie الـــرف *Erriph*, id est, *Satis & lætior. proventu gaudens solum* seu *terra*. Arabibus hoc Mare (quia totum terrarum Orbem circumambit,) vocatur בחר מחיט *Mare ambiens*, Straboni Περίῤῥυτον, *mare circumfluens* seu *in se rediens*. Cur autem vocetur ἀκεανὸς, Agathemeres suam non satis aptam rationem reddit, διὰ τὸ ὠκέως ἀνύειν τὴν γῆν. Est autem ὠκεανὸς nomen factum ab Ægyptiaco ὠκεαμης, eodem significatu. Hinc Arabes mutuarunt magni sui Lexici nomen قاموس *Camus*, q. d. *Verborum Oceanus*. Ea autem Maris Atlantici pars quæ ab Anglia versus Septentrionem protenditur, Arabum Geographis dici solet בחר מטלם *Mare tenebrosum*, & בחר רקמי *Mare pictum*, propter densas nebulas, & alicubi crassiores tenebras quæ ibi habentur.

נילוס

נילוס היורד בראמיאטה ושם
ישלים נבולו עד קרוב להר סיני
וזאת האפריקא היא מיוחסת
לחם בן נח והסובב כל הקארב-
אריאה מאליכסאנדריאה עד
סוף ים הבריטניאה ובו נכללו
מלכיות נדולות מבארבאריא
ציריני טונים ואורן ופיס וזולתם
מלבד מה שמצאו המלחים החדשים
אחורי האפריקא התחתונה בסבוב
הים וביבשה אשר אין לזה מספר
כמו שמבואר בעה בפרקים הבאים:
אולם נבול האסיאה אשר הוא
נדול כפלי כפלים מהשני החלקים
האחרים מתחיל לצד דרום
לסוף נילוס ומנהר טאנס תנו לצד
צפון וילך לו מכל צד ומכל פנה
דרום וצפון ער סוף העולם המזרחי
לסינוס מאניוס וסינורום רגיאו
כולו ובזה תכנס פלשתים וכנען
וכל ארץ ישראל ארום עמון
ומואב ושעיר דמשק וכל מדי
ופרס ועוץ ופריסטי נאני והיהודים
הסגורים ונחר סבטיון וגומר ומנוג

vium Nilum qui descendit ad Damiatam: & ibi absolvit terminum suum, usque prope ad Montem Sinai. Hæc inquam pars est Africa quæ attribuitur Chamo filio Noæ, quæ ambit etiam totam Barbariam ab Alexandria ad finem maris Britannici. In ea comprehenduntur Regna ampla de Barbaria, *viz.* Cyrene, [17] Tunis, Oran, Phesis, cum aliis; præter ea quæ invenerunt navigatores recentiores pone Africam inferiorem per circuitum maris & in Continenti, quæ sunt innumerabilia, sicuti explicabitur in Capitibus sequentibus.

Sed profecto terminus Asiæ, quæ est quadruplo major duabus aliis partibus, incipit plagâ Australi juxta finem Nili, & plagâ Septentrionali à flumine Tanae prædicto, & pergit sibi ab omni latere & omni angulo Australi & Septentrionali usque ad extremum Mundi Orientalem ad Sinum magnum & Sinarum regionem totam. Et hacce [Asiâ] includitur Philisthim, & Canaan & tota terra Israel, & Edom, Ammon, Moab, Seir, Damascus, tota Media, Persia, Uz, Prestigian, & Judæi inclusi, Flumen Sabbation, (i. e. Sabbaticum,) & [18] Gomer & Magog, Mare Hyr-

17 *Tunis*] R. Benj. p. 126, dicit *Tunetum* olim vocatum fuisse חנס *Hanes*: quod tamen potius est in Ægypto. Geogr. Nub. in Clim. 3 parte 2, dicit olim dictum fuisse ترشيش *Tarshish*, ut MS; pro quo in impresso codice male legitur لرسيس. A Divo Paulo autem didicimus *Tarshish* esse in Cilicia. *Tunetum* hodie civitas & Emporium celeberrimum: olim Tumulus editior, 12 forte milliaribus à Carthagine distans, unde Scipio Carthaginenses ad comburendum Classem properantes prospexisse dicitur.

18 *Gomer & Magog*] De his vide Textum Capitis III, in Clim. VII^mo.

ים

ים איראניא וסארמאציא והכלב הגדול וכל יתר העמים הנדבקים באלה עד אין מספר עד סינוס מאניוס הגז

canum, Sarmatia, & [19] Canis Magnus, & totum reſiduum populorum qui his adjacent, donec non ſit numerus, uſque ad Sinum Magnum prædictum.

19 *Canis Magnus*] Intelligitur Tatariæ Imperator, qui apud Bergomatem ſupra memoratum, dicitur *Can*. Quin & Europæis inveterato more vocatus fuit, *Canis*, uti conqueritur D. *Michovius Cap.* VIII, ubi corrigit eum errorem qui ex nominum conſonantia ortus eſt. Eſt autem خان *Kân* in lingua Mogolo-Tatarica ſummæ Dignitatis Titulus, qui apud eos non niſi Imperatoribus tribuitur. Perſæ id nominis ab illis mutuantes, ſcribunt خان *Chân*, & uſum aliquantulum mutantes, pro Titulo Principis qui Regi proximus eſt (ſc. *un Duc*) utuntur. Arabes (qui Perſica & Tatarica nomina ſubinde corrumpere ſolent,) ſcribunt خم *Cham*, minus benè.

פרק ג בחלוקת הישוב הצפוני בכדור הנז לשבעה אקלימים ברצועות באורך וברוחב מן המזרח אל המערב:

CAP. III. *Caput tertium agit de diſtributione Habitabilis-partis Septentrionalis in Globo prædicto, in 7 Climata, lineis per longitudinem & latitudinem ab Oriente in Occidentem.*

כל החכמים הקדומים הסכימו וחלקו כל הישוב הזה אשר בצפון הכדור באורך ממזרח למערב ורחבו שהוא ממשוך היום העובר על אי טראפובנא אשר בים הודו

OMnes Sapientes antiquiores convenerunt, & univerſam hanc Habitabilem-partem quæ in Septentrione Globi, diviſerunt per longitudinem ab Oriente in Occidentem; & ejuſdem latitudo quæ eſt ab Æquatore pertranſeunte inſulam [1] Taprobanam in mari Indico, exten-

1 *Taprobana*] Author noſter malam aliquam vulgi pronuntiationem ſecutus, fere ſemper ſcribit טאראפובאנא *Tarapobana*, facta literarum metatheſi, quam non reduxi. Hæc Inſula hodie incolis *Lankaun* vocata eſt, dicente Knoxio. Olim dicta eſt Σιμοῦνδα, nunc Σαλικὴ, inquit Agathemeres antiquiſſimus Author. Ptolemæo, incolæ Σαλεες. Sed pro Σαλικὴ (quo forte ſcribæ erraverint,) potius legendum videtur Σαλιν: ea enim eſt Inſula quæ in Globis *Zeylon* ſeu *Ceylon*, incolis Selan. Namque ſonum literæ ז in ſua lingua non habent Selanenſes: ſed Belgarum proprium eſt *s* acutum efferre ut ז, & hoc modo dictum nomen à vero detorquere; ut & *a*, craſſius ſonare ut *o*. In Periegeſi Arabica, cap. 6, ſcribitur سيلان *Seilan*, apud Turcas Europæos زيلان *Zeilan*, apud Paulum Venetum *Seilam*, minus bene.

In Orientalium Libris, hæc Inſula fere ſemper vocatur سرنديب *Serandib*, nomine conflato ex *Seran* pro *Selan*; & ex ديب *Dib*, quod vicina lingua Malabarica *Inſulam* notat. Sic *Naldiv* (vulgo *Maldivas* vocamus,) eadem lingua *Quatuor Inſulas* ſignificat: tanta enim Inſularum multitudo, à

quatuor præcipuis & inſignioribus denominata eſt. Et ad littus Indicum *Angedie* ſign. *Quinque Inſulæ*. In dictæ Periegeſeos citato capite, ſcriptum eſt سيندبي *Sendib.* Et in Pherh. Gj. سراندبل *Serandil*, utrumque male. Hinc autem eſt, ſc. à voce *Dib*, quod hujus incolæ nuncupati fuerint *Divi*, *Divæi* ſeu *Divoni*, id eſt, *Inſulani*. Apud Ammianum Marcellinum lib. 22, p. 306, legitur de *Nationibus Indicis certatim cum Donis Optimates mittentibus ante tempus ab uſque Divis & Serendivis*, i. e. ab inſulis & inſulanis plurimis, particulariter ab inſula *Seren* ſeu *Seken* ſive *Selan*. Sed cum hæc ſit præcipua & totius Indiæ maxima Inſula, neceſſe eſt ut de hac ſola ejuſve Incolis intelligatur Philoſtorgius Lib. 3, §. 4, 5, agens de *Theophilo Indo*, qui πρὸς τῶν Διβηνῶν ἀ *Divenis ad Romanos miſſus eſt*, Διβῆς γ' εἰσὶν ἀνατολὴ ἡ νῆσος χέρσος, τῶν Ἰνδῶν δὲ κ. ὄντι φέρουσι τὸ ἐπίνομον. Et mox rurſus, ἐπὶ τὴν Διβηνὴν νῆσον. Ad hunc locum docte differit Jac. Gothofredus, quem tamen alias peſſime fefellit conjectura, dum ſtatuit hanc *Divorum* inſulam forte eſſe *Davadam* in Arabia, vel Δίαν, vel Δίβας: & tandem veritatem aliis & potioribus definiendum relinquit. Deinde notat Nicephorum lib. 9, cap. 18, male legere Διαβῆς & Διαβήνους, & Interpretem inde feciſſe majorem errorem *Adiabenos*: iſtum tamen alioquin ſecutum eſſe Baronium Ann. 354, num. 12 & 14. Qui itaque hinc corrigatur: nam *Adiabeni* inter Aſſyriam & Perſidem ſiti ſunt.

Rex Selanenſis affectat ſua lingua vocari රජ සිංහ *Raja Singha*, i. e. *Rex Leonum*: quamvis revera nulli ſint ibi in tota illa inſula Leones: ſed *Leonini homines* intelliguntur. Et inde eſt quod *Incolæ* ſua propria lingua vocentur සිංහල *Singhala*, id eſt, *Leonini*. Hinc eluceſcit ratio ejus quod in Codice Geographico Perſico *Maſalic-Mamalic* ſcriptum legitur, جزيرة سنكاديب وهي سرنديب *Inſula Singhadib, ea eſt Serandib*: nempe *Singha-dib* eſt *leonum inſula*.

Amici noſtri defuncti conjectura erat, quod *Taprobana* ſic nominata fuerit à *Dib*, i. e. *inſula*, & رهوان *Rohvan* (ſeu *Rabvan*, ut in Perſarum Libris ſcribitur,) quod eſt Nomen celſiſſimi hujus inſulæ Montis, qui creditur totius Orbis altiſſimus. Is incolis dicitur *Hamalei*, Italis *Pico de Adam*, Belgis *Adams Bergh*, ſeu *Mons Adami*. Incolæ enim Adamum è cœlo ſeu Paradiſo cœleſti lapſum, (talem enim ejus Lapſum intelligunt,) in hunc Montem cecidiſſe credunt, ibique pedis ſui veſtigium ſatis grande ad hunc uſque diem viſendum manere. Quod itaque Veſtigium Incolæ quotannis ſolenniter & religioſe viſitant coluntque. Adeo ut *Taprobana* ſecundum amici noſtri conjecturam, ſic dicta fuerit quaſi *Tibrovan*; id eſt, *Inſula Montis Rohvan*. Ingenioſa ſane conjectura, ſi non obſtaret quod *Dib* in Compoſitione ſemper poſtponatur: atque adeo hac ratione iſta Inſula nominanda eſſet *Rovandib*, non autem *Dibrovan*. Talis autem תיב *Dib* præpoſitio nuſquam comparet, nec ullibi unquam cernitur.

Toto autem cœlo terraque in re hiſtorica errat Samarita *Gen.* VIII, 4, ponens *Noa Arcam aquitviſſe* ⁊ⲥⲁⲣⲁⲛⲇⲓⲃ · ⲉⲣⲟⲩⲁⲃ · ⲁⲩ *ſuper montem* תיב *Serandib*.

Hæc eſt ipſa & fere ſola Inſula ferax Cinnamomi, quod quidem Aroma ab Incolis ſcribitur ⲕⲩⲣⲩⲇⲛⲃⲩ *Kuruddu*, & tamen potius pronuntiatur *Kuru-ndbu*; de quo (volente Deo) plura dicturi ſumus in Notis Biblicis.

Hanc Inſulam accurate deſcriptam videas apud Knoxium noſtratem Anglice; & apud Baldæum quem Belgice poſſidemus. Strabo eam Magnam Britanniam æquare ſtatuit: ὅτι ἀλάττονται τῆς Βρεττανικῆς ἡ Ταπροβάνη. *Ben Iſhac fol.* 40, 2, dicit جزيرة سرنديب وهي عظيمة قدر جزيرة الاندلوس قدرها ثمانون فرسخ علي ثمانين فرسخ *Inſula Serandib eſt magna ut inſula Andaluſius; viz. magnitudo ejus eſt* 80 *Paraſangarum in* 80 *Paraſangis*. Nempe utraque dimenſione tam longitudine quam latitudine eſt 80 Paraſangarum. Quid ſupradicti Authores de ea ſtatuant, quiſque videat.

Errones & vagabandi Sortilegi qui nobis perperam dicuntur Ægyptii (*Gypſies*,) & Italis *Zingari* ſeu *Zingani*, mihi videntur ſic dicti, q. d. *Singali*: nam à quavis Regione tales nebulones ſe denominare poſſunt & ſolent, & omnes (ut puto) Regiones ejuſmodi Errones poſſident, qui lingua ſemper à communi diverſa, impoſturæ gratia utuntur. Adeo ut Linguarum in toto Orbe numerus, hac ratione duplex ſit, reſpectu earum quæ vulgo reputari ſolent. *Bernardo da Parigi* in *Vocab. Ital. Turc.* perperam ponit جنكان *Cingán* & جنكانه *Cingana*, quaſi eſſent vocabula Turcica, cum ſint tantum Italica Turcicis literis ſcripta.

ויתרחב

ויתרחב ער׳ים אוקיאנוס להולאנדי׳
אשך בצפון אשבנז הנקרא מאנ-
׳׳יא נירמאניא חלקות לשבעה
אקלימים אשר נבאר מספרם
ומקום תחנותם ואורך הימים
הארוכים אשר לכל אחד מהם
כפי מה שראיתי מהקדומים ואם
יש חלוקות אחרות ואופנים
אחרים אשר ראיתי לאנשי זאת
המלאכה מה נטיתי לבי ללכת
אחרי עקבות טולומיאו וציוריו
להיותו מפורסם אצל חכמי הנוצרים
וגם מחכמי ישראל המתעסקים
בחכמת התכונה אשר החפצה
הזאת הכרחית למשפטיהם בעיון
מסיבות הגלגלים עד אנה יסובו
בלכתם אשר על זה לא דבר
כלל אלדד הדני ובעל המסעות רק
בחליכותיו ובמאורעות לו ואומר
בחלוקותם:

כי האקלים הראשון עובר קוטב
אורכו על מירדאי אשר הוא באמצע
מהר נילוס רל אי אחת גדולה
כמו פוליסינו של יבשה אשר

ditur uſque ad mare Oceanum, per Hollandiam quæ ad Septentrionem ווי Aſcenaz, quæ vulgo vocatur Germania magna. Hoc inquam diviſerunt in 7 Climata, quæ numeratim (ut & locum ubi deſinunt) deſcripturi ſumus, una cum longitudine dierum longiſſimorum in ſingulis, prout apud antiquos obſervavi. Et quamvis dentur aliæ diviſiones modique alii, uti apud hujus Artis peritos vidi, nihilominus inclinavi cor meum ad ſequendum [2] veſtigia Ptolemæi ejuſque Mappas, quippe qui celebris ſit tam apud Doctos Chriſtianorum quam apud Doctos Iſraelis operam dantes Scientiæ Aſtronomiæ, quorum judicio hæc doctrina habita eſt neceſſaria ad ſpeculationem Revolutionum Sphærarum, quatenus circumvolvuntur in proceſſione ſua; de qua re nihil omnino dixit [3] Eldad Daniæus, nec [4] Author Libri Itinerum; qui egerunt tantum de perambulationibus ſuis & rebus occurrentibus ſibi ipſis. Ego autem dicam de diviſionibus eorum.

Polus latitudinis Climatis primi tranſit per Meroen quæ eſt in medio fluminis Nili; quæ ſcilicet eſt inſula quædam magna ſicut [5] Peninſula Continentis, in qua eſt Habitatio &

2 *Veſtigia Ptolemæi*] Nempe in multis ſeculus eſt Ptolemæum: ſed Cap. V, plane profitetur ſe doſturum multa quæ Ptolemæum latuerant.

3 *Eldad Danæus*] Iſte Hebræus Author extat Latine excuſus in calce Chronologiæ Genebrardi, p. 53. Hebraice etiam habemus in Bibliotheca publica Oxonienſi.

4 *Author Libri Itinerum*] Is eſt *R. Benjamin Tudelenſis*, qui extat Heb. Lat. cum Notis excuſus per D. l'Empereur. Ille ibi p. 140, dicitur obiiſſe anno Chriſti 1173.

5 *Peninſula*] Author heic utitur vocabulo Veneto *Poleſino*, quod potius ſcribendum fuiſſet *Poleſine* aut *Toleſine*. Hocque mera corruptione à Lat. *Peninſula* detortum.

כו ישוב ומלכות גרול וארוך ונילוס יחלק הנה והנה ומתארך בכל שני צדדיו וישוב להיות אחד בסוף האי הזאת וילך האיקלים הזה ממזרח למערב ויכנסו תחתיו תחת השמים עמים רבים ומרברות ארוכות וישובים גדולים ועובר על קצה ים הודו ואצל טרפובאנא וכוש וליביאה ואיטיאופיאה אינפריאור ער סבוב ים פורטונאטי אינסולי ויומו הארוך יב שעות ז רביעים יען מעברו סמוך לקו משוה היום מלמעלה על היבשה:

האקלים השני עובר קוטב אורכו ממזרח למערב על סינים באינפטו אשר בנליל מצרים ויומו הארוך יג שעות ורביע ויכנסו תחתיו עמים רבים ממזרח למערב אורך ארץ הודו ויעבור נגר השמים על נהרי נאנגיי וסינוס פירסיקוס הוא ים פרס וכל ארביאה פיליקש ויעבר על רוחב ים סוף הוא ים אדאבי-קוס ויעבור כל ארץ מצרים וכוש ער סמוך הרי מבריטאניא ציסארי ויכנס בים אוקיאנוס המ-ערבי למעלה. מהאיים פורטונאטי

האיקלים השלישי יעבור קוטבו ממזרח ללכת אל המערב ויעבור

Regnum magnum ac longum; & Nilus hinc illinc diviſum per utraque ejuſdem latera extenditur, & deinde in hujus inſulæ extremitate in unum redit. Pergit hoc Clima ab Oriente in Occidentem, & ſub eo collectæ ſunt ſub ipſo cœlo Gentes multæ, & Deſerta longa, & Habitationes magnæ: tranſitque per partem maris Indici, & per Taprobanam, & Cuſh, & Libyam, & Æthiopiam inferiorem, donec tandem circumeat mare Inſularum fortunatarum. Et dies ejus longiſſimus eſt 12 horarum cum tribus quadrantibus, cum tranſitus ejus ſit prope Æquatorem ſuperius per Continentem.

Polus longitudinis Climatis primi tranſit ab Oriente in Occidentem ſupra Syenem in Ægypto, quæ in regione Mitſraim. Et dies ejus longiſſimus eſt 13 horarum cum quadrante. Sub eo comprehenduntur Gentes plurimæ ab Oriente in Occidentem per longitudinem terræ Indiæ: & tranſit è regione cœlorum per [6] flumina Gangis, & Sinum Perſicum, (is eſt mare Perſicum,) & totam Arabiam felicem, & per totam latitudinem maris Suph quod eſt Mare Arabicum, & per totam terram Ægypti, & per Cuſh, uſque prope montes Mauritaniæ Cæſareæ: & tandem committitur mari Oceano Occidentali ſupra Inſulas fortunatas.

Polus Climatis tertii tranſit ab Oriente qua itur ad Occidentem,

6 *Flumina Gangis*] viz. Gangis in plura flumina ramificatur & dividitur, ubi in Sinum Bengalenſem exoneratur.

על

על אלכסנדריאה וכל מלכיות
הבארבאריאה ויומו הארוך יג
שעות ג רביעים ויעבור למעלה
בשמים על ארביאה פיליקש
וסמוך לזה הולך ועובר סמוך ליוד-
יאה היא ארץ ישראל שהיא
סמוך תוך איקלים שלישי וחצי
והוא באמצע הישוב ער טבור הארץ
כאשר נבאר במקומו בעה׳

האיקלים הרביעי בתחלתו יעבור
סמוך לארץ ישראל דרך ים
אולם מעברו עובר על רודי לפי
השם המיוחר לו לחכמי המלאכה
ויעבור קוטבו הדך השמים ולמטה
בארץ תחתיו מרי ודראנגיאנאה
וקארמאניה ומרבורת אריאה
וטרציאה וציפריאה ורודי אשר
הוא מסומן עליו כאמור ויתארך
באורך ים האמצעי דרך סיציליאה
וסרדיניא ער קרוב לים ספרד וקאט-
לוניא ויומו הארוך יה שעות ורביע:

חאיקלים החמישי יעבור מדרך
מזרח על רומי ותחתיו מהתחלת
המזרח כל מלכיות סאקא וארץ

transitq; per Alexandriam, & omnia regna Barbariæ. Et dies ejus longiſſimus, eſt 13 horarum cum 3 quadrantibus. Deinde tranſit ſuperne per ipſos cœlos per Arabiam felicem: & juxta hanc eundo tranſit per Judæam, quæ eſt Terra Iſraelis, quæ eſt prope medium Climatis tertii, & dimidia [ejuſdem longitudine:] eſt nempe in medio Orbis-habitabilis in umbilico terræ, ſicut explicaturi ſumus in loco ſuo, per auxilium Dei & opem ejus.

Clima quartum initio ſuo tranſit prope terram Iſrael, per viam maris. Sed [ulterior] tranſitus ejus eſt per Rhodum, ſecundum 7 Nomen ei appropriatum per hujus Artis peritos. Tranſitq; Polus ejus per viam cœlorum & per terram deorſum. Sub eo ſunt Media, Drangiana, Carmania, & Deſerta Ariæ, & Thracia, Cyprus, & Rhodus, quod [Nomen] ei aſſignatum, ut dictum eſt. Deinde extenditur per longitudinem Maris Medii, per viam Siciliæ & Sardiniæ, donec appropinquet mari Hiſpanico & Cataloniæ. Et dies ejus longiſſimus eſt 14 horarum cum quadrante.

Clima quintum tranſit à via Orientis per Romam: & ſub eo ab initio Orientis ſunt omnia 8 regna Sacarum,

7 *Sec. Nomen*] Nempe Ptolemæo Διὰ Ῥόδου nominatur.

8 *Regna Sacarum*] Herod. dicit Σκύθας à Perſis vocari Σάκας, quod tamen eſt vocabulum Arabicum ساقي *Saca*, id eſt, *Potatores*, & *Pocillatores*: cum omnes illæ Gentes Septentrionales Potationi nimium indulgeant, ut bene notum eſt de Moſcovitis, Polonis, aliiſque Scythis frigidiſſimas illas regiones incolentibus Et ab eodem fonte apud Græcos Scriptores Perſarum aliquod Feſtum dictum eſt Σακέα, quod quidem eſt ejuſdem ſoni Nomen Arab. سقية & Chald. שקיא: non enim eſt nomen Perſicum, ut nec alia quædam quæ ab imperitis Perſica eſſe dicuntur. Scytharum nomen videtur tribui tam Occidentalibus quam Orientalibus Septentrionis Incolis: ideoque optarem ut de his verba facientes, vellent:

vellent distinctius loqui: nam alias de quo populo loquantur aut in qua regione versentur, à nobis pariter ignoratur. Doctissimus Golius in Append. Atlantis Sinici demonstrat *Scythiam* esse *Catbaiam*; quod quidem Nomen in plerisque Orientalium Libris vulgo scribitur خطا *Chata* seu خطاي *Chatai*: sed Author τῆς *Legat Mesnavi*, monet rectius scribendum قتا *Kata*, jocose addens alterum priorem scriptionem esse (ut nomen Arabice sonat,) خطا *Chata*, i. e. *Mendum* seu *errorem*. Plura cupiens, videat accuratissimam *de Chataia Disquisitionem D. Mulleri*.

D. Grueber ex China ad amicum scribit, quod *Ca-ta* Sinice significet *Terram Orientalem magnam*. Et quidem *Ta* est *magnum*: sed quod *Ca* sit *Terra-Orientalis*, non constat, nec Chinensis meus agnoscebat. At mihi videtur non esse Sinicum Nomen, sed forte Turcico-Tataricum, quo totum Regnum Chinense (vel saltem Septentrionalior ejus pars) nominatum est ex quo in eam dominati sunt Tatari. Et sane impossibile est ex communi usu loquendi ut *Chataia* quæ ad Sinarum Septentrionem & Occasum vergit, à Sinensibus in sua lingua vocetur *Terra Orientalis*, quod potius dicendum esset ab illis Turcis qui à *Chataia* sunt situ Occidentaliores. Nam hoc nomine præcipue intelligitur Desertum vicinum urbi *Socheu* in Provincia *Xensi*, quod alias distinctius vocatur Turcice قره خطاي *Cara-Chatai*, id est, *Nigra Chataia*, vel ut D. Golius reddit, *Terra Chataiæ*. Sic enim subinde usurpatur vox apud Turcice loquentes, ut قره‌دنكزدن *per terram & per mare*, seu *per continentem & per mare*.

מרי ומחחרת לים אירקאניארה
הוא ים קספיאו ויתארך סמוך
לארציפלינו כלו ויון וישוטט על
רומי וילך באורך האיטאריארה ער
ספרד ויומו הארוך יד שעות נ
רביעים
האיקלים הששי יסוב ויעבור

& terra Mediæ, & quicquid est infra Mare Hyrcanum, quod est Mare Caspium: & extenditur prope Archipelagum totum, & Græciam, & transcurrit per Romam, & transit per medium Italiæ, usque ad Hispaniam. Et dies ejus longissimus est 14 horarum cum 3 quadrantibus.

Clima 9 sextum circuit & transit ab

9 *(Clima sextum)* Noster statuit tantum 7 Climata, omittens agnoscere Ptolemæi Clima *Per Pontum*, quod ei sextum est: & septimum est *Per Boryssthenem*, octavum *Per Riphæos montes*. Unde autem *Riphæorum* nomen ortum sit, nondum didici: nam D. Michovius (qui Canonicus Cracovienſis, & in Septentrionalibus illis regionibus toto suo tempore versatus,) in sua Sarmatiæ & Moscoviæ Historia, plane negat alicubi terrarum dari *Riphæos montes*, sed fabulam & chimæram esse dicit; negatque Fluvios *Volgam*, *Dzuinam* seu *Tanaim*, aut *Bob* seu *Borysthenem* (qui *Niger*,) ex illius nominis montibus scaturire, sed è paludibus & locis planis eos derivat: & Deum precatur se liberandum ab hominibus talia affirmantibus. Sic ille.

Sed ut noster Judæus in sua sententia perstitat, mox addit, *Septem Climata ex verbis Ptolemæi*; ubi tamen non videtur satis accurate secutus Ptolemæum, qui plane statuit 8 Climata, ut dictum. Et non obstante suo per totum illud Clima saltum, tamen ordine procedit in diei longitudinem statuendo, quasi illud Clima non transiliisset. Cæsius quidem ex utraque Æquatoris parte numerat tantum 7 Climata: & sic Gassendus, & quoque Orientales. Tales enim divisiones imaginariæ, pro lubitu sunt. Paralleli definiuntur, intra quos dies longissimus procedit augeri quadrante horæ: ita ut quodlibet Clima duos in se comprehendat Parallelos, & diem augeat dimidio horæ. Æquator secundum Ptolemæum, secat insulam Taprobanam aut[illegible]hore ejus parte; quam tamen insulam recentiores Globonum & Chartarum Authores rectius collocant magis ad Septentrionem 7 Gradibus. Et quidem ab ipso Æquatore deberet incipere Clima primum, ubi dies 12 horarum, ut & noctes. Sed quia illa pars olim credita est nimis torrida, Clima primum (ut supponeretur habitabile,) statuebatur inchoare in habitabiliori loco, ubi (ut vult Gassendus,) dies est 13 horarum; vel alias 12 cum $\frac{45}{60}$, ut vult Ali Bergjendi Persa. Antiquus Scriptor Agathemeres p. 32, rem facit planam, hoc modo; viz. numerat Parallelos 23, præter lineam Æquinoctialem, à quo primus parallelus distat gradibus 4, minutis 15: & maximum ibi diem statuit esse horarum 12, minutarum 15. Secundum Parallelum ponit ab Æquatore gr. 8. min. 25; & diem longissimum 12, 30'. Tertius Parallelus sec. eum, ab Æquatore distat $12\frac{1}{2}$,

&c

& longiſſimus dies 13,45'. Et ad quartum Parallelum *per Meroen*, ponit Climatum initium ab Æquatore diſtans gr. 16, min. 25, ubi ſcil. eſt diſcrimen unius horæ: ita ut dies longiſſimus ibi ſit 13 horarum. *Calcaſhendi Ægyptius tom.* 2, *p.* 114, de Climatum initiis & finibus ex *Abulpheda* ſequentia exhiber, اختلفوا بترديبها بحسب العرض والباقي *Diſſentiunt de ordine Climatum, quoad Latitudinem. Sunt qui ponunt primi initium eſſe ab Æquatore, & ultimi finem eſſe ubi deſinit habitatio in Septentrione, i. e. ad 60 gradus. Sed Abulpheda ponit primi initium ubi Lat.* $12\frac{2}{3}$, *& quicquid inter hoc & Æquatorem, eſſe extra Clima primum; & finem ultimi eſſe ad Latitudinem* $50\frac{1}{3}$, *& quicquid ultra hoc ad Septentrionem, eſſe extra Clima ſeptimum.* Nempe ſequente modo ſe habebit Schema ex *Calcaſhendii* verbis Tranſlatum:

Climatis	initium	medium	finis	amplitudo	Sec. Abulphedam Longitudo, à litore maris Atl. in Occ.	ad litus maris Atl. in Oriente.
Primi	$12\frac{2}{3}$	$16\frac{11}{18}$	$20\frac{1}{4}\frac{1}{8}$	$7\frac{2}{3}\frac{1}{8}$	172	27′
II.	$20\frac{1}{4}\frac{1}{8}$	$24\frac{2}{3}$	$27\frac{1}{3}\frac{2}{3}$	7,3′	164	20′
III.	$27\frac{1}{2}$	$30\frac{2}{3}$	$33\frac{1}{2}\frac{1}{8}$	omit.	54	50′
IV.	$33\frac{1}{2}\frac{1}{8}$	$36\frac{1}{3}\frac{1}{6}$	39 *min.* 10′	--5 17′ *p.m.*	144	17′
V.	39	$41\frac{1}{4}$	$43\frac{11}{48}$	$4\frac{111}{4816}$ *fere*	135	22′
VI.	$43\frac{1}{3}\frac{1}{8}$	$45\frac{1}{16}$	$47\frac{1}{3}$	$3\frac{111}{265}$	124	27′
VII.	$47\frac{1}{3}$	$48\frac{111}{248}$	$50\frac{1}{3}$	3,8′	119	23′

Solebant olim inſtituere diviſionem in 5 Zonas, 7 Climata, & 14 Parallelos, quos tamen Ptolemæus jubet eſſe 21, quorum ultimus per Thylen. Numerus autem pro cujuſlibet arbitrio minui aut augeri, & aliter fingi & determinari poteſt. Recentiores qui accurate de uſu Globi ſcribunt, ab utraque Æquatoris parte in univerſum 99 Parallelos ponunt, uno Gradu à ſe invicem diſtantes. Ne autem in Globo locorum Nomina tot lineis obſcurentur, deſcribunt eos per ſingulas Graduum Decadas tantum.

ממזרח למערב על בוריסטנים בא-
רצות אשכנז ויעבור מחחלת
המזרח למעלה ממרי באויאנא
ובאמצע ים קאספיאו ועל אלספ-
ונטי ופונציאוס איכזיניאוס למעלה
מקוסטאנטינופולה ויכנס באורך
אשכנז כלו ער זבול פלאנדריס ויומו
הארוך מ שעות ורביע
האיקלים השביעי יבא ממזרח על
הריאזירפאה בקצות אשכנז ויבא
ויתארך ממזרח למערב על כל
גלילות סיריקאה וסקיטאניאה

Oriente in Occidentem per Boryſthenem in terris Germaniæ. Et tranſit ab initio Orientis ſupra Mediam per Oxianam, & per medium Maris Caſpii, & per Helleſpontum, & Pontum Euxinum ſupra Conſtantinopolim, & contiguum eſt longitudini totius Germaniæ uſque ad limites Flandriæ. Et dies ejus longiſſimus eſt 15 horarum cum quadrante.

Clima ſeptimum venit ab Oriente per Montes Riphæos per extremitates Germaniæ: & venit extenſum ab Oriente in Occidentem per univerſas Regiones [10] Sericæ & Scy-

10 *Regiones Sericæ*] A Ptolemæo ἡ Σηρικὴ ubi incolunt Σῆρες, collocatur ad Boream Sinarum: & ſecundum hunc ſitum, Seres deberent eſſe *Mogolo-Tatari* ſupra Sinarum murum. Quomodo autem *Seres* à Borealibus Sinenſibus diſtinguendi ſint, alii Authores vix poſſunt dicere; ideoque eorum ſitum plerumque confundunt: idque merito, cum *Seres* & *Sinenſes* ſint una eademque Gens, nomine aliquantulum

tulum mutato. Idque Atlantis initio teſtatur D. Martinius, ſc. quod *Serica*, *Sina*, & *China* ſint idem.

Hæc autem Nominis corruptio, primo profecta eſt ab Arabibus, qui haud pauca Nomina nobis corrupta partim tradiderunt, partimque alii ex eorum male exaratis Libris tanquam ex vitiato fonte corrupte hauſerunt. *China* enim Perſis & Turcis & Tataris (ad indigenarum normam) recte vocatur & ſcribitur چين *Cin* ſeu *Tchin*. Cum autem litera چ ore Arabico pronuntiari non poſſit, Arabes perpetua & conſtanti regula, quotieſcunque hæc litera in quovis nomine à Perſis aliiſve accepto occurrit, eam ſemper mutant in ſuum ص *Sad*: adeoque hoc nomen ſuo more ſcribunt صين *Sin*. Unde eſt, ut apud Scriptores pro *China*, ſæpe minus recte dicatur *Sina*: ſeu in plurali Σῖναι *Sinæ*, cum Græci etiam ſonum *tch* ſuis literis exprimere non valeant. Cumque jam litera ن *n* & ſyllaba ر *re* ſcriptura parum differant, Scribarum incuria & ignorantia fecit ut pro صين *Sin* aliquando ſcriberetur & legeretur صير Σῆρες *Sere* vel *Sera*, ſeu potius *Sire*, vel *Sira*, quia ي *Eta* ut i olim ſonabat. Nam *Serica* Metropolis Ptolemæo vocatur Σηρῶν. Hujus exemplum, ubi pro صين *Sin* legitur صير *Sere*, extat apud Abu Mohammed Muſtapham, in ea quam ab Orbe Condito Arabice deduxit Hiſtoriam.

Et quidem, quomodo literarum inter ſeinvicem ſimilitudo, Nominum & Vocum confuſionem pepererit, conſtat tam ex plurimis aliis quam vice verſa ex mutatione ſyllabæ ر *re* in ن *n*, ut videri poteſt apud *Camuſi* Authorem *Phiruzabadium*, qui ordine vocum definentium in *Nun*, habet قنين الطنبور *Kinnyn eſt i. q. Tambûr*. Ubi ex *Phiruzabadii* diſpoſitione hujus vocis inter definentia in ن, plane conſtat eum revera legiſſe *Kinnyn*: cum tamen ex ſignificatione certiſſime conſtet, eum ſic legiſſe pro قنير Κιννύρα. Nempe aliquando *He* finale tranſit in punctum τῦ *Nun*: & aliquando rurſus viceverſa, punctum τῦ *Nun* vel ز *Ze* tranſit in *He* finale. Illius exemplum extat in dicto *Kinnyn* pro *Kinnyra*; hujus exemplum in *Sira* pro *Sin*. Et τῦ *Ze* tranſeuntis in ſyllabam *re* ſeu *ra*, exemplum viſitur in *Ulug-Begi* & Tuſæi Tabulis Perſicis quas edidit D. Gravius, ubi pro كنكدز *Gangh-diz*, male legitur كنكدر *Cancadora*, nomen certe monſtroſum & Orientalibus auribus prorſus inauditum. Simili etiam errore erraſſe videntur veteres Græci, & ex Arabum male exaratis Libris petiiſſe كزبر Κορίαννον, pro eo quod legi debuit كزبر *Cuzbura*, id eſt, *Coriandrum*; ubi ſyllabæ *ra* tranſitio in *n*; & ex abſentibus aut male ſitis diacriticis Punctis, *via* lectum pro *Zbu*.

Heicque notari poteſt, fruſtra eos eſſe qui σηρικὸν *Sericum* pannum aut filum ſic dictum putent, quia venit aliquando à Seribus & apud eos naſcatur. Fateor quidem Procopium Hiſtoricum monuiſſe, id aliquando etiam vocatum fuiſſe Μηδικὸν, quaſi à *Media* veniens; ubi denominatio ſumitur à Gente vel Regione ubi naſcitur. Fateor etiam *Sericum* in China copioſe naſci & provenire, præſertim in Provincia *Chekiang* & alibi, ut monet D. Martinius Atlantis Sinici p. 4, 53, 99, 146. Hæc faciunt ut dicta opinio ſit probabilis: quæ tamen non eſt vera. *Sericum* magis copioſe quam in aliis locis, naſcitur & conficitur in India & Perſia ac Media, unde una cum re Nomen etiam acceperunt Mercatores Arabes, à quibus alii Occidentaliores id reportarunt. Illud enim nomen accepimus ab Arabibus, qui id diſerte acceptum referunt Perſis, apud quos vera vocis originatio reperienda eſt. Id enim Perſice vocatur سر *Sere*, unde Arabes addendo (ut ſolent) ق, faciunt سرق *Serek* ſeu سرقة *Sereca*. Eſt autem apud Perſas سر *Sere*, primario *res quavis melior & præſtantior*, & *præcipua pars rei*. Et quia *Sericum* eſt præſtantius aliis pannis, ideo id vocatur سر *Sere*. Arabes autem perpetua regula, aſſumentes ſibi vocem aliquam Perſicam definentem in *He*, illud *He* mutant in *Koph*: ut pro خندة *Chenda* ſcribunt خندق *Chendak*, cum ejuſmodi aliis. Sic pro سره *Sere*, ſcribunt سرق *Serek* ſeu *Serk* ſive *Sirk*: unde Europæi mollius dicunt *Silk*. Uſurpatur etiam in forma alia سرقة *Sereca*: ſic *Gjeuhari*, & *Turgjeman* Arabicus, aliique Lexicographi. D. Golius ex Gjeuhario habet, سرقة Sereca, *tela*, *parſve*

parſve ejus, panni ſerici, peculiariter *albi*. Et Ecteri Kara-Hiſari in Lexico Arabico-Turcico legit, السـرقة حريرك غايت ايوسنه درلر وعند البعض اق حريرة درلر وراپت علية السرقة اي ثوبا من حرير *Al Sereca eſt Sericum optimum. Apud quoſdam, Sericum album explicatur. Dicitur quoque, Vidi ſuper tum Al Sereca, id eſt, veſtem ex Serico.* Sic Nigro-Caſtellenſis Ecteri dubium omne è medio ſuſtulit.

סופיריאור הנקרא גומר ומגוג ועל כל הסרמציאה סופיריאור ועל ערי הולאנדי והאיים הצפוניים ועל יתר פלאנדריס ואנגליא וסקוציאה ואיברניאה ויומו הארוך טו שעות ג רביעים ויתארך בים אוקיאנוס ער סוף העולם

הנה אלה הם הז האיקלמים נחלקים לפי מה שבינותי מדברי טולומיאו והמחוור הנמצאות תחת קו חלוקת האיקלמים ההם לפי חלוקתו בציורו וספריו ושמות אשר קרא להם אולם מצאתי סדר אחר נברל מזה ולא ישר בעיני כי ראיתי רוב היורעים נוטים לאלה ובזה אספיק

thaniæ [11] ſuperioris, dictæ Gomer & Magog, & per totam Sarmatiam ſuperiorem, & per urbes Hollandiæ,& Inſulas Septentrionales, & reſiduum Flandriæ, & per Angliam, Scotiam, & Hiberniam. Dies ejus longiſſimus eſt 15 horarum cum 3 quadrantibus. Et extenditur per Mare Oceanum uſque ad extremum Mundi.

En hæc ſunt 7 Climata diviſa prout intellexi ex verbis Ptolemæi, & Territoria quæ reperiuntur ſub lineâ diviſionis Climatum,quæ ſunt ſecundum diviſionem ejus in Mappis ipſius & Libris ipſius,& Nomina quibus loca vocavit.Inveni quidem ordinem alium ab hoc diverſum, [ut ſupra dictum :] ſed non videbatur rectus in oculis meis. Cumque viderem pleroſque Doctos ad hunc inclinantes : ideoque hocce contentus fui.

11 *Scythania*] Noſter ſemper ſic vocat *Scythiam*. R. Benjamino p. 108, סקוטניאה איסטרא *Scythania eſtera*, eſt *Scythia extra Imaum* : ſcil. *Mogolo-Tartaria* ſupra murum Chinenſem intelligitur.

פרק רביעי יזכור בו מה שחלקו חכמי המל-
אכה הזאת הישוב הזה הנז למעלות ולחלקים
ולרצועות

CAP. IV. *Capite quarto commemoratur, hujus Artis peritos diviſiſſe Orbem-habitabilem prædictum ſcc. Gradus, & Partes, et Lineas.*

חכמי המלאכה הזאת חלקו הישוב הזה לשבעה איקלימים הנז עם המרבורות והיערות והבלתי מיושב אשר בו וזה לתועלות רבות המלאכה ובחכמת התכונה למען יודעו המקומות והגלילות כלם בפרטות בכמה מעלות מוצאם ובאי זו רצועה יוחסו ישובם הן באורך או ברוחב הישוב הנז ולפי הלוקח טולומיאו לפי מה שנתבאר אצלו ואשר כתב הוא בספריו ובמה שידע ונתגלה לפניו מאורך הישוב כתב וחקק ממזרח למערב תשעים חלקים ויש באלו גב רצועות הנקראות זוני או ליניאי או פאראלילי וברוחב הישוב אשר מדרום לצפון סידר בו ששים וחמש מעלות אשר במעלות האלה וברצועות וברבועים האלו ישתטח וישוטט בהם הישוב כלו עם הבלתי מיושב אשר בו באופן כי מי שיקרא במלאכה הזאת ומי שיעיין במפא מונדו היינו בצורת הישוב ימצא

HUjus Artis periti huncce Orbem-habitabilem (una cum deſertis & Sylvis & parte non habitata,) diviſerunt in 7 Climata prædicta, idque propter plurimos uſus tam in hac Arte quam in Scientia Aſtronomiæ, ut poſſent ſciri loca & regiones omnes in particulari, quot Graduum eſſet exitus eorum, & ad quamnam [1] Lineam pertineret Habitatio eorum, ſive Longitudine ſive Latitudine Orbis-habitabilis prædicti. Et [hoc] ſecundum diviſionem Ptolemæi, prout ab eo explicantur, & in Libris ſuis ſcripſit. Is enim id quod novit & retectum eſt ante eum, de Longitudine Orbis-habitabilis ſcripſit & exaravit: quod ſc. ab Oriente in Occidentem ſint 90 partes [2], in quibus etiam ſunt Lineationes dictæ Zonæ & Lineæ & Paralleli. Et in Latitudine Orbis-habitabilis ab Auſtro in Septentrionem ordinavit 65 Gradus [3] per quos Gradus & per Parallelos & Quadrantes iſtos expanditur & diducitur Orbis-habitabilis totus, una cum non-habitabili quod eſt in eo: adeo ut quicunque legerit in hoc Opere, & inſpexerit Orbis-habitabilis formam [ſeu figuram] vulgo dictam Mappam Mundi, inveniet ſingulas Provincias, & quod-

1 *Lineam - ſive longitudine ſive latitudine*] i. e. ſive Parallelum ſive Meridianum.
2 *90 partes*] *Ptol. cap. 24, pag. 26.*
3 *65 gradus*] *Ptol.* ponit Gradus 63, & poſtea Meridiem verſus, 16; totum, 79.

כל גליל וגליל וממלכה וראשית וכל מחוז גדול שיהיה או איזו מן האיים אשר בים ובאי זה שיהיה ימצא מקום מנוחתו: וזה אחד מן הדברים הראשיים אשר בזאת המלאכה כאילו תאמר יודיאה שהיא ארץ ישראל אשר באמצע הישוב על טבור הארץ וכן הוא בודאי תמצאנה מצוירת בין הלג או לד מעלות מרוחב הישוב מצפון לדרום וכן ציורה והנחתה היא סמוך לרצועה ארבעים וחמשה באורך ממזרח למערב וכן כל מלכות ומלכות מצויר במקומו האמתי לו בציור: אמרו כי אורך האישאליאה נצבת בכך מעלות ואורך הבארבאריאה בכך מעלות: ואמרוכי איטפרובאנא תחת משוה היום בסה מעלות באורך ממזרח למערב וכן לכל מקום לכלם ומי שיעיין בספרים המציירים או במפא מונדי האמיתים ימצא מספר המעלות והרצועות לכלם:

vis Regnum præcipuum, & omne Territorium magnum, & quamlibet ex Inſulis quæ in mari: & ubicunque fuerit, inveniet locum ubi deſinit: & hoc eſt unum ex præcipuis rebus quæ ſunt in hoc Opere. Exempli gratia, Judæa quæ eſt Terra Iſrael, eſt in medio Orbis-habitabilis in ipſo terræ umbilico: & ſic certo invenies eam depictam 4 inter 33 aut 34 Gradus Latitudinis Orbis-habitabilis ab Aquilone in Auſtrum. Et ſic pictura [ſeu delineatio] ejus & ſitus ejus eſt prope Lineam 45 in Longitudine ab Oriente in Occidentem. Et eodem modo ſingula Regna depicta ſunt in locis ſuis veris in Mappa. Dicunt Longitudinem Italiæ collocatam eſſe in tot Gradibus, & Longitudinem Barbariæ in tot Gradibus: & dicunt Inſulam Taprobanam eſſe ſub Æquatore diei in 65 Gradibus longitudinis ab Oriente in Occidentem. Et ſic de ſingulis locis. Et quicunque inſpiciet Libros depictos aut Mappas Mundi veras, inveniet numerum Graduum & Linearum pro illis omnibus.

4. 33 *aut* 34] Sic fere Globus Gæſianus. Ptol. ponit inter 31 & 32. Mox apud noſtrum pro 45, potius legendum 65: nam Globi habent 60, & Ptol. 66. Et poſteà, pro 65 סה, potius legendum 105 קה: nam Globi habent 100. Hæc per lapſum Scribarum: adeo proclive eſt errare!

פרק ה׳ יודיע אורך הישוב בקו ישר עם הבלתי מיושב אשר בו וצורת הים האמצעי וארכו וגבוליו מראשו ועד רגליו:

הכוונה בפרק הזה להוריע בראשונה כי אורך הישוב הארציי ביבשה מן המזרח למערב הוא זה מתחלת המזרח באינדיאה איסטרא וסינוס מאניוס בים וביבשה סינארום ריניאו המזרחי וימשך ארכו עד סוף מיצר ניבאלטאר היינו

CAP. V. *Capite quinto deſcribitur Longitudo Orbis-habitabilis in linea rectâ, una cum parte non habitata quæ in eo, et figura ejus: et quoque Maris Medii Longitudo et ejuſdem limites, à capite uſque ad calcem.*

SCopus eſt in hoc Capite imprimis docere, Orbis-habitabilis terreſtris Longitudinem per [1] Continentem eſſe ab Oriente in Occidentem; hoc eſt, ab initio Orientis, & Sinu magno per mare; & per terram, à Sinarum regione Orientali: & Longitudinem ſuam continuat uſque ad finem Freti [2] Gibeltar,

1 *Continens*] יבשה ſeu יבשת proprie eſt *Arida*, ſc. Terra, nempe Terra firma; idem quod Ariſt. Libro de Mundo, cap. 3, vocat τὸ ἤπειρον, ὃ γῆν τε καὶ ἠπείρους καὶ νήσους ὀνομαζομεν. Nos autem Inſulas ſub Contineatis nomine non comprehendimus.

2 *Gibeltar*] Nautis *Gibleter*. Turcis بغازي & سبتة *Fauces Septæ*, Arabibus بحر زقاق *Mare Freti*, & زقاق سبتة *Fretum Septæ*, ſeu *Ceuta*, ut alii ſcribunt. Hoc Fretum anguſtiore ſua parte quæ apud *Tituan*, dicitur latitudine habere 7 Leucas.

Tempore Ruderici Regis Hiſpaniæ, (inquit Mariana p. 255,) Mauritaniæ & Numidiæ Imperator fuit *Vlit Miramolinus*: is tamen rectius dici debet وليد امير المومنين *Valid Emiro'l Mumenin*, id eſt, *Valid Princeps fidelium*. Ille autem p. 256, pergit narrare, quod *huic Imperatori duo erant Duces, Muza & Tariffius Abenzarca, qui Hiſpaniam invaſerunt: & primo ab eis occupatus eſt Calpe mons & Heraclea urbs ei impoſita, quæ ex eo Gibraltaris nomen accepit, à Tarif & Gebal, qua vox Montem ſignificat nomine duplicato. Ab eodem Duce, Tariffæ nomen vicino oppido eſt factum, cum olim Tarteſſus diceretur.* Hæc ille, ſatis mendoſe; ut & Lexici Geographici Author, qui etiam male legit *Gebel Tarif*. Nam iſti Duces erant طارق بن زياد موسى بن نصير *Muſa filius Naſir*, & *Tarie*; non autem *Tarif*, ubi in uno nominis Arabici punctulo erratur; idque forte propter ف *Koph* Mauritanicum male acceptum pro *Phe*: nam ab illis id ſcribitur طارف quod Aſiaticis طارق. Nec quidem nomen *Tarif* ſignificat *Monsem*, i. q. *Gebal*, ut ille vellet inſinuare; nec ab iſto Duce, *Tariffa* nomen *Tarteſſo* impoſitum. Nam apud Geographum Nubienſem (cui fides in hac parte tuto adhiberi poteſt,) plane aliter ſcribitur nomen Inſulæ & Urbis طريف *Tarif* à Gadibus 63 milliaribus diſtantis. Et apud eundem Geographum, eodem Capite, viz. *Climatis* 4 *parte* 1, *p.* 154, totius rei veritas plane & plene aperitur: docetur nempe جبل طارق *Gjebel Târic* ſeu *Montem Taric eſſe montem rotundum à reliquis montibus ſeparatum, cujus radices alluit mare: ſic dictum fuiſſe, quod ex iſto Monte contra Urbem Inſulæ Viridis (quæ 6 milliaribus à Monte diſtat, & omnium prima à Mauris expugnata eſt anno Hegjræ 90,) cum copiis ſuis deſcenderet Ducum alter diſtus* طارق بن عبد الله بن ونمو الزناتي *Taric filius Abdallah filii Wanmu Zanatienſis*, ſc. de familia ſeu Tribu *Zanata*.

Zanata. v. *Nub.* p. 73. Nempe dictus Mons is eſt qui *Calpe* dicitur, eſtque altera Columnarum Herculis, quibus ambabus ſuperſtructa ſunt Caſtella.

A *Calpe* haud multum diſtant *Gades*, viz. Inſulæ duæ haud procul à litore Hiſpanico, in quarum altera eſt urbs hodie *Gadiz*, *Caliz*, ſeu etiam *Cales* monoſyllaba. Et harum major (dicente Agathemere) longa eſt 108 Stadia, lata 16. Dictæ Gadium Inſulæ extra Columnas ſitæ ſunt, ut monet Strabo, ἔξω δὲ φησὶν τῶν Γαδείρων. Heic erat Orbis habitabilis terminus Occidentalis, ut dici ſolebat, τὰ πέρᾳ τῶν Γαδείρων ἐ περοῦσι. Et hoc quidem dicitur, quia finis terræ & initium Maris, ulteriorem in Occidentem tranſitum per terram prohibeant; non ut aliqui perperam credunt, (cum Γάδειρα *murum* ſignificet,) hoc loco eſſe altiſſimum aliquem murum qui hominum ulteriorem tranſitum prohibeat: ſed hoc loco erat Inſula tali nomine inſignita, (quæ erat ultimus Occidentis terminus habitatus,) ultra quam habitationes nullæ, nulluſque per terram tranſitus dabatur. Si enim Pœni ſub Muri aut Aggeris ſpecie, voluiſſent hoc nomine vel proprie vel figurate notare tale Obſtaculum quod ulteriorem humani generis tranſitum prohiberet, non debuiſſent adhibere nomen גדר *Gader* quod *Murum humilem* ſignificat, ſed potius חומה *Choma* quod *murum altum* ſortem & inſuperabilem denotat, qualia ſunt in Oriente Urbium mœnia ad plus quam 60 pedum altitudinem ſurgentia. Ut itaque res planior fiat, quo ſenſu accipi ſolet *Gader*, in ſequentibus examinabimus.

In S. Bibliis גדר *Gader* plerumque *Sepem* ex Cannis, vepribus, aut arborum ramis contextam denotat. Secundo, notat murum ex ſolutis lapidibus conſtantem, quem vocamus *Maceriam* ſeu *Maceriem*, quibus agri, horti, & vineæ circummuniri ſolent, ad vulpium & aliarum beſtiolarum acceſſum prohibendum. Sic *Prov.* 24, 31, *Tranſivi per agrum & vineam hominis pigri*, ועברתי אבנין נחרסה *& Geder*, i. e. *maceria lapidum ejus erat diruta*; nempe macteria ejus lapidea quæ agrum & vineam cingebat, neglecta & ſemidiruta jacebat, reparatione indigens. Syrus hoc loco ܫܝܓܘܪ ܕܐܒܝܗ *macteria ejus lapideæ*. Et apud Turgj. Syrum, ܫܝܓܘܪ ܕܕܝܘܪ *Siyogo eſt Divar*, ſcil. *murus*, ſeu *macteria*, vel etiam *ſepes*: tanta latitudine exponitur Perſicum ديوار *Divâr*. Nam apud Eſteri, سياج ديوار خاردن دكلو ديوار *Siyag* ſeu *Sepes eſt murus ſpineus*. Quodque *Gader* notet *murum* debilem qualis eſt *Maceria*, conſtat ex *Pſal.* 62. 3, ubi legitur, קיר נטוי וגדר הדחויה *paries vacillans* ſeu *inclinatus*, *& maceria truſata*; id eſt, ruitura, utpote quæ jam pœne detruſa ſit, & cuivis truſioni caſura cederet. Tertio, ſignificat *Maceriam ex caſo lapide*, ut ad rem exaggerandam dicitur *Thren.* 3. 9, גדר גזית *maceria ex caſo-lapide*; eaque adhibito etiam cæmento ſeu Intrita, ut certe neceſſario debuit eſſe *Ezek.* 42. 7, 10, 12, ubi exterior Templi *Peribolus* vocatur גדר *Gader*; qui non admodum altus, ne Templi ſtructuram obſcuraret; ſed tantum ad arcendum leviores quaſvis injurias. Ex his omnibus conſtat *Gader* eſſe *murum humilem*, nec adeo altum ut hominum ulteriorem tranſitum in Occidentem prohibere poſſet.

Eundem quoq; hujus vocis uſum in ſua lingua agnoſcit Turgjeman Arabs, جديد ديوار پست *Gjadir eſt murus humilis*, vel *maceria humilis*, vel etiam *ſepes humilis*, ut ſupra ex *Eſteri* notatur. Quia vero *maceriam* ſeu *ſepem* ſignificat hæc vox, eadem quoque ſubinde ſignificatur *Septum*, ſeu *locus circumſeptus*, *maceria aut ſepe cinctus*, ut *caula* ovium, &c. ut *Num.* 32. 24. Et ſic vult Plinius, dicendo *Gadira Hiſpania inſula*, *quia Gadir Tyrnis Septum notat*. In eundem ſenſum Gjeuharius pariter habet, الجديد مكان قد بني حواليه جدار ويقال للحظيرة من صخر جديرة *Al Gjadir eſt talis locus circa quem ſtruitur Gjedar: & quoque caula* [ſeu *Septum*] *ex lapide*, *dicitur Gjadira*. Eſt autem جدار *Gjedar*, i. q. ديوار *murus* ſeu *maceria*, ut exponit Turgjeman Arabicus.

Qualis ſit harum vocum uſus hodie in Syria & Palæſtina, apparebit ex Reſponſo amici Syro-Arabis, qui mihi de his interroganti ſic reſcripſit, وان تريد تعرف ايش فرق بين السياج والجدير عندنا في بلادنا هو السياج من القصب وعليق وقلم وهو عرضه ثلاث اذرع والذي خارج السياج ما ينضر الداخل البستان او الكروم الذي يعملوا لهم سياجة والجدير ما هو من الحجارة

الحجارة لاكن يقسومسوا من التراب حيطي علوفي ذراع ويقطعوا
من الشوك ومن غيره ويغرسونه فوق التسلم وهاذي يقال له
الجدير وفيه الناس يعملوا السياج من حجارة *Si autem cupis ſcire differentiam*

apud nos inter Siyagj [ſepem] *& Gjadir* [maceriam] *in patria noſtra, id eſt Siyagj quod fit ex cannis & vepribus & arundinibus, latitudinis trium cubitorum : & id quod extra Sepem, eſt ad ladendum quemvis intrantem Hortum aut vineam pro quibus conficiunt talem Sepem. Eſt vero Al Gjadir id quod ex lapide conſtat : & in illo ab humo ſurgunt duo parietes cubitalis altitudinis : & deinde medium ſpatium terra implentes, exſcindunt ſpinas & res alias, eaſque in medio ſulco plantantes, hoc vocant Al Gjadir. Sunt autem aliqui qui etiam Siyagj ex lapidibus confici dicunt :* id eſt, volunt Siyagj eſſe etiam ex lapidibus conſtructum pariter ac Gjadir, adeoque Siyagj ſignificare *Maceriam lapideam*, quamvis apud pleroſque (ut ſupra) ex contextis & complicatis vepribus confici habeatur.

הנקרא מצר הדרום מאבריטאניאה
ציסארי אשר בסוף הבארבאריאה
באפריקא אשר בנגר זה לצד
הצפוני מעבר לים האמצעי באיב-
רופא שם גלילות נראנאטה היא
רמון ספרד ופורטונאלי ופינים טירא
בארץ אדום והקו הזה הארצי יוכל
אדם לרכוב עליו באורך תמיד
מראשו ועד רגלו מבלי יצטרך לעבור
שום ים רק ביבשה תמיד בדרך
אראביאה ואפריקא ואמרו המד-
ברים שהוא קרוב לשבעת אלפים
מילים או שמונה: אולם היום
הזה כבר אמרתי שנתארך ונתרחב
ביותר הרבה באופן כי מצאו ישובים
גדולים ומלכיות רבות מהלאה
למזרח האינדיאה אסטרא הנל
וסינוס מאניוס · וגם כי כבר סבבו
היום הזה ספינות הנוצרים ספרדיים
דרך אוניה בלב ים כל אורך
הדרום ממערב למזרח ואחר סבבו
היבשה ההיא מן הצד הדרומי

quod in latere Auſtrali vocatur Mauritania Cæſarea, quæ eſt in extremitate Barbariæ in Africa : & è regione hujus ad latus Septentrionale eſt Trajectus Maris Medii in Europam. Ibi ſunt regiones Rimmon Hiſpaniæ, vulgo Granata, & Portugallia, & finis Continentis in terra Edom. Et ſecundum hancce lineam terreſtrem poterit aliquis equitare per continuatam longitudinem à capite ad calcem, abſque neceſſitate tranſeundi aliquod mare, ſed tantum per terram continuo per viam Arabiæ & Africæ. Hiſtorici dicunt hoc eſſe circiter 7000 aut 8000 milliaria. Verum hodie, ſicut dixi, multo magis extenditur longitudine & latitudine ; eo quod jam repertæ ſint Habitationes magnæ & multæ ultra Orientalem partem Indiæ exterioris ſupra memoratæ, & ultra Sinum magnum : Et quoque quia Chriſtianorum Hiſpanorum naves per viam navigationis in corde maris circumiverunt per totam longitudinem Auſtri ab Occidente in Orientem ; & deinde circumiverunt Continentem qui eſt à latere Auſtrali ad

לצפוני

לצפוני ומצאו שם מן החדושים
רבים כמו שנכאר בעה׳ ובאשר
ימצא כתוב בציורי המפא מונרו
ובספרי המלאכה הזאת החדושה
אשר נעלמו מספרי טולומיאו אשר
לא דבר בו מאומה מסינום מאניום
והלאה בדרך הים ולא להלאה
מסינארום ריניאו בדרך היבשה
אולם בצורת הים עם קשר ומשך
כל הימים הרבוקים ומחוברים
זה עם זה נאמר איך הוא דבר אמת
שהים האמצעי בכללו הנקרא
מארי מיריטיראניו מתחיל מן הצד
המערבי ממיצר גיבאלטאר אשר
שם התחלת ים אוקיינוס הסובב
היבשה בלה והים הזה האמצעי
ימשך באורך אל המזרח קרוב
לשלושת אלפים מילין ער בארוט
אשר באסיאה בגליל ארם והוא
חוף הים לרמשק ורוחב אמצעותו
הוא בגינובא וחוף פיסא ואוסטיאה
אשר הוא נגר קארטאגינאה אשר
היא אצל טונים בבארבאריאה
רחבו קרוב ליותר מאלף מילים:

Aquilonare, ibiq; invenerunt plurima [3] nova, (prout declaraturi ſumus auxiliante Deo, & prout invenietur ſcriptum in mea delineatione [4] Mappæ Mundi, & in Libris de hac Arte recentioribus,) quæ latuerunt Libros Ptolemæi, qui ne gry quidem dixit de [5] Sinu magno & ultra per viam maris, nec de via per continentem ultra Sinarum regionem.

De figura autem Maris, una cum annexione & continuatione omnium marium ſibi invicem adjacentium & adjunctorum, dicemus quomodo res ſe habeat, verbum veritatis; quod nempe Mare Medium generaliter dicitur Mare Mediterraneum, incipiens à latere Occidentali Freti Gibeltar, ubi etiam eſt initium Maris Oceani [6] circumeuntis univerſam terram. Et hocce Mare Medium verſus Orientem extenditur in longitudinem prope 3000 milliarium, uſque ad Berytum in regione Syriæ, quod eſt Portus maritimus pro Damaſco. Quoad Latitudinem ejus media ejuſdem parte juxta Genovam, & Portum Piſam & Oſtiam, quæ ſunt è regione Carthaginis, quæ apud Tunetum in Barbaria; latitudo inquam ejus eſt fere plus quam 1000 milliarium.

3 *Nova*] Res novas antea non detectas.

4 *Mappa Mundi*] Authoris Mappa hodie non extat, quantum ſcio.

5 *Sinu magno*] Noſter Author heic ſui oblivifcitur, dum gratis taxat culpatque Ptolemæum, quaſi hujus Sinus non meminiſſet: cum certe apud Ptolemæum lib. 7, cap. 5, Sinuum numero plane accenſeatur Κόλπος μέγας, qui in Mappis Ptolemaicis ſitum habet inter Malaccam & Borneo. Noſter inquam, ſui oblitus videtur, cum is alibi (viz. medio Capitis IX,) diſerte agnoſcat Ptolemæum deſcripſiſſe Orbem uſque ad Sinum Magnum, incluſive loquendo.

6 *Circumeuntis*] Eodem ſc. modo ſic vocatur hoc Mare, quo Arabibus id dicitur بحر محيط *Mare circumiens cingenſve* Orbem terrarum.

האיים

האיים הגדולים והידועים אשר
בו בים הזה הם מן המערב אל
המזרח היינו מאיוריקא ומינוריקא
נגד קאטאלוניאה סארדיניאה נגד
פרווינצא ומארסיליאה קורסיקא
נגד טוסקאניאה ושיציליאה נגד
קאלאבריאה קורפו נגד מאצידוניאה
וגריציאה קאנריאה רודי וציפריאה
נגד עון וצילישיאה וארמיניאה
דרך תוך הישראה מלבר איים
רבים מאד למאות מיושבים
גדולים וקטנים ובלתי מיושבים
ידועים בשם לירדי הים כנון האיים
הקטנים הסמוכים לנאפולים ולטונים
חולתם לאין מספר:

Quæ in hoc mari ab Occidente in Orientem Insulæ magnæ acnotæ, sunt Majorca & Minorca è regione Cataloniæ, Sardinia è regione Provinciæ & Marsiliæ, Corsica è regione Tuscaniæ, & Sicilia è regione Calabriæ; Corfu è regione Macedoniæ & Græciæ; Candia, Rhodus, & Cyprus è regione 7 Ausitidis & Ciliciæ & Armeniæ, quæ sunt in via per medium Continentis: præter alias Insulas plurimas usque ad aliquot Centenas majores & minores, inhabitatas & non-habitatas, nomine notas descendentibus in mare; sicuti Insulæ parvæ prope Neapolim & Tunetum, & præter eas innumeræ aliæ.

7 *Ausitidis*] Nostri Authoris עז seu *Ausisis*, est inter Ciliciam & Syriam; de qua regione vide Notas ad Cap. XI.

פרק ו׳ בבאור המקומות אשר באורך שפת
ים אפריקא ובברבריאה ממזרח למערב באורך
ישר:

CAP. VI. *Capite sexto est Descriptio locorum per longitudinem totius oræ maritimæ Africæ & Barbariæ, ab Oriente in Occidentem longitudine recta.*

המחוזות אשר על צד עבר
הים האמצעי הזה אפריקא מן
המזרח אל המערב הם אלו להתחיל

TErritoria[1] quæ ultra Mediterraneum ad latus Africanum ab Oriente in Occidentem, hæc sunt; incipiendo à Lysia & Cilicia quæ in

1 *Territoria*] Boni Interpretis est, Authoris sui sensum & verum scopum recte assequi, non autem sensum alienum ei affingere, sequendo impressa Lexica, quæ nunquam ita erunt perfecta ut omnes singularum vocum usus & proprietates docere & continere præsumantur, quin liceat ab eis aliquando recedere, meliore authoritate fretus. Idem heic faciendum occurrit: nam cum Judæi de usu hujus vocis מחוז *Machoz* inter se discrepent, meum erat bene perpendere quid per eam heic voluit Author, qui nil plane nisi *Territorium* seu *Provinciam* hac voce intelligit: idque tam ex hoc Capite quam ex aliis constat. Nam Cap. VII. מחוז התוגר est *Territorium* seu *Provincia Epiri*: ubi hæc vox non potest de aliqua Urbe aut Oppido exponi, cum Epirus sit integræ Provinciæ nomen. Et sic ex מחוזות *Territoriis* maris Adriatici ponitur Apulia, &c. Eodem modo Cap. XI, *Territorium* Istriæ est integra Provincia. Et Cap. XXIV legitur, יבשת מחוז גליל למיקא *Continens territorii regionis Mecca*. Et sic *Abe-*

Aben Chabib in initio Commentariorum ſuorum ad *Bechinath Olam*, אוטראנטו אשר במחוז פולייא *Otranto eſt in Territorio* ſeu *Provincia Apulia in Regno Neapolitano.* Et *R. Jedaja Badreſhi* in ſua התנצלות *Apologia*, eodem uſu adhibet, *Provinciam* Galliæ vocans מחוז פרובינצה *Territorium Provenet.* E contra autem, noſter de *Urbe* loquens ſemper utitur voce עיר : ut ſupra citato Cap. XI, & alibi, ערי תוגר *Urbes Epiri.* Ex dictis conſtat noſtrum Authorem per *Machoz* ubique *Territorium* ſeu *Provinciam* intelligere. Jam poſtea, quem alium uſum apud alios Authores habeat, ulterius diſquirendum.

Kimchius in Libro Radicum exponit *Machoz* eſſe מדינה *urbem*, vel פלך *Tractum* terræ; vel potius גבול *Terminum*, ex *Pſal.* CVII, 30, *Donec veniant ad terminum deſiderii ſui.* Additque חוז idem eſſe in lingua etiam Arabica; in qua quidem حوز *Hauz* eſt *Ora, Margo*, aut *latus* rei: itemque *Tractus* terræ aut ejuſdem *medium.*

Sunt qui pro *Portu* utuntur hac voce. Et ſic in Pſalmo citato exponit Græcæ Verſionis Author, quem ſequuntur Syrus & Arabs. Et ſic etiam Gorionides Lib. VI, Cap. 55, ubi de Herode dicitur, ויבן אלמן ומחוז לאניות הבאות ישם בנה *Extruxit λιμένα & Portum, pro navibus* (inquam) *advenientibus ibi extruxit.* Noſter autem de *Portu* loquens, ſemper utitur חוף *Choph*; ut Cap. V, ubi de Portubus Piſa, Oſtia, & Beryto agit.

Sed poſt hæc omnia, doctiſſimus R. Pirchon definite & determinate loquens, ſtatuit *Machoz* eſſe proprie *Urbem*: & eo ſenſu exponit ſupra citati Pſalmi locum, מחוז חפצה פירוש עיר ולשון תלמוד בני מחוזא בני המדינה *Machoz deſiderii ſui, i. e. Urbs deſiderii ſui: & in lingua Talmudica, Bene* מחוזא *Machoza, ſunt Filii urbis.* Hoc confirmatur etiam ex uſu Syrorum & Chaldæorum. Syrorum enim Lexicographi ſcribunt ܡܚܘܙܐ ܚܕܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܙܥܘܪܬܐ *Mechuzo eſt Urbs parva* ſeu *civitas minor*: nempe Oppidum magnum.

Hoc nomine in plurali forma enuntiato, nuncupatur maximum quoddam Oppidum, Urbem magnitudine æquans, infra *Bagdad* ad Tigrim ſitum, Græcis dictum Κτησιφῶν, quod Strabonis vocatur κώμη *Pagus, qui tamen* (ut ipſe addit) *Urbis potentia & magnitudine eſt, cum Parthorum multitudinem & apparatum recipiat, & neceſſaria illis ſuppeditet: ibi enim Parthorum Reges propter aeris temperiem hyemare ſolent; æſtivare vero in Hyreania & Ecbatanis.* Hoc inquam Oppidum Syriace vocatur ܡܚܘܙܐ *Mechuze*, Arabice المدائن *Al Madain*, id eſt, *Urbes*, in plurali forma, quia forte in plures partes diviſum. Hinc lucem fœneratur id quod adducit D. Buxtorfius in Lex. Talm. מחוזא *Machoza eſſe nomen proprium alicujus Urbis, cujus cives prægingues & corpulenti, maxima ex parte Iſraelitæ.* Eſt nempe Urbs *Cteſiphon* in Chaldæa, (ſecundum Nubienſem) 15 milliaribus infra *Bagdad*, ad occidentalem partem Tigridis ſitum. *Calcaſtendi* ponit 25 milliaribus infra *Bagdad*: additque ibi fuiſſe ايوان كسرى *Æſtivarium Nuſhirravani.* Tom. 2, p. 423. Ibi etiam fuit Schola ſeu Academia Hebræorum, de qua *R. David Ganz* p. 116. Prope initium Hiſtoriæ Saracenicæ, hujus Urbis meminit *Elmacinus*, المدائن والماحوزة *Al Madain & Al Mahuza*, quaſi his duobus nominibus notarentur duæ diſtinctæ Urbes: ſed delenda eſt Copula; nam alterum nomen eſt alterius exegeticum. Ibi Doctiſſ. Erpenius perperam legit *Al Mahura*, pro *Al Mahuza*; omiſſo punctulo in Arab. Et ſic fecit in aliis millies, propter male exaratum exemplar Punctis diacriticis ſæpius deſtitutum.

Urbs קטסיפון *Cteſiphon* in Paraphraſi Chaldaica *Gen.* X. 10, reſpondet Hebræo כלנה *Calne*; Syris ܟܠܚ *Cal-ye* ſeu *Cal-yo*, Scribarum mendo pro ܟܠܢ *Calno*, propter ſimilitudinem literarum *Nun* & *Jod.* Lexicographus Syrus habet, ܟܠܚ ܒܚܘܙܐ ܘܗܢܘ ܐܢ ܡܠܚܣܦܘܢ المدائن. *Cal-yo qua eſt in terra Sen-ar, eſt Cteſiphon. ſc. Al Madain.* Et huic conformis eſt *Iſa ibn Ali* in Lexico Syr-Arab. ܟܠܚ ܐܢ ܘܗܢܘ ܟܠܚ ܐܘ ܒܚܘܙܐ ܒܚܘܙܐ المدائن ببابل *Cel-yo ea eſt de qua dicitur in Scriptura, Oroeh & Cal-yo qua in terra Sen-ar: eſt ſc. Al Madain in Babylonia* ſeu Chaldæa. Sic enim à Syris pronuntiantur ea quæ in S. Bibliis dicuntur *Erech* & *Calne*, quæ in Chaldæa ſeu Babylonia ſitæ.

כליציאה ושיליציאה אשר בסוריאה
בשם רול היא מנכול ארם וללכת
על שפת הים עד כוף צד המערב

Syria (uti eam vocant Doctores noſtri,) quæ eſt ex limitibus Aram; & inde eundo per oram maris uſque הנקרא

הנקרא מאבריטאניה ציסרי נגד
מיצר ניבאלטאר ברמון ספרד אשר
היא קריב לאלפים וחמש מאות
מילים ויותר נמצאו בו אלו המקו-
מות הראשיים וירועים בראשונה
היא ליציאה ושיליציאה מארם
ובארוט וצור וצירון ולבנון היורד

ad extremum latus Occidentale dictum Mauritania Cæſarea è regione Gibeltar quod in Granata Hiſpaniæ, (quod eſt ſpatium fere plus quam 2500 milliarium,) hæc inquam reperiuntur loca: viz. præcipua & primo nota, ſunt Lyſia, & Cilicia ex [2] Syria; & Berytum, Tyrus, Sidon, & Lebanon, deſcendentia ad

2 *Syria*] Hodie lingua Arabica vocatur شام *Sham*, quia ad lævam ſeu Septentrionem Africæ ſita. *Syria* ſic dicitur à צור *Tſur* ſeu *Tſor*, id eſt, *Tyrus*: unde levi mutatione fit سوريا *Suria* ſeu regio circa Tyrum. Alias Syria vocatur سوريستان *Suriſtan*. Incola dicitur سرياني *Sur-yani* & ܣܘܪܝܐ *Syr-yoyo*. Sic enim ſcribitur per *Samech*; quamvis ſecundum nominis originationem, melius ſcriberetur per *Tſade*.

Strabo dicit nonnullos totam Syriam dividere in Κοιλοσύρας & Φοινίκας. Alii aliter: de qua re eam conſulas, p. 415; ut & Ptolemæum. Generali nomine Syria vocatur *Aram*; & diſtinguitur in *Aram-Soba*, de qua alibi agimus; & in *Aram-Naharaim* ſeu *Aram inter duos fluvios*, ideo dictam Græcis *Meſopotamiam*. *Syria cava* Arabice dicitur الغور *AlGaur*, & alias الغوطة *AlGuta*, quæ *cavam & depreſſiorem terram* ſignificant. Syriace audit ܣܘܪܝܐ ܥܡܝܩܬܐ *Syria profunda*. Et pars circa Damaſcum, eſt الغوطة κοίλη Δαμάσκου.

Apud Plinium lib. 5, cap. 19, al. 23, legitur, *Cæleſyria habet Apamiam Marſya amne diviſam à Nazerinorum Tetrarchia: Bambycen, quæ alio nomine Hierapolis vocatur, Syris vero Magog. Ibi prodigioſa Atargatis, Græcis Derceto dicta.* Hæcce prodigioſa, ut puto, ea ſunt de Piſcibus Hierapolitanis, quæ narrat Ælianus in Hiſt. Animal. lib. 12, cap. 2. Sed profecto nihil mihi magis prodigioſum videtur, quam ut hæc legatur *Mageg* pro *Mabog*; & quod iſte locus Plinianus tot viros doctos ſeduxerit, quorum nemo hactenus eum correxit, nec mendum ineſſe animadvertit, ſed ſecurè in ſuis citationibus eum ſecuti ſunt de *Magog* ſacro Scripto infami agentes. Strabo p. 433, docet in mediterraneis Syriæ partibus è regione Laodiciæ, ſitum habere Hierapolim: ἐν μεσογαίᾳ κατεπείκρυ Λαοδικείας, Ἱεράπολις. Stephano ſcribitur Ἱεροπόλις, emphatice ſic dicta, propter prodigioſa Deaſtræ Atergatis Sacra.

Alibi idem Strabo, p. 515, peſſime confundit *Bambycen* ſeu *Hierapolim* cum *Edeſſa*, his verbis; *Quatuor Schœnorum ſpatio trans flumen* [Euphratem] eſt ἡ Βαμβύκη, ἣν τὴν Ἔδεσσαν τὴν Ἱερὰν πόλιν καλοῦσι, ἐν ᾗ τιμᾶται Σοφίας θεὸν Ἀτεργάτιν. Quam humanum eſt errare! Eſt quidem *Edeſſa*, (non item *Hierapolis* ſeu *Bambyce*) in Meſopotamia trans Flumen, (ut dicit,) ea quæ alias vocatur الرها *AlRoha* ſeu *Errhoe*: & dicente Plinio, ibi eſt Fons dictus Καλλιρρόη. An vero hoc Nomen Græcum ab Arabico, vel vice verſa, fluxerit, non determino.

Ut autem (miſſa hâc digreſſione,) rem totam de *Hierapoli* ſeu *Bambyce* aperiam, & omnes hujus Urbis Nominum mutationes perſequar, primo notandum eſt, hanc urbem olim à Perſis Syriam invadentibus, dictam fuiſſe ܡܒܥ *Mambe*. Sic Calcashendi Tom. 2, p. 29, *Hierapolis ſtructa eſt per* الاسرة *Coſroes Reges Perſia, & dicta eſt* ܡܒܥ *Mambe*; *quod dein Arabizatum, fit* منبج *Mambegz*. *Inque ea olim fuit* πυρεῖον *Perſarum*. Ibi ſc. fuit Ignis Perſarum Fanum, de quo conſulatur D. Golius in Notis ad AlFerganium. In hoc autem nomine *Mambe*, notanda eſt duplex menda, eaque orta ex literarum permutatione: quæ tamen recepta eſt & uſu communi comprobata. Imprimis enim *He* mutatur in *Gjim*: & quidem in omnibus Nominibus Perſicis in *He* deſinentibus quæ forte ab Arabibus uſurpantur, illud *He* ſemper mutari ſolet vel in *Koph* vel in *Gjim*. Secundo, in nominibus à *Pe* aut *Be* incipientibus, illud *Pe* aut *Be* à vulgo ſæpe mutatur in *Mim*. Hujus enim Urbis nomen à Perſis inditum, revera fuit

fuit ﺑﻨﺒﺞ *Pambe*, quo ſignificatur *Bombyx* ſeu *Bombycinum* quidvis, conſonante etiam nomine: Idque propter *Bombycina* ſeu *Cottoniæ* lanæ in illius regionis arboribus naſcentis copiam, quam & ipſe ſæpe pro nihili pretio ex Syria accepi. Atqui pro ﺑﻨﺒﺞ *Pambe*, vulgus ſæpe effutire ſolet ﻣﻨﺒﺞ *Mambe*. Sic pro Turcico ﺑﻴﻚ *Bin*, id eſt, *mille*, vulgus ſæpe dicit & ſcribit ﻣﻦ *Min*: & pro ﺩﻮﻩ *Deve*, id eſt, *Camelus*, ponunt ﺗﻤﻪ *Teme*: tam pronum eſt quaſvis literas mutare in *Mim*, facilioris pronuntiationis cauſa. Et quidem hujuſmodi ſcriptionis in Libris ſuppetunt mille exempla, quibus hoc dictum nomen *Bombycinum* ſeu *Cottonium* notans, ſcribitur ﻣﻤﻮﻍ *Mamuġ*, & ﻣﻤﻮﻕ *Mamuc*, & ﭘﻨﺒﻖ ſeu ﭘﻤﺒﻮﻕ vel ﭘﻨﺒﻮﻕ *Pambuc*, vel etiam ﺑﻤﺒﻮﻕ *Bambuc*.

Unde contigit ut hujus urbis nomen à Græcis ſcriberetur Βαμβύκη, q. d. *Bombycina* urbs, Bombycis copia gaudens.

Quæ autem ab Arabibus dicta eſt ﻣﻨﺒﺞ *Mambigz*, à Syris dicitur *Mabog*. Et ut nemo de ea re amplius dubitet, audiatur *Iſa bar Ali* Syrus ſua lingua loquens, ﻣﺒﻮﻍ ﻫﻲ ﻣﻨﺒﺞ ﻣﺪﻳﻨﺔ ﻣﻦ ﻣﺪن ﻫﻴﺮﺑﻮﻟﻴﺲ *Mabog eſt Urbs quædam, quæ ſc. eſt Hierapolis*: *nempe Urbs Mambigz*.

Hæcce Urbs, vel alias parvum illud Oppidum quod ad Euphratis vicinum Pontem extructum, fuit veterum Ζεύγμα: quo etiam nomine vocatur ipſe *Pons* Ζεύγμα πόντιμον, quod fluvium jungat: Straboni Ζεύγμα τῶ Εὐφράτε *juxta Commagenam*. Nam ex adverſo hujus Urbis, Euphrates Ponte jungitur apud aliud parvum Oppidum eodem nomine dictum *Mambe*. In Libro *Maſalic Mamalic* memoratur ﺟﺴﺮ ﻣﻨﺒﺞ ﻋﻠﻲ اﻟﻔﺮات *Pons Mambigz ſuper Euphratem*; qui quidem Pons è eſt regione Hierapoleos, ſed unius diei itinere ab ea diſtans. Sic AlMegrebi in ſua Geographia Arabica, ﺑﻴﻨﻬﺎ وﺑﻴﻦ اﻟﻔﺮات ﺣﻴﺚ ﻗﻠﻌﺔ ﻧﺠﻢ واﻟﺠﺴﺮ ﺧﻤﺴﺔ وﻋﺸﺮون ﻣﻴﻼ *Inter Mambigz & Euphratem, ubi eſt Caſtellum Negjm & Pons, ſunt 25 milliaria*. Ex ſupradictis itaque vides hunc locum à *Bombycis* ſeu Goſſipii abundantia, à Perſis primo dictum fuiſſe ﺑﻨﺒﺞ *Pambe*, unde quidam poſtea detorſerunt *Mambe*, & alii *Pambuc* ſeu *Bambuc*: unde Græcorum Βαμβύκη. Dictam Urbem continet Syriæ regio ﻗﻮرس *Cyrrhus* ſeu *Cyrrhiſtica*, omnibus notiſſima, & arborum Cottoneæ ſeu Bombycinæ lanæ feraciſſima.

Ne autem ſupra citatum Plinii locum nimis perfunctorie relinquam, dicti *Nazerini* quorum ibi meminit, ſunt Curdorum pars qui hodie vocantur ﻧﺼﻴﺮي Noſeiri, id eſt, *Noſairai* ſeu *Noſeireni*, in parte Montis Libani habitantes. De quorum Religione & Moribus multa habeo dicenda, ſi Adverſaria excutere vacaret. Doctiſſimus Harduinus in Plinianis Animadverſionibus notat tantum, eos apud Europæos Viatores vulgo dici *les Naſſaries*.

Derceto & *Atergatis* deſcribitur *Dea quæ ſemipiſcis*, ſc. Dagon fœminea, à maritimis illis Philiſtæis culta, quam vulgo *Mermayd* vocamus: litorales enim incolæ victum è mari quærentes, tam illas quam Tritones colebant. Et quidem hæc duo nomina unum ſunt, nam Δερκετ & *Targat* plane idem ſonant. Hoc autem Nomen varie ſcribitur & corrumpitur, ut *Aſhara*, *Artaga*, &c. Seldenus exiſtimat veram ejuſdem ſcriptionem eſſe אדיר דג *Adirdaga*. id eſt, *magnificus piſcis*, ſeu forte *Honoratus & reverendus piſcis*. Plura cupiens, eum conſulat de *Diis Syris Synt.* II. *cap.* 4.

בים ויפו וכל ארץ ישראל הימית
אשר לזבולון וירד הגבול עד כל
ארץ פלשתים הימית הנקראת
צירנים וירד הגבול מחוז מצרים

mare: item Joppa, & tota terra Iſrael maritima quæ ſpectat ad Zebulun. Tum deſcendit terminus uſq; ad totam terram Philiſtæorum maritimam dictam 3 Cedenem. Deinde

3 *Cedenem*] Heic mendum ſubeſſe non dubito. Codicis Veneti Deſcriptor ſe melius extricare neſciens, pro *Cedenes* legit צירנים *Sidones*. Sed locus de quo agitur, plane remotus eſt tam à Sidoniis quam à

Cyrene; quorum hoc apud noſtrum conſtanter ſemper ſcribitur צירינים *Cyrenes*, ſcriptura fere accedente ad illud Nomen de quo quæritur. Iſte quidem Tractus de quo heic agitur, Adrichomio dicitur *Cedar* Arabiæ pars: unde pro צירינים *Cedene* videatur potius legendum צידרינים *Cedarene*.

הימיי דאמיאטאָ ופיורט לשונורט
סעיפי מימי נילוס ואליכסאנדריאה
וכל הנרבק עמרט וירד הנבול
עוד על שפרט הים בכל אורך
האפריקא היא כל הבארבאריאה
דרך טונים היא קארטאנינא וכל
המלכיורט ההם עד אשר יגיע

descendit terminus ad Ægypti territorium maritimum, & Damiatam, & oſtia ac linguas ramorum aquarum Nili, & ad Alexandriam totumque quod ei adjacet. Tum adhuc deſcendit terminus juxta oram maris per totam longitudinem Africæ, viz. per totam Mauritaniam via Tunis quæ eſt 4 Carthago; & per tota illa

4 *Carthago*] Lexici Geographici Author refert, *Carthaginem* hodie dictam eſſe *Berſack* incolis, (forte ab antiquo nomine *Byrſæ* à Didone ibi conditæ,) & *Cartin*, & *Rocca de Maſtinaces*; Africanis *AlMenara*. Sic Ille. Arabes ſcribunt برشك *Berſhak*. Alterum nomen المنارة *AlMenara* eſt *Turris* ſeu potius *Pharus*. Et Carthaginenſium *Byrſa*, forte ſit pro בצרה *Byſra* ſeu *Boſra*, (i. e. *Propugnaculum* ſeu *locus munitus* in genere,) familiari literarum metatheſi, quæ mille exemplis illuſtrari poſſit.

Græcis audit Καρχηδὼν, unde apud Plautum Comœdia dicta *Carchedonius*, id eſt, *Pœnulus*: in qua quidem Comœdia hæc urbs Punice vocatur *Chaedreanech*; quod, ſi ſcriptio non fallit, videretur eſſe הדרי הנחה *Chadre hanacha*, id eſt, *Camera quietis* & ſecuritatis. ad חניח *haniach*, *ſecure quieſcendum* ibi. Sed conſtans apud Græcos & Romanos primæ Syllabæ ſcriptio Καρ *Car*, ſuadet ab imperitis Scribis Plautinis factam fuiſſe literarum tranſpoſitionem: adeo ut pro *Chadreanech*, reducta metatheſi legendum ſit *Charderanech* ſeu *Carde-anech*, quod apprime quadrat receptæ hujus Nominis ſignificationi, ut ſit Hebraice ſeu Punice ſcriptum קרת חנכה *Cardhanecæ* ſeu *Cardhanaca* ſive *Carthanaco*, id eſt, *Urbs nova*. Secundum hujus Nominis apud Græcos torſionem, Καρχηδὼν videretur eſſe קרת חדשא *Carthadaſha*, quod etiam eſt *Urbs nova*. Nam קרת *Careth* & קרתא *Cartha* eſt *Urbs*. Si autem קרת חנכה fit vera dicti Nominis Enucleatio & ad ſuam ſcripturam reſtitutio, tum Romani videntur id Euphoniæ cauſa contraxiſſe, dicentes *Carthago*, pro *Carthanago* ſeu *Carthanaco*.

Eadem hujus Nominis ſignificatio in *Cartagena* Hiſpaniæ urbe ab עזרי בעל *Ezri-baal* vulgo *Aſdrubaal* (patre חני בעל *Hannibaal*) condita; ea enim apud Polybium Νεὰ πόλις & Καινη πολις audit. Ejuſdem quoque Nominis urbem in Peruviana regione condiderunt Hiſpani, cujus meminit R. Azarias in *Meor Enaim*; illam *Cartagenam* Salomonis *Ophiram* eſſe conjectans, peſſima certe conjectura. Conſulas ejus Cap. XI, à fol. 55 ad 58, 2.

Antiqua autem Carthago, (ut ad eam revertar,) ſita fuit in regno Tunetano: & Carthaginenſes fuerunt Tyriorum Colonia quædam octingentis p. m. ante Chriſtum annis à Didone deducta, & in Africa plantata. Hi erant *Libyphœnices*, ſeu ut Plinius *Libophœnices*, quorum regio (viz. Ager Tunetanus) Saluſtio *Libophœnicia* dicitur. Urbs erat primo condita (ut dicitur) in terræ portione haud magna, quam à Rege Africano qui Tunetano Agro potiebatur, aſtute emerat Dido; quantum nempe Tergore Bovino ambire potuit. Illa itaque dictum Tergus ſeu Corium in anguſta ſegmenta diſſecuit diſtribuitque; qua ratione dictis ſegmentis majorem terræ portionem quam Rex ſperaverat, circumcluſiſſe dicitur. Mihi autem videtur alium aliquem ſubfuiſſe dolum, viz. eam tantum terræ emiſſe quantum Bovinum Corium (vivente adhuc Bove) uno die circumire poruit. Nam cum Bos ſine Corio ire non potuerit, ideo (tacita Bovis mentione) ſolo Corio faciendum & emetiendum prætendebat, Bove ipſo ſimul doloſe ſubintellecto. Vel alias, forte fuerit tantum terræ quantum ambiri potuerit à Corio Bovino hominis manu portato; aut tale quiddam. Hujuſmodi enim fœmino & ingenioſo dolo (propter rei novitatem & elegantiam,) reſiſtere & contradicere non potuerit Rex; ſui etiam forte impotens & amore captus. Fœminæ enim innata aliqua aſtutia, & aliquo (præſertim ſi formoſæ ſint,) ſexus ſui privilegio, omni ſemper ævo viris ſubdole imponere ſolebant. Alias autem, ſi tale quid (ut prædictum) non admittitur, hiſtoria eſt valde improbabilis: cum ſane Corium Bovinum in ſegmenta partitum, vix dimidium jugerum ambire potuerit; quæ tam minuta terræ portio condendæ urbi ſufficere non potuit.

Hoc autem quicquid fuerit, ante Æneæ tempora actum eſt; contra Virgilium. Nam oræ illius maritimæ

ritimæ incolæ Carthaginenſibus antiquiores, erant Canaanitæ ſeu illius terræ Mercatores à Joſua expulſi. Sacra enim Scriptura non dicit Joſuam eos interfeciſſe, eos autem à facie ejus fugiſſe. Et quorſum fugere potuerint Mercatores rei nauticæ periti & navibus inſtructi, nihil per mare ut omnia ſua Bona locum portarent? quod per terram æque commode feciſſe non potuerint. Præterea, ſi per terram fugiſſent, omnes naves ſuas quibus victum quærebant, inimicis reliquiſſent. Cum itaque Joſua per viam Deſerti & per terram eos invaderet, omnino oportebat illos fugam capeſſere per contrariam plagam, ſc. per mare, ubi liberrimus exitus patebat illorum navibus totam ſupellectilem & jumenta (ſi quæ habebant) portantibus; quæ omnia per terram portaſſe plane impoſſibile fuiſſet.

Totam itaque oram Africanam ab Ægypto ad Tangjam tenebant iſti populi fugitivi, ex terra Canaan & antiquis ſedibus per Joſuam expulſi: unde & ea ſupra pag. 23. ex Procopio notavimus, probabiliora fiunt; quamvis ab ipſo ſolo (quatenus ſcimus) memorentur, & aliorum Authorum confirmatione indigeant. Sed ad hanc ſententiam corroborandum facit, quod ſc. D. Auguſtinus interrogatis ſuis Hipponenſibus *Cujates eſſent*, accepit ab eis reſponſum, *ſe eſſe Chananæos*. Verba extant in D. Auguſtini Epiſtola ad Romanos inchoata, *Interrogati ruſtici noſtri, Quid ſint? Punice reſpondentes, Chanani; corrupta ſcilicet, ut in talibus ſolet, una littera, quid aliud reſpondent quam Chananæi?* Pace autem D. Auguſtini, dicam, Si ipſe noviſſet linguam Hebræam, plane vidiſſet recte fuiſſe reſponſum, nec opus eſſe excuſationis pro defectu unius literæ: nam Hebraice aut Punice כנעני *Chanani*, eſt Latine *Cananæus*: nec debebat ab illis in lingua Punica Latinam terminationem expectare. Lingua enim Chananæorum & Pœnorum, eadem, & populus idem, ejuſdem originis, utrique ex Syria & Chananitica regione ſeu Phœnicia orti: nam *Syria* eſt *Soria*, facto nomine à צור *Tſur*, id eſt, *Tyrus*, ut ſupra dictum. Adeo ut nihil interſit niſi temporis differentia; quod ſc. una Colonia major & generalior Joſuæ tempore profecta ſit, altera vero Colonia minor poſtea à Didone deducta fuerit.

Quoad uſum vocis *Chanani* in lingua Punica, eadem cum D. Auguſtino formula videtur uſus Plautus in Pœnuli Actus V. Scena tertia, לא כנעני *La Chanani uss, quos ergo jam detrudam ad mulos*: id eſt, quia non eſtis ex noſtratibus Chananæis, ſed alienigenæ, ergo ad ſupplicium ſeu labores detrudam.

Nec tantum in Africam, ſed & ad alteram maris oram, in Cyprum & Græciam, fugientes appulerunt. Nam quod Cyprus olim à Phœnicibus occupata & habitata eſt, inde eſt quod Zeno Κιτιεὺς (ab urbe Κίτιον in Cypro) Ciceroni vocatur *Pœnulus*. Κίτιον enim celebris ibi urbs, unde כתים *Kittim* in Sacris tam hujus loci quam viciniæ nomen legitur. Et quidem Cypriotæ olim tam celebres, ut Evagoras Cypri Rex exercitum 200 000 militum contra Artaxerxem duxerit. Hujus filios juniores, Socrates vocat Ἀνακας ſeu Principes, quorum ſc. humeri תוקים ענקים *Anakim* ſeu *Torquibus* diſtincti & redimiti.

Phœnicibus autem ex Orientaliori plaga in Græciam appellentibus, inde eſt quod Græci ſuas Literas acceperunt à manu קדמיים *Cadmi* ſeu *viri Orientalis*. Phœnices enim omnes reſpectu Græciæ, ſicu erant *Orientales*, ſeu Καδμεῖοι ut loquitur Herodotus. Nec tantum Literas, ſed & Voces plurimas ab eis acceperunt Græci; quales ſunt לפיד *Lappid* pro *Lampade*; פליגש *Tillegeſh* παλλακὶς ſeu παλλαξ *pellex*; יין *Tain*, οἶν, *vinum*; ארץ *Erets*, ἔρα, *terra*; cum plurimis aliis, quæ prolixum eſſet enumerare. Linguæ Phœnicum λειψανα quædam apud Plautum reperiuntur: ut *Avo domni*, id eſt, *Ave domine mi*, ſeu *Vivas ô domine mi*: eſt ſc. ſuis characteribus reſtitutum, חוה אדני *Havo adoni*. Talia ſunt נא את העליונים והתליונות שקרת יסמכון ואת סכון זאת *Na eth haeljonim vehaeljonoth sbe Kerith jismecun zoth*, id eſt, *Obſecro ſuperos ſuperaſque qui ſuſtentant vel tuentur urbem hanc*: alii volunt, חורת אישי *coreth iſbe macon zoth*, id eſt, *quas Sculpunt viri hujus loci*, &c. quæ non tam probabilis lectio. Omnia autem Scribarum vitio & corruptela adeo depravata ſunt, ut nil niſi incerta de eis conjectura reſtet: accidit quoque, quod vulgi pronunciatio à Grammaticali punctatione & ſcriptione diverſa fuerit, ut quotidie videmus tam in lingua noſtra quam in aliis. Multa etiam Punica extant apud Euſebium in Præp. Evang. quorum aliqua delibabo, & ſuæ ſcripturæ reſtituam. Ibi enim ex ſententia Phœnicum, Principium creationis Mundi ponitur *Aer tenebroſus chaoſque turbidum*, in quibus *Chaos* eſt כהות *Cauth*, ſeu *Caus*, (ut Judæi Germani efferunt,) id eſt, *obſcuritas, tenebra*. Poſtea fuit מוט *Mot* motus. Deinde creata ſunt Animalia dicta צופי שמים Σωφασημιν, ſcilicet ὁρατὰ κατόπτου (ut Euſebius exponit,) *cœli contemplatores*. Porro unum cœli Moderatorem eſſe credebant, quem propterea nominabant בעל שמים Βεελσαμὴν, ὅρασις Κύριος, Græcis Ζεὺς dictus. Poſtea in Genealogia Deorum, venit צדק & מישור *Miſor* & Συδὺκ, *rectitudo & juſtitia*, vel ut Euſeb. exponit, τὰ τῆς ἰυλυτου καὶ δικαιου, *ſolutu facilis & juſtus*. Miſoris filius ponitur Τάαυτος, Ægyptiis dictus Θωὼθ, Alexandrinis Θωὺθ, Græcis Ἑρμῆς: nempe à *Rectitudine* degeneravit טעות *Taut*, id eſt, *Error, & Idololatria* quæ ex errore orta. Talia enim ſignificat *Tauth*. Deinde ex צדק *Sedek*, is eſt *Jupiter*, ſeu *Juſtitia dew*, orti ſunt Διόσκουροι *Jovis filii*. Eorum tempore natus eſt עליון Ἑλιὼν, ὕψιστος; & fœmina dicta באורות Βηρὼθ, poſtea Βηρυτὸν *Berytum*. Poſtea ex cœlo & terra natus אל Ἶλος, cujus ſocii אלהים Ἐλωείμ, i. e. Κρόνοι; & דגן *Dagan* Δαγὼν, is eſt Σίτων. Forte autem pro דגי *Dagan*, melius legen-

legendum דגון *Dagon*, quia *piſcatu* æque ac *cerere* vivebant Philiſthæi & Phœnices maris litora incolentes. Deinde prodiit filia עשתרות Ἀστάρτη ſeu Ἀφροδίτη. Poſtea, Ponto naſcitur צידון Σιδών, *Piſcatio*: quo nomine Phœnices condiderunt urbem, ut & antedictum *Berytum*. Deinde venit Ἄζωτος, pro אשדוד Ἀσδώδης *Azotus*, alia Philiſthæorum urbs maritima. Poſtea à שור *Tauri capite* ſtella, ad צור Τύρον, *Tyrum* urbem alluditur. Tandem ſubſequitur מות Μώθ, *Mors*. *Byblum* urbem poſſidet dea בעלתה Βαάλτις. Et Τάαυτον Ægypti Regem creat Saturnus, qui Phœnibus ישראל Ἰσραήλ, quem poſt obitum, in ejuſdem nominis Aſtrum conſecrarunt. Is filium ſuſcepit ex nympha העוברת Ἀνωβρέτ, *pragnante*. Iſte erat filius יחיד Ἰεοὺδ, μονογενής. Dictus *Taautus* (ut ibi p. 40, 41.) Draconis Serpentumque naturæ divinitatem tribuebat; quam ejus opinionem Phœnices & Ægyptii comprobantes, de Hieroglyphico Serpentis multa myſteriosa excogitarunt.

A Phœnicibus Ægyptii ſuam habuerunt Theologiam, vel ſaltem multa nova inde petita, ei addiderunt. Cum enim Phœnices eſſent è patria pulſi, eorum partem in Ægyptum (Phœniciam & Africam interjacentem) conceſſiſſe, non eſt dubitandum. Imo & ipſe Cadmus in Ægypto fuit, adeo ut à quibuſdam Thebis oriundus credatur, referente Euſebio & Herodoto: & in Ægyptum (inquam) migrantes *Cadmei* ſeu *Phœnices*, Theologiam ſuam ibi diſſeminarunt. Nam (ut Herod. p. 47,) Orpheus in Ægyptum commigrans, ibi τοῖς τε Κάδμειοις *amicitiam coluit*; id eſt, cum קדמיים *Orientalibus* ſeu *Phœnicibus* amicitiam habuit. Ægypto enim Orientalior eſt Phœnicia. Harumque Gentium myſteria tandem adeo involuta & intricata evaſerunt, ut ipſi talium numinum cultores ſuis myſteriis (quorum decurſu partim mutatis & partim oblivioni traditis,) implicati & confuſi, tandem ignorarint qualia ea eſſent; adeo ut ipſi de eorundem nominibus inter ſe contenderent & diſſentirent; ut apparet tam ex Euſebii Præp. quam ex Plutarchi Libro de Iſide & Oſiride.

Dictis fidem faciunt Phœnicea Ægyptiorum numinum Nomina, quæ plane indicant ea à Phœnicibus accepta fuiſſe. Talia ſunt *Oſiris*, qui חוזר *Ozer*, id eſt, *Circuitor*, ſcilicet *Sol* qui Orbem circumit: cujus filius erat אור Ὥρος *lux* ſeu *lumen*. Dein *Oſiridis* tam uxor quam ſoror erat עסים Ἶσις terræ *ſuccus* ſeu *humor* Solis calore impregnatus & fertilizatus. Unde & *Iſidis* nomine, *Luna* quæ humidis præeſt, notatur. Eorum Taurus ſacer, Euſebio vocatur אבים Ἄπις ſeu Μνεῦις, ſcil. *Abis* ſeu *Evis*, qui & שור אבים Σίρφις, *Bos ſaginatus*. Et *Anubis* canina forma, erat הנובה *Anobea*, id eſt, *Latrator*.

Eorum *Oſiris*, alio nomine vocatus eſt *Bacchus*, à בכי *fletu* ſic dictus; ut bene demonſtrat Clariſſ. Golius, ex Abulpharagio indicans apud Sabæos (Phœniceæ religionis homines) in medio Menſis *Tammuz* celebrari عيد البوقات (Feſtum בוביות *Bochioth* ſeu *mulierum ejulantium*,) vel ut ipſe Abulpharagius ex Arabibus exponit,

يعني النسا المبكيات عيد يعمل لتاوز
الاله ويبكي النسا عليه كيف قتله ربه وطحن عظامه في الرحا
ثم نراها

Feſtum Boucat, erat fœminarum flentium, quod celebrabatur in gratiam dei Tauz [lege *Tammuz*.] *Illum vero mulieres deflent, quomodo interfecerit eum dominus ſuus, & oſſa ejus in mola comminuerit, & ea comminuta poſtea diſperſerit.* Nempe nomine *Tammuz* intelligunt *Solem*: quamvis, referente Maimonide, Sabaitæ negatores (ſui ritus uſum & originem obliti) putent ſe lugere aliquem Prophetam ſuum dictum *Tammuz*, ab aliquo injuſto Rege occiſum, &c. Dictæ autem inſtitutionis meminit Prophtea Ezekiel Cap. VIII, de fœminis plangentibus pro *Tammuz*, (ſeu Sole,) cui *Julius* menſis erat ſacer & ab eo denominatus *Tammuz* Syro-Phœnicibus, utpote menſis ferventiſſimus & Sole ſaturatus. Solis vero diſceſſum, quia tum poſtea declinare incipit, deflebant, fingentes eum à domino ſuo interfici & in partes diſſipari. Sed initio vernantis anni, ejuſdem *Oſiridis*, ſeu *Circuitoris* acceſſus & rurſus inventio, haud minimum eis gaudium parere ſolebat. Huic opinioni favent Seldenus & D. Hieronymus. Et Euſeb. Præp. p. 27, dicit *apud Phœnices Solem & Lunam ſempiternos habitos eſſe deos,—quorum alterum Oſirin alterum Iſin nuncuparunt. Luna* ſc. eſt humiditatis domina, in lingua Ægyptiâ *Is* ſeu *Ioh* vocata. Et *Sol* dictus *Oſir* ſeu *Circuitor*, propter ceremoniam deflendi eum, alio nomine dicitur quoque *Bacchus*, qui dicente Herodoto eſt *Oſiris*, p. 165, Ὄσιρις δέ ἐστι Διόνυσος κατ' Ἕλλαδα γλῶσσαν. Bacchi autem ἔτυμον à *Bech* ſive voce ſive compellatione Hircorum, (ut quidam perperam volunt,) omnino ἀναφαίνεσθαι habendum. Sed è contra, בוכיות *Bochioth* ſeu בכיות *Bachioth*, id eſt, *Flentes*, *ejulatrices*, ſunt fœminæ מבכות את התמוז *me-Bacchoth ton Tammuz*: i. e. *deflentes Tammuz*: & בכות eſt *Fletus*, *planctus*, quod Judæi Germani (qui ת finale ſemper efferunt ut ס,) pronuntiant *Bachus*. At in voce Βακχος, terminatio ος potius à Græca lingua videtur adjecta.

Nec quidem immerito factum ut *Bacchus* ſeu *Sol* haberetur deus Vini, quippe cujus virtute matureſcant uvæ omniaque foveantur, ejuſque calore tanquam Phallo procreentur, quo & uxor ejus (ſc. terræ

terræ *fœcum* & *humor*) fœcundetur. Unde in Simulachro ejus *Phallum* peculiariter adorabant, ut notat Euſebius; & in ſolenni Proceſſione, fœminæ ſine rubore talem *Phallum* à collis pendentem, ut fertilitatis & fœcunditatis ſymbolum portabant. Herodotus p. 123, monet Mercurii etiam Statuam cum porrecto Veretro fieri: ita ut tam ad Mercurium quam ad Bacchum referatur Idoli Nomen בעל פעור *dominus turpitudinis*; & בית פעור *locus turpitudinis* ubi colebatur.

Quæ olim adnotavimus ad Ulug-Begi Obſervationes Stellarum, *Oſirim* habitum eſſe pro *Canope*, & *Iſidem* pro *Canicula*, non egent authoritate veterum quæ illi opinioni ſuffragetur, ut ex dicto Plutarchi de *Oſiride & Iſide* Libello patet. Nempe adeo confuſa erat Ethnicorum Theologia & Theogonia, ut deaſtros ſuos alii hoc alii aliud eſſe ſtatuerent. Imo doctum & ingenioſum illa ætate (ut & hodie in Ægypto) habebatur, res planas & bene notas, obſcuriores reddere, in abdita myſteria convertere, & ingenioſo ænigmate involvere. Ejuſmodi enim erat illiorum ſeculorum genius, ut tota eorum Religio eſſet plane ænigmatica; & ingenioſus ænigmatum cuſor, in eorum myſteriis doctus Antiſtes habebatur. Namque talium avida erat mirabunda plebs, cui itaque Sacerdotes nugivenduli eo facilius imponere & ſuas ineptias obtrudere potuerunt. Tales itaque homines qui illa ætate maxime æſtimabiles erant & magni habiti apud ſuos, ii erant qui dicto modo omnia in nugas convertendo, nobis poſteris crucem pararunt.

Sed ut id à quo digreſſi ſumus, reſumam; Ægyptiorum *Thoth* eſt quoque à Phœnicibus, ut ſupra monitum. Euſeb. Præp. p. 31, dicit *Ægyptios eum vocare* Θωὺθ, *Alexandrinos* Θὼθ, *Græcos* Ἑρμῆν, Et poſtea p. 33, dicitur Τὰαυτ@ *Ægyptius vocari* Θὼθ [ubi *Rho* pro *Sigma*) *Alexandrinis* Θωὺθ, *Græcis* Ἑρμῆς. Iſte eorum deus & Rex quem Saturnus eis præfecit, origine eſt nihil aliud quam Phœnicum טעות *Taus*, id eſt, *error*, & *idolum* quod erroris cauſa. Idem ſc. numen eſt quod Arabibus dicitur طاغوت *Tagut*, ſignificans in genere tam *Idolum* quodvis, quam *quivis erroris Dux & Author*. Sic enim in genere ab Arabibus vocata ſunt antiqua Meccenſium Idola اللات *AlLat*, & العزي *AlUza*, &c. Talis eſt, ut vides, apud Phœnices & Arabes in Idolorum eorumque Latriæ denominatione conſenſus; ut ſc. Nomen quod ab Orthodoxis feliciter impoſitum, ab ipſis etiam Idololatris & Paganis libenter retentum fuerit; quod nunquam fuiſſet factum, ſi vim & originem vocis probe intellexiſſent. Tanta erat Idololatrarum in rebus ſuis ignorantia, ut quod revera in errore fundatum, ab eodem pertinacium errorem haud illibenter denominari voluerint. Dictum autem Nomen quod ab Euſebio de ſolo Mercurio exponitur eique reſtringitur, generali ſignificatione omni Idolomaniæ æque competit, & ad quodvis Idolum trahatur, cum ſit denominatio generalis nulli ſoli numini reſtricta.

Hoc modo præſtiti id quod faciendum ſuſceperam, ſc. Carthaginenſium & eorum Nominis originem dedi, & qualis fuerit eorum ut & antiquiorum oræ Africanæ incolarum lingua docui, & Phœnicum Theologiam ad Ægyptios propagatam & ab eis receptam fuiſſe monſtravi, idque luculentioribus (ut ſpero) indiciis quam ut de hac re quis amplius dubitare finatur.

Addam tantum, quod Ariſt. in libro de Mirabilibus Auſcultationibus, dicat *Phœnices* à Græcis Φοινικας vocari, à φοινιξαι, quod Perrhæborum lingua eſt ἀμφιξαι *trucidare*, quod omnes ubicunque venerunt, trucidaverint. Quod non placet. Eos enim Φοίνικας appellabant, quia *Coccineis* veſtibus induti, quippe quæ in Oriente olim & uſque hodie ſemper affectatæ. Et à Græca φοινιξ *ruber color*, dicti ſunt *Pœni*, & Adj. *Punicus*. Hinc etiam φοινιξ avis dicta, quia *rubra* ſeu *flammea*.

במלכות אורן בוגייאה ועד מלכות
מאבריטאניאה ציסרי הנו אשר
היא סוף הרצועה הימיית נגד רמון
ספרד באמור וקרוב הכל לשלושת
אלפים מילין:
ושם במאבריטאניאה מנבול

regna donec pertingat ad regnum Oran, & Bugja, & uſque ad regnum Mauritaniæ Cæſareæ prædictæ, quæ eſt ad extremum lineæ maritimæ è regione Granatæ Hiſpaniæ, ſicut dictum eſt. Et totum conſtat prope 3000 milliaribus.

Et ibi in ; Mauritania (quæ eſt ter-

; *Mauritania*] Alias *Mauruſia* dicta, ab incolis Mauris: eſtque duplex, Tingitana & Cæſarienſis. Sexto Rufo, *Hiſpania tranſfretana*: & in Libro Notitiarum, *Hiſpania Tingitana* nominatur. Nugantur qui volunt terminationem *tania* eſſe à Perſico *ſtan*, q. d. *Mauriſtania*. Sed ut à *Tingi* dicitur Τιγγιτης *Tingites*,

Tingites & Τιγγιτανὸς *Tingitanus*, ſic analogum eſt ut à *Mauri* fluxerit *Mauritanus*, & Subſtantive *Mauritania*, vel *Mauretania* ut in Nummis antiquis ſcribi ſolet, teſtante Carolo Stephano.

Apud Græcos veteres aliquis putarit Μαῦρον ſignificaſſe *clarum*, cum apud eoſdem ἀμαυρὸν (præpoſito *Alpha* privativo) ſit *obſcurum*, q. d. *minime clarum*. Cur itaque Μαῦρος apud Græcos modernos ſignificet *Nigrum* ſeu *Nigritam*, (ut multi exiſtimant, & communis uſus obtinet,) difficile eſt imaginari; præſertim cum *Mauri* omnes qui (evitata Solis infectione) domi ſe continent, ſint plane albi; ut apparet tam ex aliis quam ex Legato Maroccano محمد بن حدو *Mohammed* (ſeu *Ahmed*) *filio Haddu* qui in Anglia nobiſcum fuit 1683, quamvis ortus fuerit ex Provincia اعطر *Obter* ſeu اعطار *Ohtar* (nam Legatus ipſe utroque modo ſcripſit) in Regno سوس *Sus* quod Auſtrale eſt. Sic etiam fœminæ domi ſe continentes, albæ ſunt æque ac Anglicæ. Verum eſt, quod cum his mixtim vivant aliqui ex populis longe auſtralioribus, qui ſunt plane nigri, progeniem ſui ſimilem propagantes, quod ab ipſo Legato perquiſivi. Hinc factum eſt, ut ex hiſce nigris una cum *Mauris* mixtim viventibus & nigram ſobolem in illis oris propagantibus, *Mauri* omnes *Nigritæ* eſſe perperam exiſtimentur. Quotquot ex illis albioribus quotidie ſe Soli exponunt, (quod in Legati Aſſeclis vidimus,) valde aduſti ſunt, eodem plane modo ac Ruſtici Anglicani qui ſub dio ſemper verſari ſolent. Tales ſunt *Tawny-Moors*, quo nomine noſtrates Sole nimis aduſtos improperare ſolemus. Reliquæ etiam Maurorum ſpecies apparent in Propriis noſtris Gentilitiis, qualia ſunt *Black-moor*, & *White-moor*, in communi uſu apud Anglos.

Maurorum quidem Nomen apud Livium & Saluſtium extat, antiquiore autem notatione; cum revera nomen ſit origine Hebraicum ſeu Phœniceum, ut mox plane monſtrabitur. Namque ſpacium inter Calpen & Abylen Herculis Columnas, Fretum eſt anguſtum pro trajicientibus ab uno litore ad alterum. Sic noſter ſub finem Cap. XII, *Juxta Gibeltar eſt* מעבר *Tranſitus* ſeu *Trajectus pro omnibus circumeuntibus per continentem ad eundem in Mare Oceanum.* Et Straboni in *Tinga*, hicce locus περάσεις, Hirtio *Trajectus* vocatur. Agathemeres ſuo tempore ponit hujus *Trajectus* latitudinem eſſe 80 ſtadiorum, i. e. 1 C $\frac{1}{2}$ milliarium, Geographus Nubienſis Climatis 4ti parte 1, dicit iſtud Fretum olim fuiſſe Iſthmum, poſtea Regis cujuſdam Africani ſumptu perfoſſum ad latitudinem 6 milliarium, undarum autem aliſu ſe tandem dilataſſe ad lat. 12 milliarium. Idem alibi dicit eſſe 18 milliaribus latum. Lexicon Geographicum (undecunque id hauſerit,) ponit latitudinem hodiernum 12 milliarium. Idem alibi 9 mille paſſus patere dicit.

Hæcce maris anguſtia Turcis dicitur سبتة بغازى *Septa bogazi*, id eſt, *Fauces* ſeu *anguſtia juxta Ceutam* oppidum: paulo corruptius *Set-bogazi*. Vulgo dicitur *Fretum Gaditanum* ſeu *Herculeum*, *Fretum Columnarum*, *Fretum* ſeu *Oſtium Oceani*, *Fretum Hiſpanum* ſeu *Iberum*, *Limen maris interni*, &c. Noſtro Judæo plerumq; vocatur in genere מיצר *Metſar*, id eſt, *Fretum anguſtum*, ut reſpondeat Hiſpanico *Eſtrecho*, Anglice *the ſtreights*. Arabibus dicitur زقاق *Zocak*, quod primario *Angiportum* ſeu *Plateam anguſtam*, ſive *Tranſitum quemvis anguſtiorem notat*: unde &, *Canalem* ſeu *Alveum anguſtiorem*, ſive *Fretum*. Et hocce Mare Mediterraneum, vel præſertim pars ejus Freto proxima, Arabibus nominatur بحر الزقاق *Mare Freti*.

Cumque heic ſemper à perfoſſo Iſthmo fuerit pro trajicientibus locus cæteris commodior ubi hocce Mare trajicere ſolebant, à Pœnis remotius in Mauritania Cæſarienſi & Agro Tunetano degentibus, quicunque prope iſtum מעבר *Trajectum* vivebat, dicebatur מעברי *Ma'vri*, id eſt, *Trajectaneus*, ſeu ad Trajectum degens; vel *Trajector*, *Tranſretator*, qui ſc. dictum Fretum ſæpius trajicere ſolebat. Et hinc factum eſt ut hujus loci Incolæ primo & primario dicti fuerint *Mauri*: quod tamen Nomen poſtea ad alios remotiores tranſiit. Hoc etiam nos monet unde Hiſpania (ut & Fluvius *Iberus* eam ſecans) à dictis Pœnis vocata fuerit Ἰβηρία *Iveria*, quia nempe erat עבר הים ever *Ultra* vel *trans mare*, ſeu *Ultramarina* regio: nam עבר *ever* eſt cujuſvis maris aut fluminis pars ulterior. Unde etiam hujus regionis Fluvius Gallis dicitur *Ebre* Hiſpanis *Ebro* (pron. *Evro*) q. d. Fluvius regionis *Iveria* ſeu *Tranſretanea*, ut à Mauritaniæ incolis dicebatur. Et eadem ratione *Georgia* à Georgio Cappadoce ſic nominata, olim à Phœnicibus & Syro-phœnicibus dicta eſt quoque *Iberia*, quod nempe eſſet في عبر الفرات *phi Ivri 'lPhrat*, id eſt, *in ultrajecto Euphratis*. Sic, quia pater noſter Abraham in terram Canaan olim venerit ex Meſopotamia ab עבר *Evr*, id eſt, *Ultra* Euphratem, is à Cananæis dictus eſt עברי *Ivri* ſeu *Ibri*, id eſt, *Ultraneus* ſeu *Ultrafluvialis* ſive *Ultrajectaneus*; ſcil. *Hebræus*, vel potius *Ibræus* ſeu *Ivræus*. Quod itaque ſcriptum erat Ἰβηρία, olim pronuntiatum eſt *Iveria*: nam quod Græci antiqui ſuum β pronuntiabant ut *v*, multis & certiſſimis indiciis conſtat: nec hodierni Græci poſſunt literæ *b* ſonum formare, niſi pro eo ſcribendo μπ. Hiſpani etiam uſque hodie, ubicunque ſcribunt *b*, id ſemper ſonant

ut

ut *v*, & viceverſa. Hujus rei veritatem mihi interroganti confirmabat *D. Dr Sall* olim Profeſſor Salmanticenſis: idque per exemplum ex quotidiana Menſæ Benedictione in ſuo Collegio Salmanticenſi uſitata; ubi inter cætera, pro *Benedictus ſit Deus qui vivit & regnat in ſecula ſeculorum*, inepte dici ſolet, *Vendictus ſit Deus qui bibit & regnat*, &c.

Mauritania Arabibus omnibus dicitur البربريّة *AlBarbaria*, cujus incola eſt البربر *AlBarbar* ſeu بربرى *Barbari*. Hi ſunt veri & genuini Arabes, ut eorum Lingua & Libri ſcripti indicant: lingua enim eſt vere Arabica. Quodque omnes tam ruſticani quam oppidani tales eſſent, agnoſcebat Rex Maroccanus, qui in nupera Epiſtola ad Magnæ Britanniæ Regem ſcripta, de ſuo populo loquens, ſeipſum plane numero τῶν *Alarbes* accenſebat, dicendo نحن العرب *noſotres Alarbes*, ut Hiſpani loquuntur, i. e. *Nos Arabes curavimus habere milites fortiores in campo, debiliores oppidis defendendis relinquentes*. Sic ille in dicta Epiſtola. Per errorem itaque noſtrates diſtinguunt eorum Oppidanos in *Mauros*, & Ruſticanos in *Alarbes* & *Algarbes* ſive *Algar. es*, cum omnes ſint pariter *Arabes*. Quomodo autem hic error evenerit, paucis dicam. Eſt quidem الغرب *Algarb*, ſeu ut Hiſpani ſonant *Algaru*, *Occidens*: unde Arabes Mauri qui in Occidentali Luſitaniæ parte (Andaluſiæ ſeu Hiſpaniæ Bæticæ proxima, ubi plurimi Mauri mixtim cum indigenis inhabitabant,) ab Hiſpanis vocati ſunt *Algarves*, i.e. *Occidentales*; qui nuperis ſeculis ex Andaluſia pulſi, in Mauritaniam Tingitanam conceſſerunt. Unde noſtri Mercatores, (ne in cumulandis Titulis deeſſe viderentur,) Regi Maroccano Libellos ſupplices exhibentes, inter cætera, eum nuncupare ſolent Regem τῶν *Alarbes & Algarbes*. Cum itaque 1683, meum eſſet Regis Angliæ Literas Recredentiales in linguam Arabicam vertere, (ut Rex Maroccanus eas ſine Interprete legere poſſet,) ut de hac re certiores eſſemus, conſulendum curavi Legatum Maroccanum, qui de hiſce Titulis requiſitus, talem diſtinctionem non agnoſcebat, nec Regem ſuum habere Subditos dictos *Algarbes* ſeu *Algarves*, nec quod is unquam dictus eſt Rex τῶν *Algarves*: à quo itaque Titulo in Recredentialibus Arabicis abſtinuimus. quamvis noſtri Mercatores inſtarent, Regem Maroccanum ex tali omiſſione ſuccenſurum. Legatus admittebat quidem dari alicujus Provinciæ maritimæ populum dictum الغرب *Algarb*; ſed nomen τῶν *Algarbes* inter ſui Regis Titulos non venire. Noſtrates autem ex Andaluſenis Hiſpanis ita loquentibus, didicerunt Regi Marocano iſtiuſmodi Titulum tribuere, quod tamen à genuinis ejus ſubditis non ſit, nec ipſe unquam tale quid ab eis exigit. Hiſpanorum itaque error eſt τῶν *Alarbes* à *Mauris* diſtinguere, cum differentia ſit nominalis tantum, & non realis; & τῶν *Algarbes* (quia in *occidentali* Luſitaniæ parte vixerunt, ſic dictos,) eo nomine à veris *Mauris* itidem diſcriminare, & Regi Maroccano diſtinctum Titulum ab eis deſumptum tribuere.

Barbari itaque ſunt Arabes qui in Mauritania littus Mediterranei & Oceani uſque ad Atlantem Montem inhabitant, ut & qui in Æthiopia Maris Rubri littus incolunt. Adeo ut cum بر *Bar* ſignificet *Littus* & *Continentem*, eo geminato videntur vocari *Barbar*. q. d. *Littorales*, ſeu *Continentis littoralis incola*; ut D. Golio placet, qui Africanos ſede, Philiſthæos origine eos eſſe ſtatuit. Quod autem melius ſatisfacit, بر בר *Bar* eſt i. q. ברא *Campus*, *Deſertum*, *Sylva*, & *incultus locus*, & quoque *Extra*, *extraneus*, *ſylveſtris*, *campeſtris*: quo quidem nomine, geminato ſono, iſti Arabes ab extra venientes & in Africæ oram irruentes, à Pœnis vocati ſunt *Exteri* ſeu *extranei*; vel etiam *Agreſtes* & *campeſtres* homines, per campos cum tentoriis errabundi, ut Arabum mos eſt. Erat enim Herodoti tempore & omni ævo notum vocabulum, quo Græci *Extraneos* omnes extra Græciam, vocabant *Barbaros*, voce origine Punica, quos etiam *Agreſtes & incultos* eſſe intelligebant. Eodem modo Arabes Aſiatici præſertim omnes alios (præcipue Perſas) vocant عجم *Agjam*: quo etiam nomine Mauritani ſeu Arabes Africani Hiſpanos & Europæas Gentes indigitare ſolent.

At quoad ſupra dictos *Algarves* & *Mauros* olim in Luſitania degentes, Iſabella Emanueli Regi nuptura, (referente Mariana) ex conjugalibus legibus eſſe poſtulavit, ut tam Judæi quam Mauri omnes, ut Chriſtianæ Religionis hoſtes, ex regni Luſitani finibus ejicerentur. Hocque ex parte factum eſt; viz. Mauris in Tingitanam regionem trajicientibus, Judæis autem fraude detentis & per vim ad Chriſtianam Religionem adactis. Publico enim Edicto banniti ſunt: cum tamen trajecturi eſſent, clam detenti ſunt, & quaſi Bannitionis Edicto non paruiſſent, ad Religionem Chriſtianam amplectendum coacti & compulſi. Legationis Maroccanæ Secretarius *Hagj Lucas* (quod à fide digno accepi) fuit ex Mauris Luſitania pulſis, qui hodie degunt in Mauritania Tingitana; ubi eorum mos eſt ut Patres diem obituri, eas quas ſecum attulerunt domuum Luſitanarum Claves tradant filiis, utpote quos aliquando ad eaſdem Domos reverſuros ſperent.

אפריקא מלכיות רבות מישמעאלים
ומלכות פיס וזולת אלה רבים
ונכבדים וארוכים מיושבים וגם
מדבר שממה: הן כל אלה אשר
זכרנו נכללו בערוגת שפת עבר
הים האמצעי לכל ארכו מכל
האפריקא והבארבאריה שהיא
דרומית לנו אנחנו היושבים תחת
ערוגת חצי האיקלים העובר על
רומי בכלם ילך וירכב כל איש
ויעבור בארכם מארצות המזרח
למערב מבלי שימצא ים מפסיק רק
נהרות רבים קטנים עם גדולים
יורדים לאין מספר היורדים מהרי
אפריקא ובארבריאה אל ים האמ-
צעי מידיטיראניאו זכרנו מהאיים
אשר בתוכו לצד ארצות אמונת
ארום וכן נמצאו איים אחרים
קטנים סמוך לטונים אין תועלת
בהזכרתם כנון אי לאזירבאס
וזולתם:

minus Africæ,) ſunt multa regna Iſmaelitarum,& regnum Pheſs;& præterea alia plura egregia & longa habitata:& quoque Deſertum deſolatum. En hæc omnia quæ memoravimus, continentur in area litorali ultra Mare Mediterraneum per totam longitudinem ſuam & totius Africæ ac Barbariæ, quæ eſt ad Auſtrum noſtri qui habitamus ſub area dimidii Climatis tranſeuntis per Romam. Per omnium iſtarum longitudinem poterit quivis ambulare aut equitare & tranſire à terris Orientalibus in Occidentem, & non inveniet aliquod mare impediens: ſunt tantum Flumina multa magna & parva decurrentia abſque numero, quæ deſcendunt è montibus Africæ & Barbariæ in Mare Medium ſeu Mediterraneum. Et jam commemoravimus quaſdam ex Inſulis quæ ſunt in medio ejus, eodem latere cum terris quæ ſunt Fidei Edomææ. Et ſic reperiuntur aliæ Inſulæ parvæ prope Tunetum, quas inutile eſſet enumerare, ſicut Inſulæ [6] la Zerbas, & ejuſmodi aliæ.

6 *la Zerbis*] Alias *la Gerbas.*

CAP. *septimo explicabimus notiora omnia territoria regni* [1] *Edom quod in Europa, incipiendo ab Anglia, Scotia, et Hibernia, cum tota longitudine Maris Mediterranei & ora ejus, usque ad viam introitus Maris Adriatici pertingentis ad Venetias.*

PRæcipuum in hoc Capite, est docere, quod in extremitate Boreo-Occidentali in medio Maris Oceani è regione posteriorum Galliæ quæ est sub posterioribus Hispaniæ, in isto inquam Mari Oceano Septentrionali reperiantur plurimæ Insulæ egregiæ, sicut Anglia, & Scotia quæ ei vicina est & proxima illi; & quoque Hibernia quæ est sub ea, in medio istius Maris Septentrionalis. Utique partes regionis Hispaniæ & Portugalliæ adjacentes ad latus Maris Oceani, sunt in fine Orbis in Habitatione Occidentali terrestri. Et post eas est Tsorpath seu Gallia usque ad Rhenum fluvium magnum qui præterfluit Coloniam, ubi est terminus Galliæ. Et juxta eam est Ashcenaz seu Germania magna, & Dacia, & Pannonia seu Hungaria, usque ad Flumen Danubium. Deinde descendit terminus usque ad Græciam, & Thraciam, & territo-

פרק ז נבאר מחוזות כלם הידועים ממלכות ארום אשר באיברופא מתחיל מאנגליאה וסקוציאה ואיבירניאה עם כל אורך הים האמצעי ושפתו עד דרך מבוא ים אדריאנו המגיע לויניציאה:

עקר הפרק הזה להודיע כי בסוף המערב הצפוני תוך ים אוקיאנוס נגד אחורי מלכות צרפת אשר מתחת אחורי ספרד נמצאו בים ההוא האוקיאנוס הצפוני איים רבים ונכבדים כגון איננלאטירא וסקוציאה שבנתה וקרובה לה וגם האיבירניאה אשר מתחת לה בתוך הים הצפוני הזה: האמנם מקצת גליל ספרד ופורטוגאל החונים על צד הים אוקיאנוס הם סוף הישוב בישוב המערב הארצי ואחוריהם צרפת היא גאליאה ער נהר רינוס הגדולה עובר בקול-וניאה אשר שם סוף גבול גאליאה ואצלה למאנייא גירמאניאה היא אשכנז וראציאה פאנוניאה היא אוננאריאה ער נהר דאנוביאו וירד הגבול ער ין וטרצייאה ומחוז

1 *Edom*] Hinc & ex fine Cap. VI innotescit, quod Nomine *Edom* Judæi præcipuam partem Europæ intelligant. Et apud R. Benj. p. 10, *Roma* vocatur ראש מלכות ארום *Caput regni Edom*. Alias Roma aliquando vocari solet מגדיאל *Magdiel* seu מגדילא *Magdila*, id est, *Magnificans se*, שיתגדל על אלה *quia magnificat se supra omnia illa*, ut dicit Abarbanel. De hoc vide Doctissimi Vorstii Observationes ad *Dav. Ganz*, p. 306.

התונר עד קוסטאנטין פולי אשר למעלה על ים ארצ׳פילינו האמנם

rium [2] Togar, usque ad Constantinopolim quæ est supra [3] Mare Archipe-

2 *Togar*] Ex Cap. XI constat, eo nomine intelligi Ἤπειρον *Epirum* regio seu provincia, quæ hodie dicitur Ἀλβανον seu Ἀλβανία sive Ἀρβανία, Turcis ارناوط *Arnaut*. In Ogilbii Atlantis Japonicæ pag. 1, *Togar* dicitur apud Judæos esse ex Titulis Imperatoris Turcarum. Mihi autem videtur potius apud eosdem *Turcam* in genere denotare, quo etiam nomine emphatice aliquando *ipsa Turca*, nempe *Imperator* intelligitur. Sic apud R. Jos. fil. David Aben-Lebh in Quæstionibus & Responsionibus fol. 6. 1, in plurali תורמים *Togarmim* usurpatur pro *Turcis*, & in singulari תוגר *Togar* pro *Turca* in genere. Agit enim ibi de Testimonio, in Italia dato per Turcam, de morte alicujus mariti: an scil. Turcæ Testimonium Judæis sufficere debeat, ut relicta uxor rursus nubere possit. Et, si non ex professo, sed quasi negligenter dicit, tum eum credere fas est; quia ex professo loquentes, mendacia cudere solent.

3 *Constantinopolis supra Mare Archipelagum*] Hodie *Archipelagus*, olim Αἰγαῖον πέλαγος & Αἰγαῖος πόντος dicebatur. Molino اق دكز لرن كزي *Insularum mare*, quia Insulis abundat. Alias Turcis dicitur اق دكز, i. q. Græcis modernis Ἄσπρη θάλασσα, i. e. *Album mare*; quod quidem nomen aliquando toti Mediterraneo tribuitur. Supra hoc Mare versus Septentrionem, est Προποντὶς (ἡ καὶ τοῦ πόντου τοῦ Εὐξείνου θάλασσα,) ad quam sita est nobilissima Thraciæ urbs & Imperii Sedes, olim Βυζάντιον, postea à Constantino Magno Κωνσταντινούπολις dicta; à cujus tempore propter translatum illuc Imperium, vocata est etiam *Nova Roma*. Hinc est quod ab eo tempore in Orientalium Libris, روم *Rum* est *Græcia* in genere, vel ipsius Caput *Constantinopolis*. At in plurali forma, ارام *Arwam* sunt tantum tales Græci quibus lingua Turcica est vernacula, à pueritiis in ea educati; qui itaque omnes Turcici Alphabeti sonos recte formare norunt, contra quam alii Græci qui aliquot Turcicarum literarum sonos exprimere non possunt. Et quidem Thracia (in qua Constantinopolis) peculiariter vocatur روم ايلى *Rum-ili*, id est, *Regio Rum*; vulgo *Romania* & *Romelia*, quo etiam nomine *Argia* in Peloponnesa vocari solet. Molino Græcia & Macedonia vocantur *Irim-eli* & *Urum-eli*: & apud eundem *Rumelia* est tota Europa, propter rationem supra allatam pag. 13. Propter eandem causam moderna lingua *Græca* hodie vocatur Ῥωμαϊκὴ, & *Græcus* Ῥωμιὸς seu Ῥωμαῖος, & *Græcia* Ῥωμαΐα, quæ olim Ἑλλὰς seu אלישה *Elisa*; in S. Bibliis *Insula Elisæ*, & quoque *Tarshish & Insula*, id est, *Cilicia & Archipelagus* insulis scatens. Alias quando veteris Græciæ aut veterum Græcorum fit mentio, ab Orientalibus adhibetur nomen يونان *Yunan* (ab יון) *Ionia* seu *Iones*. Veterum Interpretum Latinorum in hac parte ignorantia, (dum sc. *Rum* pro *Græcia* usurpari non animadverterent,) aliquot errores in Medicorum Libros invexit: ex gr. apud Avicennam, *Absinthium Rumæum* seu *Græcum*, in Latinis Codicibus legitur *Absinthium* Romanum, &c.

Constantinopolis à Judæis fere semper scribitur קושטנטינה, & sic Arabes & Persæ قسطنطينة *Cosstantina*, omittendo *n*. Turcis autem tam incommodum ex sua longitudine nomen, magis abbreviate vocatur ستنبول *Stanbol*, seu اسْتنبول *Istanbol*, q. d. *Stinopol* à Græco nomine corruptum; vulgo *Stambol*, quia *n* ante *b* aut *p*, semper sonat ut *m*. Sunt qui sic dictam volunt, ab euntibus εἰς τὴν πόλιν *is Tin polin*: sic enim pron. Sed cum hoc nomen Turcis peculiare sit, non item Græcis, id esset imaginari Turcas nimis accuratos in lingua Græca, quam certe ipsemunt & ignorant. Hæc urbs est situ valde amœna: unde est quod Χαλκηδὼν *Chalcedon* Turcice vocetur كور كوي *Cœcorum villa*; quod à Plinio etiam agnoscitur, dicta *Urbs cœcorum, quod tam vicina Byzantio constructa fuerit*. Cum enim Byzantium sit locus plane amœnissimus, portu sinuque navium stationi commodissimus; non nisi cœcutientes situm urbis aut oppidi ubi est *Chalcedon* prius seligerint, sc. in multo pejori loco, & navigantibus minus accommodo. *Chalcedon* quoque alias vocatur قاضى كوى i. e. *Villa Judicis*, quia ibi est Judicis ordinarii residentia. Errat vero Lexici Geographici Author, qui ponit *Scutari* seu *Escudar* esse *Chalcedonem*, cum à seinvicem plane ac à Constantinopoli fere æquidistent.

Inter Byzantii Nomina apud quosdam venit *Rubrum Bonum*, quamvis alii alium locum eo nomine intelligant. Occurrit autem in antiqua quadam Prædictione tantum, & non alibi. Turcæ itaque (qui anilium Prophetiarum nimis creduli,) sæpe in ore habent antiquum quoddam Vaticinium suum de *Rubro*

bro Tome, quod ſequentibus verbis traditur: پادشاهمز كلور كافرك مملكتي
الور قزل الله الور قبض ايلر يدي يله دك غور قليجي
چقمسه اون ايكي يله دك ادلرك بيكلك ايدر اوي ديو باغي
دكر باغچه بغلر اوغلي قزي الور اون ايكي يلدن صكره
كافرك قليجي چقر اول تركي كري سنه دوشره

Imperator noſter veniet, Rubrum Pomum occupabit tenebitque. Quod ſi ad ſeptimum uſque annum Chriſtianorum gladius non inſurrexerit, uſque ad duodecimum annum eis dominabitur, domos ædificabit, vineas plantabit, hortos ſepibus-muniet, filios & filias procreabit. Et poſt duodecimum annum, (nempe ex quo Rubrum Pomum in illius poteſtatem redactum fuerit,) *apparebit Chriſtianorum gladius qui Turcam recidere faciet.* Viz. in locum unde ortus fuerat, recedere coget & fugabit. In quibuſdam exemplaribus legitur, *Kizil-Alma ve Urum Papai*, id eſt, *Rubrum pomum & Græcorum Papam*; ex quibus verbis quidam intelligunt Conſtantinopolim & Græcorum ibi Patriarcham, vel tranſlatum illuc Romanum Imperium: quamvis ea verba *Papam Romanum* denotare poſſint, ſi tempore conſcribendi prophetiam *Rûm* ſumebatur pro *Roma veteri*, quod jam ſumitur pro *Roma nova* ſeu Conſtantinopoli. Et quia nec poſt 7um neque 12um annum (à Capto Imperio Conſtantinopolitano) Chriſtianorum gladius cum effectu contra ipſos præliavit, at è contra jam multis annis Thracia & Imperium Orientale ſub illorum ditione manſit, ſunt qui augurantur aliam aliquam Imperii Sedem ſub nomine *Rubri Pomi* ſignificari. Sunt qui de Vienna aut Buda aut fortiſſima aliqua urbe Imperiali exponunt. Omnia autem (ut in reliquis Prophetiis) dubia, incerta, & obſcura. Hæc (qualiſcunque ſit) Prophetia extat apud Georgievitzium, à quo accepi, & in proprios characteres reſtitui.

Aliam habent Prophetiam quæ videtur competere urbi *Bagdad*, quam poſſeſſuri erant 40 aut 60 & aliquot annos: & poſtea Turcarum una tertia pars eſſet gladio peritura, altera tertia in captivitatem ducenda, & reliqua tertia pars in patriam (i. e. in Turceſtan unde primo venerant) reditura. Hæcque Turcici Imperii diſſolutio & abolitio facienda eſt per بر يلدز كه قره يلدزدن كلسه

aliquam ſtellam quæ à nigra ſtella veniat ſeu venire contingat; i. e. per aliquem Principem qui à Septentrionali Mundi parte veniat: quod jam declinante Turcarum Imperio præcipue notandum. Alii ex Turcis Conſtantinopolitanis frequenter in ore habent tertiam prophetiam, viz. *Quod ſicuti in uno quodam Mohammede fundatum fuit Turcarum Imperium, ita in alio Mohammede deſinet & diſſolvetur*; quod dici ſolet regnante Mohammede quarto, qui nuper ſubmotus & depoſitus eſt, ſuffecto jam ejus loco fratre Soleimano. Sed harum Prophetiarum (ſi quid in ſe contineant,) certum & definitum tempus tandem intelligetur, cum ipſa res prædicta extiterit.

בטרם נבאר זה נודיע אורך גלילות
אשר על שפת הים האמצעי
ממקום אשר יכנס ים אוקינוס
במיצר ניבילטאר נגר רמון ספרד
איך ימשך שפת הים ההוא ממיצר
ניבילטאר ער סוף איטאליאה אשר
בקאלבריאה לסבוב מלכות נאפולים
ויכנס בים אדריאטיקו המגיע ער
ויניציאה ואיסטריאה:

lagum. Sed profecto antequam hæc explicemus, docebimus longitudinem regionum quæ ſunt ad oram Maris Mediterranei, à loco quo coaleſcit cum Mari Oceano apud Fretum Gibeltar è regione Granatæ Hiſpaniæ; quomodo ſc. continuatur illa ora maritima à Freto Gibeltar uſq; ad Italiæ extremitatem in Calabria per circuitum regni Neapolitani, & coaleſcit cum 4 Mari Adriatico quod pertingit uſque ad Venetias & Iſtriam.

4 *Mari Adriatico*] Αδελατικὴν πέλαγος, apud Sheripho'lEdriſi Arabice vocatur خليج البنادقي

Sinus Veneticus: Turcis وندیك كركنی *Mare Veneticum* ſeu *Venetum*, & وندیك جوغاری *Fretum Veneticum*. Quibuſdam dicitur *Mare ſuperum*, ad diſtinctionem à *Mari infero* inter Siciliam & Corſicam & Sardiniam. Ea ſc. eſt Ἀδρία in qua D. Paulum jactavit procelloſus ventus dictus Εὐροκλύδων, (in Vulgat. & Verſione Italica *Euroquilo*,) qui vulgo ut videtur Εὐροκλύδων dicebatur, pronuntiatione faciliori. Nam hæc vulgata Lectio recepta erat antiquitus, ut apparet ex conſonantia Verſionis Syriacæ cum Græco. Nec quis debet mirari, cum videamus plurima alia à vero detorta, ut Γολγθα pro ܓܘܠܓܘܠܬܐ *Gegultha*, Βεανέργες pro ܒܢܝ ܪܓܫ *Benai regeſh*, &c.

ראשונה מרמון ספרד יעלה גבולים
באנדלוסיאה וקורדובא ועלה
הגבול בקאטאלוניה ואלינצא
ראראגון פרפיניאן מים מתים נהר
רודאנוס הצרפתי פרוינצא ועלה
מרסיליאה גראסא וניצא ניינובא
ספיצה פיסא פיומבין ואוסטיאה
חוף רומא ועלה בגאיטא ונאפולי
ויכנס בפארו דימסינא אשר באי
סיציליאה נגר ריאו דקלאבריאה
מלכות נאפולי ומשם יסוב טאראנטו
וסוף איטליא ויכנס הים ההוא
בים אדריאטיקו ויעלה עד ויניציאה
ואיסטריאה:

ואלה מחוזות הים אדריאטיקו אשר
באיטאליאה לאפולייא היינו טראני
בירליטה בארי וכל גלילותיה
לאברוצאה לאנצאנו לאמארקא
דאנקונא ארציית וימיית רומאניאה
פיסירו רימיני צירויאה ראוינה
וקייחא עד ויניציאה וסכב סוף הים
ההוא בגולפו אסטריאנו וירד אחו-
רנית בראלמציאה היא סקיאבוניאה
נגד לאמארקא וירד במצרוניאה

Primo itaque à Granata Hiſpaniæ terminus maris aſcendit ad Andaluſiam & Cordubam; & deinde ad Cataloniam & Valentiam de Aragon, Perpinyan, Aquas-mortuas, Fluvium Rhodanum Galliæ, Provinciam, Marſiliam, Graciam, & Niciam, Genovam, Speciam, Piſam, Piombinum, & Oſtiam quæ eſt Portus Romæ: poſtea aſcendit ad Gaetam & Neapolim, & pertingit ad Pharum Meſſinæ quæ eſt in Inſula Sicilia è regione Rio de Calabria regni Neapolitani. Et inde circuit ad Tarentum & finem Italiæ, & coaleſcit mare illud cum mari Adriatico, & aſcendit uſque ad Venetias & Iſtriam.

Et iſta ſunt Territoria Maris Adriatici in Italia; l'Apuglia quæ eſt Trani, Barleti, Bari, & omnes Provinciæ ejus, l'Abruze, l'Anzano, la Marca de Ancona per terram & per mare, Romania, Peſaro, Arimini, Servia, Ravenna, Chiuſa, uſque ad Venetias: deinde circuitur per finem illius Maris ad Golfum Iſtrianum; & deſcenditur retrorſum ad Dalmatiam ſeu Sclavoniam è regione la Marca; poſtea deſcenditur ad Macedoniam ſeu Albaniam, &

היא אלבאניאה וערי התונר לאוץ
לונא ודוראצו ער גלילות ינן אשר
נגר אי קורפו ללכת מורון קורון אשר
ליון ומשם יסוב הים לאדיצ׳פילינו
אשר הוא ים ענול מלא איים
רבים קטנות עם גדולות ושם יסוב
סאלוניקו על אשר יעלה הים הזה
במיצר קוסטאנטינופולי ויעלה דרך
הצפון במיצר אחר ער סוף ים אלים-
פונטי ואיכזיניאוס ער שיניע לצפונו

urbes Epiri, la Valona, [5] Durazzo, uſque ad regiones Græciæ quæ è regione Inſulæ [6] Corfu qua itur ad Modon [7] & Coron quæ ſunt ex Græcia. Et inde mare circuit ad Archipelagum, quod eſt mare rotundum Inſulis multis tam magnis quam parvis refertum. Poſtea circuit ad Theſſalonicam, donec tandem iſtud mare aſcendat ad Fretum Conſtantinopolitanum: & dein aſcendit per viam Aquilonis ad aliud Fretum uſque ad finem maris [8] Helleſponti &

5 *Durazzo*] *Dyrrhachium* eſt Δυῤῥάχιον urbs Illyricæ: & Δυῤῥαχία eſt ipſa *Illyrica*.

6 *Corfu*] Græce Κόρφος i. q. κόλπος, à Sinu (qui ibi eſt) Ionio ſeu Adriatico. Olim Κέρκυρα; Lat. per *o*, *Coreyra*. Alias Φαίαξ & Φαιακία: Homero Φαιάκων νῆσοι. Antea olim Δρεπάνη, & Σχερία. Tot habuit nomina.

7 *Modon & Coron*] Olim Μεθώνη ſeu Μηθώνη & Κορώνη, duæ ſcil. Moreæ ſeu Peloponneſi urbes, quarum verus ſitus in D. Randolphi *Charta Moreæ* quæ anno 1686 prodiit, habetur. Ambæ ſimul à modernis Græcis hodie in plurali forma Μοδωκόρωνα vocantur.

8 *Helleſponti*] Ἑλλήσποντος eſt anguſtum mare ab Ægæo in Propontidem ducens. Borealis ejus extremitas noſtro Judæo *Fretum Callipolitanum*, Turcis كلبولي بوغازي id eſt, *Stretto di Gallipoli*, ut Itali vocant. Hoc ſc. mare incipit à Tenedo quæ in Orientali extremitate Maris Ægæi ſita, & deinde tranſit inter Caſtella quæ Σηστὸς & Ἄβυδος dicuntur, donec ad Καλλίπολιν initio Propontidis definat. Hæcque Caſtella Italis nuncupantur *Dardanelli*, ut videtur à vicino Oppido *Dardano*. Turcis nominantur بوغاز حصارلري *Caſtella Freti* ſeu *Faucis*: nam tam Helleſpontus quam quodvis Fretum, vocari ſolet *Bogaz*, quod proprie *Guttur* ſeu *fauces* notat. Turcæ enim ubicunque dominantur, (ut victores ſolent,) vel nova Nomina imponunt, vel alias vetera Nomina corrumpunt, aut aliquo modo mutant mutilantque, vel tandem in ſuam linguam interpretantur: quorum heic aliquot exempla dabo.

Ex. gr. Τένεδος Sporadum inſula in Helleſponto, Turcis dicitur بوزجه اده *Cineritia inſula*, quia præternavigantibus Cineritium colorem exhibet, præſertim alba ejus Rupes بلاو داغی *Pelav daghi* dicta, i. e. *Mons πῆς pelav*, quia apparet ad inſtar cumuli cibi dicti *Pelav* ſeu Oryzæ coctæ, quæ in patina aliquando altius cumulari ſolet. *Malvaſia* Turcis eſt *Menekshi*. Urbs *Erythra* eſt چشمه *Fons*. Μύλαι (vulgo *Milo* ſeu *Mylos*) Molino eſt دكرمنلق *Deghirmanluc* ſeu دكرمنلي *Deghirmanli*, id eſt, *Molaria* inſula; Bernardo da Parigi دكرمن اده‌سی *Molarum inſula*. Χίος vulgo *Sio*, صاقز اده‌سی *Gummi* ſeu *Maſtiches inſula*. Σάμος eſt سوسم اده‌سی *Seſami inſula*. Ἔφεσος eſt قوش اده‌سی *avium inſula*, & ايوصلق *âyuſluc*, forte Ἀγιόπολις. Κυθῆρα vulgo *Cerigo*, dicitur چوقه اده‌سی *Panni inſula*. Κάρυστος eſt قزل حصار *Rubrum Caſtellum*. Ζέα ſeu Ζεία, vulgo *Zia* ſeu *Cea*, vocatur كجك دكرمنلق اده‌سی *Inſula molaria minor* ſeu *parva*: & Bernardo da Parigi ea alias dicitur.

tur مردار اداسي *Insula fœtida*: & à Turcarum nautis (ut mihi dictum est) vocatur قوي اداسي *Ovi insula*, quia in forma ovali. Λάρισα, vulgo *Larsa*, in Arabum Libris scribitur العريش *Alarish*, Turcis vero dicitur يكي شهر *Nova urbs*, unde & Θεσσαλία vocatur ولايت يكي شهر *Nova urbis regio*. Λίσσος, vulgo *Alesso*, hodie est اردواط اسكندريه *Alexandria Albania*. Ναύπακτος seu Ναύπακτον, ἀπὸ ναυπηγίας τῶν Ἑρμιονέων, vulgo *Lepantum*, hodie est ايسنه بختي *Eina-bacti*, corruptum à Ναυπακτία nomen. Alias vero dicitur يكي باغچه *Novum hortus*. Ἀθῆναι, est اثينا *Asina* seu *Atina*: his enim modis vulgo pronuntiatur. Κόρινθος videtur esse hodie *Giurdese*, Leunclavio *Gjereme*. Τῆνος est *Stindil*. Mons *Ida* in Mytilene, est قوز داغي *Juglandium mons*. *Troja* seu *Troas*, (hodie *Dravada*,) est اسكي استنبول *Constantinopolis vetus*. Παλαιαὶ πάτραι (in oppositum νέων πατρῶν, Cinnami Interpreti Latino *Novorum Patrum*, male,) corrupte sunt *Balja Batra*, seu ut Molinus *Balli Badra*, Bernardo da Parigi & in Diplomate Turcico بالیه بادره *Balja Badra*. Λαμψάκων est *Misistbra* seu *Mizistra*. *Constantinopolis* est *Stanbul*. Ἀδριανούπολις Italis *Andrinopoli*, Turcis est ادرنه *Edrine*: & Θρᾴκια est ادرنه ولايتي *Regio* τῆς *Edrine*. Ἀλεξάνδρεια Turcis & Arabibus est اسكندريه *Iscanderia*. Θεσσαλονίκη est سلانيق *Selanic*, Italis *Salonica*. Θῆβαι (cujus nominis urbes plures,) vulgo *Tiva*, *Stibes*, *Stives*, *Zitom* seu ازديس *Izdin*. Ζάκυνθος, vulgo *Zante*, est ايزاكليسا *Izaclisa* seu *Izaclise*. Μυτιλήνη est مدللو *Midillu* seu *Midilli*. Καππαδοκία est *Genik*. *Sclavonia* est *Bosna-eli*. Ῥαγοῦσα est دوبرونديك *Dobra Venedik* seu *Dobra Venetic*. Ταῦρος est قاف داغي *Mons Kaph*. *Transylvanus* est اردل *Erdel*, & *Transylvania* اردل ولايتي *Regio Erdel*: aliàs Molino est اردل مجاري *Erdel Magjari*, id est, *Erdel Hungaria*, quæ Turcis dicitur مجار *Magjar*. *Vienna* Turcis est بج *Betch*. Germanus est نمچه *Nemtje* seu *Nemiche*: & *Germania* نمچه ولايتي *Regio Nemtche*. *Pontus* Provincia est ولايت بوللي *Regio Boli*. *Pontus* & *Bithynia* ولايت عثمانچق *Regio Osmantchic*. *Balbura* urbs Lyciæ, est قره برون *Niger nasus* seu *nigrum Promontorium*. *Corycus* urbs Ciliciæ est قره حصار *Nigrum Castellum*, (ut videtur) Lexicographi *Ecteri* patria. Eodem nomine gaudet *Seleucia* urbs Pisidiæ, & alia loca. *Cydnus* fluvius Ciliciæ, ut & *Nessus* seu *Nissus* fluvius Thraciæ, vocantur قره صو *Aqua nigra*. *Juliopolis* Bithyniæ, dicitur بيك بازار *Baronum forum*. *Oxolithum* inter Mysiam & Macedoniam, est سوري حصار *Acutum Castellum*.

Χελωνίτης, seu forte Χελώνη, hodie est *Castel-Tornese*. Sed in Diplomate Turcico & Capitulationibus Turcicis ad Moream olim spectantibus, scribitur حلومچ *Holumtch* & حلوميچ *Holumitch*; quod contractius effertur *Holmutch*, ut in Chartis D. *Henrici Hyde* Equitis Aurati (qui diu ibi vixerat, & per Cromwellium pro causa Regia olim injuste decollatus est,) scriptum extat. Alius ex nostratibus, qui etiam ibi vixit, pronuntiat *Clomutch*, quasi didicerat à Turcis pronuntiantibus *Hlomutch* seu *Hlomitch*.

Εὔριπος Turcis est اغريبوز *Egriboz* seu اغريبوز *Igriboz*, quo nomine intelligitur Εὐβοΐα in Archipelago Insula, cujus præcipua urbs est *Chalcis*. Et hinc (ut videtur) corruptum vulgo nomen *Negropont*, q. d. *Euripont* seu *Egripont*, quia *Euripus* (seu *Stretto di Negropont*) ponte jungitur Continenti Achaiæ. *Euripo* autem *Tauromenitano* (in Siciliæ ora Orientali) sæpius fluere & refluere perhibetur *Euripus Euboicus*, qui Plinio septies die & nocte se reciprocare dicitur. Sed frequens iste fluxus

&

& refluxus ab antiquis nimis temere creditus, corrigitur à Gillio, & modernis, qui asserunt fieri tantum singulis sex horis, scilicet tota nyctheme bis fluere & toties refluere comperitur. Antiqui itaque vel magnalia de Euripo prædicare affectabant, vel alias falsi sunt ex partiali aquarum reditu per Promontorii Chalcidis in mare projectionem effecto: illud enim Promontorium longius in mare porrectum, præterlabentes aliquantulum impedit aquas; quarum itaque pars in gyrum acta ad dictum Promontorium rediens, (Anglicè *the Eddy* vocamus,) refluxum imperfecte quodammodo æmulari videtur.

Pyrnæ Turcis dicitur صوف صو, & Græcis modernis Κρυὸ πηγὴ, utrumque *Frigidam aquam* notans, propter insignem ejusdem frigiditatem dum è fonte salit, quamvis diurno tempore lapides insigniter caleant in litoribus ubrejus aquæ in terram delapsæ fluunt. Iste fons ex Acrocorinthi summitate Occidentali sub ipsis Castelli fundamentis erumpit magno & rotundo fluxu, qui per 50 saltem orgyias deorsum præceps ruens in humile solum cadit. Hoc modo vides aliquid de more Turcico in locis nominandis. Infinitum esset hujusmodi omnia enumerare.

שר עולם בים נהר לאטאנא ים נקפה לפעמים ברוב הקור ושם ינוח ושם תמשך היבשה למעלה בטארטריאה ער הערד הישוב דרך הצפון מרוב הקור מאד ושעירים ירקדו שם:

וראוי להודיע זה כי אורך האיטאליאה מהרי סאלוצה אשר בפיימונטי ער ריו די קאלאבריאה לפי דעת יחידים סביב לאלף מילים ארכה ורחבה לא יעבור למאה ועשר

Euxini,[9] donec tandem perveniat ad Aquilonem Mundi, ad mare fluvii Tanais, mare inquam illud quod aliquando congelari solet propter multum frigus: & ibi desinit. Et inde protrahitur Continens supra Tartariam per viam Aquilonis usque ad privationem Habitationum propter nimium frigoris. Et satyræ saltant ibi.

Convenit quoque docere, longitudinem Italiæ à montibus Saluciæ quæ in Piedmonto, ad Rio de Calabria (secundum quorundam opinionem) esse circiter mille milliaria: latitudinem non transire ad centum & decem milliaria: eamque esse pro-

9 *Euxini*] Quibusdam *Disabachi* dictum mare. Pro بنطس *Ponsus*, in Arabum Libris semper perperam scribitur نيطش *Nitosh*, errando in Punctis diacriticis, ut in nominibus exoticis sæpe apud eos fieri solet. Calcashendio dicitur بحر قرم *Mare Crim.* Turcis قره دكز idem quod Græcis Μαυρόθαλασσα *Mare nigrum*, propter densam & tenebrosam nebulam (طومن چوش *Push* vel *Duman* vocant Turcæ) quæ totum illud mare occupat tegitque, & navigatu periculosum reddit. Eademque obscuritas pariter afficit vicinum populum *Cimbricum* eorumque urbem Κιμμέριον, quæ juxta ad Bosporum olim sita. Aliud *Cimmerium* est *Cimbrica Chersonesus* Daniæ, unde forte dicti *Cimbri Taurici*, & nostri *Cumbri* & *Cambri*; quos fortassis longa illa Gentium Vagina ex Suecia in Daniam olim transfuderit; præsertim si sentiendum sit cum D. Rudbeckio, qui *Cimmerium* in Septentrionali parte Sueciæ collocat in suo Atlante; in quo etiam pro patriæ honore, totius Historiæ antiquitatem & originem ad Sueciam suam (ut mihi videtur magis ingeniosè quam vere) pertrahit.

Sunt etiam qui *Cimmerium* collocant inter Colchos & Iberos. Qui autem in Italia inter Bajas & Cumas id situm volunt, ipsi in tenebris vere Cimmeriis versari videntur. De dicto autem *Cimmerio* ad Bosporum, canit Homerus *Odyss.* 11, prope initium,

Ἔνθα δὲ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε
Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, &c.

Ut sic ad reliquam descriptionem pergit, ut consulentibus videre est.

מילים

מילים והיא נמשכת ותלויה בין שני ימים היינו בין הים האמצעי לים אדריאטיקו מוניציאה אשר רחבו לא יעבור ק׳ מילין ולא יניע להם ובתוכו איים רבים קטנים נגר הראלמציאה וצורים וסלעים לחצוב אבנים לבנין בתוך ים איסטריאה

tractam & ſuſpenſam inter duo maria, *viz.* inter Mare Mediterraneum & Mare Adriaticum à Venetiis, cujus latitudo non tranſit ad centum & viginti milliaria, nec quidem ad ea pervenit. Et in medio ejus ſunt Inſulæ plurimæ parvæ è regione Dalmatiæ. Et quoque in medio Maris Iſtriani ſunt petræ & rupes unde excidantur lapides ad ædificandum.

פרק ח׳ בגבולים אשר אחורי כל גבול ים אפריקאנו מתחיל ממיצר גיבילטאר ויעבור ביבשת על מצרים וגבול נילוס ומוצאו ים סוף ומוצאו עד ארץ ישראל ויפו ובאירוט וציציליאה

CAP. VIII. *Caput octavum agit de limitibus qui ſunt pone totum terminum maris Africani, incipiendo à Freto Gibeltâr. Deinde tranſitur per Continentem ad Ægyptum & terminum Nili ejuſque exitum, & ad mare Suph ejuſque exitum, uſque ad terram Iſrael, & Joppam, & Berytum, & Siciliam.*

אחרי אשר בארנו במה שקדם זברון המקומות אשר באורך שפת ים אפריקא הנקרא ים האמצעי להיותו באמצע הישוב או ים אריה ממיצר גיבילטאר עד בארוט שהוא חוף לדמשק נבאר ונודיע כי אחורי האפריקא אשר על שפת הים וכל הישובים ההם יש מלכיות וגלילות רבות אחוריהם מסתעפים והולכים על ההרים הרמים הנקר אפריקא סופיריאור עד כי מההרים ההמה ולמעלה יעלה הגבול באורך ורוחב בגלילות זרות לא נודעו עד כי בימים

POſtquam jam explicaverimus præcedentia, ſc. mentionem locorum quæ ſunt per longitudinem oræ Maris Africani dicti Mediterranei (eo quod ſit in medio Orbis-habitabilis,) aut [1] Maris Leonis, à Freto Gibeltâr uſque ad [2] Berytum quod eſt Portus pro Damaſco; pergemus explicare & docere, quod pone Africam & omnes illas Habitationes quæ in litore maris, ſint regna & regiones plurimæ diffuſæ & procedentes per Montes excelſos, quæ dicuntur Africa ſuperior; donec tandem à montibus illis & ſuperius, aſcendat terminus longitudine & latitudine per regiones peregrinas quæ non erant notæ, donec tandem in iſtis diebus præſtantiſſi-

1 *Mare Leonis*] In Chartis impreſſis eſt *Mare Leontinum*. v. infra.

2 *Berytum*] R. Benjamino Hebraice vocatur בארות *Beëroth*, i. e. *Putei*; quale quidem Nomen pluribus locis accommodari poſſit & ſolet, cuivis ſc. loco ubi vel ſunt vel fuerunt multi Putei, ut in Italiâ *Puteoli*, &c.

האלו אשר החשוב מלך פורטונאל
הרריך באניותיו בים אוקיאנוס אחורי
היבשה בצד הדרום ההוא התחתון
ובגלילות ההם ונקרא הגליל ההוא
אפריקא שפלה ומימי ההרים ההם
המפסיקים בין הצד האפריקא שלנו
יורדים בים ההוא הגדול הוא
ם אוקיאנוס המקיף אשר נדבר
ממנו בעזה בכלל אורך הגלילות
והאיים והישובים אשר מצאו בו:

אמנם נודיע בזה כי אחורי
האפריקא הזאת אשר היא נגד רמון
ספרד קאטאלונייא פרווינצה איטא
ליאה יש מלכיות גדולות לאחורי
האפריקא היא בארבאריאה וכי
ממלכות פיס ואחוריה וטונים יניע
באורך הקו למצרים ביבשה רחוק
מאליכסנדריאה כמו ת מילים
רחוק מהים ואצל הגליל הזה יניעו
מימי נילוס היורדים מהרי הלבנה
העליונים וירדו דרך מירואי שהוא
איקלים ראשון וגם על האיקלים
השני עד הגיעם למצרים וירדו מימיו
אחרי כן לסעיפים רבים אצל גליל
ראמיאטא עד חום הים האמצעי
הסמוך לאליכסאנדריאה ויעלו תוצ
אות גליל מצרים ביבשה עד ימצא

mus Rex Portugalliæ navibus ſuis perveniret in Mare Oceanum ad poſteriora Continentis per plagam illam Auſtralem inferiorem & regiones illas. Et illa regio vocatur Africa inferior. Aquæ autem illorum montium qui inter noſtrum latus Africæ dirimunt, deſcendunt in mare illud magnum quod vocatur Oceanus ambiens, de quo auxilio Divino ſermonem facturi ſumus in ſummâ Longitudinis Regionum & Inſularum & Habitationum quas in ea reperierunt.

Et profecto hoc notificabimus, pone illam Africam quæ eſt Barbaria (è regione Granatæ Hiſpaniæ & Cataloniæ & Provinciæ & Italiæ,) eſſe regna maxima; & per regnum Feſs & poſteriora ejus & Tunetum, pervenire lineam ad Ægyptum longitudine per medium Continentem procul ab Alexandriâ, ad diſtantiam circiter 400 milliarium à mari: & juxta hanc regionem pervenire aquas Nili deſcendentes è montibus Lunæ excelſis, & decurrentes per viam Meroes quæ in Climate primo, & quoque per Clima ſecundum, donec perveniant in Ægyptum. Et poſthac aquas ejus pluribus ramis deſcendere ad regionem Damiatam per [3] æſtuarium Maris Mediterranei prope Alexandriam: & deinde aſcendere exitus regni Ægypti per Continentem, donec inveniatur latitudo ma-

3 *Æſtuarium*] Pro חום *æſtuarium*, Codex Venetus legit חוף *Portus*, ſenſu minus commodo. Nam cum in illo mari plures ſint *Portus*, dixiſſe *ad portum*, nullum certum locum indicat. Heic autem intelligi videtur ea litoris pars ubi mare in Ægyptum circa Nili oſtia æſtuat, quæ proprie *Æſtuarium* vocari poſſit.

רוחב ים סוף הנקרא ים אר־
ביקום היוצא מקצות דים הגדול
המקיף הוא נקרא ים בארבאריקוס
מאוקיינוס אשר שם יתחיל ים הודו
ויניע הים סוף הזה בתוך היבשה
והמדברות אצל מדבר סיני ויעבור
מעברות היבשה סביבות פלשתים
וארום ומואב הנקרא אראביאה
פיליקש ויחבק הגבול הזה כל ארץ
ישראל אשר אחורי ים יפו ויסוב
סביבות הר הכרמל והלבנון צור
וצירון ער אחורי בארוט הוא חוף
דמשק ויסוב אחורי הים ההוא
כל ארץ סוריאה וארם־צובה ער
הגיעו לארם־נהרים הנקרא

ris Suph (quod vocatur Mare Arabicum,) egredientis ex extremitatibus Maris magni Ambientis (quod vocatur Mare Barbaricum,) ex Oceano ubi incipit Mare Indicum: & istud 4 Mare Suph penetrare in medium Continentis & Desertorum, usque ad Montem Sinai: deinde [limitem] transire tramites Continentis per circuitum Philisthæorum, & per Edom & Moab, quæ dicta sunt Arabia felix: & terminum istum complecti totam terram Israel quæ est pone Mare Joppense, & circuire per circuitum Montis Carmel & Lebanon, & Tyrum, & Sidonem, ad posteriora Beryti quod est Portus Damasci: deinde circuire per posteriora illius Maris per totam terram Syriæ & 5 Aram-Sobæ, donec perveniatur ad Aram-Naharaim dictam Mesopo-

4 *Mare Suph*] i. e. *Mare alga* seu *algosum*. Cumque id sit Lingula ex mari Indico exerta, Cap. XXIII vocatur לשון ים סוף *Lingua* seu *Sinus maris Suph*: sic enim quivis Sinus vocari solet. Hinc est quod *Isa.* XI. 15, לשון ים מצרים *Lingua* seu *Sinus maris Ægypti*, totum mare Mediterraneum, & præcipue partem Ægypto proximam, notet: plane enim cum ostiis Nili jungitur. Jesuita quidam Missionarius qui in Æthiopiâ (Abyssinorum regione) ad propagandum fidem aliquot annos vixerat, ibique Ecclesiam sibi peculiarem comparaverat, in *Tract. de Origine Nili* Anglice impresso scribit, Mare Rubrum sic vocari propter Algam in fundo Maris nascentem dictam Æthiopice *Supha*, cujus paulo infra aquæ superficiem in vadosis locis rubrum intuentibus apparet Semen, quo (sicut Rubiâ tinctorum) pannos rubro colore inficere solebant; & (ut ipsum de re sibi bene notâ loqui constare posset,) eo ipso Semine Ecclesiæ suæ rubras Cortinas tinctas fuisse affirmat. Veram autem rationem cur illud Mare vocetur Rubrum, alibi in hisce Notis tradidimus.

5 *Aram-Soba*] Tam Syriæ quam Mesopotamiæ (vel utriusque simul) generale Nomen est *Aram*, quod itaque plerumque adjuncta habet alia Nomina distinguentia, quænam harum Regionum particulares partes intelligendæ sint indicantia. Syri statuunt *Sobam* esse نصيبين *Nisibin*. Hoc autem non potest esse, quia *Nisibin* est in *Aram-Naharaim* seu *Mesopotamiâ*, quæ *Psal.* LX. 2, plane distinguitur ab *Aram-Soba*, ut & apud nostrum Authorem fit. Præterea alibi in S. Bibliis dicitur Rex *Soba* petiisse copias in auxilium suum ex *Aram-Naharaim*, ab ultra Euphratem. Ergo erat cis Euphratem. R. Benjamino p. 59, *Soba* est חלב *Haleb*, vulgo *Aleppo*. Et quidem noster Peritsol videtur indigitare Septentrionalia Syriæ juxta Halebum versus Euphratem. Et quamvis planum sit ex 1 *Chr.* XVIII. 9, quod *Hamath* & *Soba* distinctæ fuerint Urbes aliquando sub Regibus distinctis, ab illa tamen sæpius quam ab hac denominata videtur tota Provincia, quæ itaque dicitur *Hamath-Soba*, ea viz. חמת *Hamath* pars ubi est *Soba*. Ideoque Spanhemius & Bochartus statuunt quod *Aram-Soba* sit idem quod *Hamath-Soba*, sc. versus Australiora Syriæ, ubi est *Tadmur* seu *Palmyrene*: idque præcipue colligunt ex 2 *Chr.* VIII. 3, 4, *Et Salomon profectus ad Hamath-Sobam, prævaluit contra eam: Et ædificavit Tadmur in Deserto, & reliquas Civitates annonarias quas ipse ædificavit in Hamath.* Et ut in singulis totius Orbis Regionibus, Provinciæ à majoribus suis urbibus denominari solent, (ut *Damascus* aliquando vocatur

Aram

Aram-Dammeſſec, &c.) ſic poſſit bene conſiſtere quod *Aram-Soba* ſit in Provincia *Hamath*; cum *Aram* ſit generale nomen totius Syriæ, & *Hamath* particularis Provinciæ, quæ tamen aliquando ab *Hamath* & aliquando à *Soba* denominata eſt, prout hæ urbes uni aut duobus Regibus ſubjici contigerint. Et fane circa dictum locum ſita videretur *Soba*, ex 2 *Sam.* VIII. 3, & 1 *Chr.* XVIII. 3, *Et David percuſſit Hadadezer Regem Sobæ uſque ad Hamath, cum iret* להשיב *ad vertendum* (al. להציב *ad ſtatuendum*) *manum ſuam in flumen Euphratem.* Cum nempe David converteret ſe ad percutiendum accolas Euphratis ad Occidentalem ejus partem, inter reliquos ſimul percuſſit Hadadezer qui etiam illas partes incolebat. Verſio Anglica vix ſatis bene quoad verba, *As he went to recover his border towards the River Euphrates.* Senſus tamen ſat bene: nam *converiſſe manum* contra illam regionem, erat ut hac ratione poſſet *limitem ſuum recuperare.*

מאסופוטניאה ושם ירדו מימי נהר
פרת מהרי סארמאציאה ונהרות
אחרות יורדים לים בכל אשר בסינוס
ים פרס אשר נבאר ענינו להבא
כי שם יתבאר מארץ כשדים ומדי
ופרס אשר הם מגלילות הסופי
באסיאה מאידי ואולם העולה
מארבייאה פיליקש לעלות ולעבור
המדברות בצד הדרומי אחורי ארם
ודמשק וללכת דרך מעבר הקארו-
באני שהם נושאי הבשמים מקרם
מארצות לאמיקא וקאליקוט סמוך
לים הודו הנדול שם מצב היהודים
הרבים ושם מלכות הפריסטיניאני
ונהר סמבטיון ביבשה ההיא וארץ
ערן ומדבר חבור וכל החדושים
אשר נזכיר להבא.

נמצא בזה במשך הספור הזה
על צד האמת והתורה והסופרים

tamiam: ibique aquas fluvii Euphratis deſcendere è Montibus Sarmatiæ, alioſque fluvios in mare decurrere, cum omnibus qui [vehuntur] in Sinum Matis Perſici, cujus res explicabuntur in ſequentibus; ubi etiam agetur de Terrâ Caſdim, & Madai, & Paras, quæ ſunt ex regionibus Sophii in Aſiâ majori. Et quidem ex Arabiâ felice aſcendemus ad pertranſeundum Deſerta plagæ Auſtralis pone Aram & Damaſcum, & ad eundum per viam qua tranſit [6] Caravâna portantium Aromata ex Oriente è terris Meccæ & Calecut prope mare Indicum magnum, ubi eſt ſtatio Judæorum multorum. Et ibi in Continente illo eſt Regnum Preſtigiani, & Flumen Sabbaticum, & terra Edenis, & Deſertum Chabor, & omnia nova quæ in ſequentibus commemoraturi ſumus.

In hujus narrationis continuatione reperiemus juxta ipſam veritatem

[6] *Caravana portantium Aromata*] Tales erant Iſmaelitarum ſeu Arabum Mercatores Ægyptum petentes, quibus olim venditus Joſephus Patriarcha, qui tunc ab illis deportatus eſt. Vox Perſica eſt كاروان *Cârvân*, id eſt, *Negotiator*, vel collective *Negotiatores*; ſc. tota eorum Cohors ſimul iter faciens, quæ Arabicè قافلة *Câfila* vocatur. Hinc Mercatorum Hoſpitia publica quæ Arabibus audiunt خان *Cân*, Perſis كاروان سراي *Cârvân ſerâi* nominantur, i. e. *Caravana hoſpitium.* Nam *Serâi* eſt quævis *Domus ampla*: unde in Conſtantinopoli, Imperatoris *Palatium fœminarum* Turcis dicitur nomine Perſico *Serâi*, Europæis minus bene *Serail*, & *Seraglio.*

שמצרים

שמצרים מערבית דרומית לארץ
ישראל וארום ועמלק ומואב דרומיים
ממש ופרס מזרחית דרומית ממש
לה ורמשק נכ ובבל והודו וארם
מזרחיים צפוניים לארץ ישראל וחוף
יפו וצור וצידון מערביים לארץ:

ואספיק בזה כי לא אוכל להוכיר
שיעור המרחק ומספר המילין והפר-
סאות אשר בין זה לזה ושיעור
הנטיות במרחקים הצדדין להם כי
זאת מלאכה ארוכה היא מאד:

& Legem & Scriptores, Ægyptum esse Austro-Occidentalem terræ Israel; & Edom, Amalek, & Moab esse Australes certe [seu directe:] & Persidem esse ferme Austro-Orientalem, uti etiam Damascum: & Babel, & Indiam, & Aram esse Boreo-Orientales terræ Israel: & Portam Joppam, & Tyrum & Sidonem esse Occidentales [dictæ] terræ.

Et hic quidem desinam, propterea quod non possim commemorare æstimationem [i.e. quantitatem] distantiarum & numerum milliarium & Parasangarum inter unum locum & alterum; neque æstimationem [seu quantitatem] declinationum in distantiis lateralibus [i. e. obliquis;] hoc enim opus nimis prolixum foret.

פרק ט בגבולי פרס ויס פרס וגלילות הודו
כלס נקראו אנדיאה סופיריאור ואינפיריאור
וגאניים ואיסטרא ובבל ושרי והרי קאספיאו
ים קאספיאו המת והיהודים הסגורים לרעת
הסופרים ואי טאראפובאנא:

CAP. IX. *Caput nonum agit de limitibus Persiæ & Maris Persici, et de regionibus Indiæ omnibus quæ vocantur India superior et inferior, et intra Gangem et extra: et de Babel, et Mediâ, et montibus Caspiis, et mari Caspio mortuo: et de Judæis inclusis, secundum opinionem Scriptorum: et de insulâ Taprobana.*

ראוי שנשמור סדר הישובים

והמדברות בפרק הזה כהיות כי
בפרק הקודם לזה כתבנו הגלילות
מאפריקא והמתגלות בין היבשה
מקצות המערב מהאורך בכל
האפריקא עד אשר באנו אל תוך
אשיאה הגדולה והזכרנו מה
שזכרנו מכל ארץ ישראל וסביבותיה
וארם ודמשק וסוריאה וציליציאה
גלילות עוץ וארמיניאה:

COnvenit ut in isto Capite servemus ordinem Habitationum & Desertorum, cum in capite præcedente descripserimus regiones Africæ, & discursitationem nostram huc illuc per Continentem à partibus Occidentis per longitudinem totius Africæ, donec tandem venerimus in medium Asiæ majoris, & commemoraverimus omnia quæ dicta sunt de totâ terrâ Israel, & circumadjacentibus ei, & de Aram, & Damasco, & Syriâ, & Ciliciâ, & regionibus Ausitide & Armeniâ.

נזכיר

נזכיר עתה מגלילות פרס והודו
אשר הם מהלאה לרמשק לצד
המזרח ונאמר כי מגלילות פרס ועל
ים פרס יש ישובים גדולות ומלכיות
גדולות ומדברות ארוכות עד הגיע
אל סוף הישוב לפי טולומיאו וכתב
באורך כל גלילות הודו ערים הודו
ביבשה הגלילות האלה ואלה
שמותם קראמניאה סמוך לים
פרס אשר הוא ים ענול ובנס ביבשה
מים הודו ' ואחר זה אריאה וכל
מלכות דראנגיאנה הגדול אראקו-
סיאה סמוך לנהרי גאניים הגדולים
ומדברות גדולות והרים ויערות
בין כל אחר מאלה הגלילות :

ואחרי אלה לרצועות המזרח הודו
היא ארץ הודו בגאניים ואינדיא
איסטרא ומלכות סירקא הגדול
והנפלא ארץ מדברות ויערים
גדולים ובשמים וחיות ועופות זרות
עם שני גלילות היורדים לצפון
הנקראיסקיטאניאה איסטרא בתוך
משך הרים ארוכים ויהודים רבים
נסגרים שם לפי דעת הכותבים :

אמנם למשה בדרום בצד ים הודו

Jam vero commemoraturi ſumus regiones Perſiæ & Indiæ, quæ ſunt ultra Damaſcum ad plagam Orientalem. Dicimus itaque, de regionibus Perſiæ & ſupra Mare Perſicum eſſe habitationes magnas & Regna maxima, & Deſerta longa, uſque dum pervenias ad extremum Orbis-habitabilis ſecundum ſententiam Ptolemæi, qui ſcripſit de Longitudine omnium regionum Indiæ juxta mare Indicum in Continente. Tales autem ſunt Regiones, & talia Nomina earum: *viz.* Carmania prope mare Perſicum, quod eſt mare rotundum contingens Continentem ex mari Indico. Et poſt hanc eſt Aria, & torum regnum Drangianæ maximum, & Arachoſia prope magnum Fluvium Gangem; & Deſerta magna, cum Montibus & Sylvis inter ſingulas haſce regiones.

Et poſt hæc ad lineas Orientis eſt Hodu, quæ eſt India intra & extra Gangem, & Regnum [1] Sericæ magnum & mirandum; terra inquam Deſertorum & Sylvarum amplarum, & Aromatum, & Beſtiarum & Volucrium peregrinarum; una cum duabus regionibus tendentibus verſus Aquilonem dictis Scythania † exterior in medio tractus montium continuatorum longitudine: ibi inquam concluſi ſunt plurimi Judæi, ex ſententiâ Scriptorum.

Utique inferius verſus Auſtrum ad

1 *Seriea*] D. Bartoloccius in Bibliothecâ Rabbinicâ, p. 121, hunc locum citans ex Periſſolii exemplari male lecto & pejus intellecto, pro *Sericâ*, perperam legit פריק *Perica*: & ibidem pro איסטרה *Eſtera*, i. e. *Extra*, legit אסירה *Aſira*, quod exponit *Aſſyria*, ſenſu plane nullo: nec quidem Aſſyriæ nomen ſic unquam ſcribitur.

† Sic uterque Codex MS. Videtur deeſſe *interior et*.

נגר אינדיאה נאניים יש אי אחת
גדולה בים הודו תחת משוה
היום נקראת טראפובנא הגדולה
לא ישוער ערכה מרוב טובותה
ועניניה אנשיה שחורים לבושי מוך
לבן חצי גופם משתחוים לאלילים
ולשמים ואיים רבים סביבותיה ער
סינוס מאניוס שהוא סוף מכתב
מציאות מזרחית ימיי לטולומיאוס
ומה שנזכיר ביתר ישובי המזרח
הצפוניים אשר להלאה לארמיניאה
ועוץ ואדם העליון ללכת בארצות
מדי אין קצה למספר הגלילות
ההם:

ומנהר טאנס והלאה התחלת
האשיאה כנון גלילות סקיטאניא
התחתונה והעליונה ואושיאנה היא
שושן הבירה ממלכות הסופי
ואירקאניאה וקאראמאניאה מלכות
הכלב הגדול ובגלילות הלזו שהיא
מיוחסת לגומר ומנוג נמצא תוך
מרבדות היבשה ים גדול ועצום
ענול מוקף יבשה כלו ואין לו מבוא
בשום ים ולא יחס כלל באוקיינוס
רק לבדו נמצא ומוקף יבשה ומימיו
מרים ונהרות רבות ילכו בו
מתמעט בעליית העבים להשקות

latus maris Indici è regione Indiæ Gangeticæ, in mari Indico ſub Æquatore dici eſt Inſula quædam magna dicta Taprobana, quæ tam magna eſt ut valor ejus æſtimari non poſſit, propter multitudinem bonorum ejus & rerum ejus. Incolæ ejus ſunt nigræ, induti [2] goſſipio albo per dimidium corporis ſui, adorantes idola & cœlos. Et circa eam ſunt inſulæ multæ uſq; ad Sinum magnum, qui eſt finis deſcriptionis Orbis Orientalis maritimi ſecundum Ptolemæum. Et, ſi vellemus commemorare reliquas Habitationes Boreo-Orientales quæ ultra Armeniam & Auſitidem & Aram ſuperiorem qua itur in terram Mediæ, infinitum eſſet illas regiones recenſere.

A fluvio Tanai & ultra eam, eſt initium Aſiæ, ſicuti Regiones Scythaniæ inferioris & ſuperioris, & [3] Suſiana quæ eſt Shuſhan Palatium illud regni Sophii; & Hyrcania, & Carmania, & regnum Canis magni. Et in iſtis regionibus quæ pertinent ad Gomer & Magog, inter Deſerta Continentis reperitur mare quoddam magnum & forte, rotundum, totum Continente circundatum, nec eſt ei introitus ad quodvis aliud mare, nec omnino pertinet ad Oceanum, ſed tantum ſolum reperitur Continente circundatum, ejuſque aquæ ſunt amaræ: & quamvis Flumina plurima in eam intrent, diminuitur per [4] aſcenſum nubium ad

2 *Goſſipio*] Hebr. מוך *molle*, eſt nempe mollis veſtis Goſſipina.
3 *Suſiana*] Sic uterque Codex MS legit אושיאנה pro שושיאנה.
4 *Aſcenſum*] viz. aqua ex eo aſcendens, vertitur in nubes. Verum qui illud mare nuperis annis ſulcavit *D. Struis*, in Itinerario ſuo aſſerit, in Sinu Ghilanenſi [*the Bay of Ghilân*] eſſe duos Vortices maximos qui hujus maris aquas exhauriunt & per æquæductus aliquos ſubterraneos evacuant: hunc-

que

que locum adeo periculosum esse, ut si aliqua navis ad hosce Vortices nimis prope accederet, inevitabili exitio submersa esset, voracissima abysso absorpta & deglutita. Geographus Nubiensis dicit hujusmodi Vorticem naves rapientem, reperiri in Mari Persico, & alium in Indiæ Insulâ قمار *Comâr*, & tertium in extremitate Sinarum. Talis Vortex Arabibus dicitur دردور *Derdûr*, seu *Durdûr*, Persis گردآب *Ghirdâb*, id est, *Vortex aqua*.

חישובים ויחמעט נכ דרך מבועי
המעינות הרבות אשר חמיר יביעו
ויולדו ממנו בגלילות ההם ונקראים
מת מפי שהוא מומת ועומר
בעצמו מבלי שיתקשר בשום ים ונם

rigandum Habitationes: & diminuitur quoque per multas fontium Scaturigines, quæ perpetuo fluunt & ex eo nascuntur in regionibus illis. Vocatur autem 5 Mare mortuum, quia mortuum est seorsim stans, non adjunctum alii cuipiam mari: & quoq;

5 *Mare mortuum*] Sic vocatur, quia est instar Lacus seu Stagni, ex quo nullus aquarum decursus discernitur. Intelligit nempe illud Mare quod supra, Cap. III, vocatur *Mare Hyrcanum*, *quod* est *Mare Caspium*. Hoc mare variis appellatur nominibus secundum loca vel valde vicina vel etiam aliquantulum diffita, modo sint celebriora; ut *Mare Gjurjân & Deilom*, *Mare Ghilân*, *Mare Tabarisiân & Mazenderân*, pro quo Herbertus nostras minus recte legit *Mozendram*. Alias dicitur *Mare Chozar* seu *Chozaræorum*, propter regionem خزر *Chozar* ad Boream hujus maris adjacentem, à quâ denominatus est celeberrimæ illius disputationis Author dictus כוזרי *Cozari* seu *Cozaraus*, vulgo *Liber Cozri*, quem D. Buxtorfius Hebraice & Latine edidit. Quibusdam Persarum hoc mare perperam vocatur قلزم *Colzum*: iste autem error corrigitur ab alio doctiore Persâ, qui hocce Nomen reverâ *Mare Rubrum* & *Clysma* in eo Oppidum notare docet. Semel Scribæ Persici vitio scriptum vidi قطرم *Cotrum* pro Mari Caspio, pro قلزم *Clysma*, quod ab Arabibus semper tribuitur *Mari Rubro*, quod vocant بحر قالزم *Bahar Colsum*; pro quo in Globis legitur *Bahar Corsun*, male: sonat autem *Mare Clysmatis*. Bernardo da Parigi vocat كلسون دكزي *Mare Celsun* seu *Colsun*, quid scribebat plane nescius. Alias mare Caspium dicitur in Globo *mare de Sala* vel *de Bacu*, & Ruthenis *Chualenski more*, &c.

Mare Hyrcanum sic dicitur pro *Hyrcanum*, quia hoc mare non ita procul distitum est à Persidis Provinciâ dictâ عراق *Hyrâc* seu *Irâc*; vel distinctionis causa عراق عجم *Irâc Persia* seu *Persarum*, ut dignoscatur ab عراق عرب *Irâc Arabia* seu *Arabum*, quæ in Chaldæâ seu Babyloniâ Arabiæ proxima est. Quin & *Irâc*, seu *Irâc*, sive *Erâc*, (vel ut apud Geographi Nubiensis interpretem, *Arâc* seu *Aaraeq*,) absolute positum, Babyloniam seu Chaldæam notat, quæ in terra *Shin'ar*, ut in Libro *Mursbid*, שנער العراق *Shin'ar est Al Erâc*: nempe levi literarum mutatione, est plane idem quod in Sacris Bibliis ארך *Erec*. Ubinam vero sit Provincia *Irâc Persarum*, (unde *Mare Hyrcanum* denominatum est,) apparet in Sansonii Chartis, sub nominibus *Hyrach* & *Terach*, ubi ea ferme ad ipsum mare Caspium extenditur.

Et quidem non possum hoc silentio præterire insignem D. Golii lapsum in re Geographicâ in suâ Alpharganii editione, ubi in situ *Irâcæ Persarum* designando, multum à vero abest. Nempe primo, succincte dicit in Indice, *Irâca tractus late patens, eadem cum Babylonia, qua & distinctius Irâca Persarum*. Oh portentum erroris, *Irâcam Babylonia* cum *Irâca Persarum* confundens! Deinde male addit, *Irâca Arabum*, *id est*, *Assyria*, p. 130; cujus contrarium verum est. Nam Irâca Arabum (seu Chaldæa) multum distat ab Assyriâ. Et pag. 119 ubi D. Golius forte fortunâ recte statuerat quod العراقين *Eracain* sit i. q. العراق *Erâc*, i. e. *Babylonia*; mox malè addit quod idem *Eracain* etiam *Assyriam & Mediam* designet. Et paulo superius in eodem libro, D. Golius adhuc magis confuse agit, *duas Irâcas esse Cusam & Bastam*, *illam nempe esse Irâc-Arabum*, *hanc vero Irâc Persarum* asserens.

Verum quidem eſt, quod Nabathæi has duas urbes vocent *Irâcas duas*. Sed nec Nabathæi nec ulli unquam Orientalium dixerunt harum alteram eſſe *Irâc Arabum*, & alteram eſſe *Irâc Perſarum*: cum revera ambæ illæ عراقان *Irâca*, unicum *Irâc Arabum* conſtituant deſignentque; & hæ duæ عراقان *Irâca* ſimul, pro ſimplici عراق *Irâc* ſeu *Babyloniâ* (ipſo etiam Golio fatente ſupradicta pag. 119,) accipiantur, & ſemper ſic accipi debeant. Peſſime itaque fallitur D. Golius, hac ſequente ratione ſeductus: cum nempe dentur *Irâcæ* duæ, quæ ſunt diverſæ ac diſtinctæ Regiones ſeu Provinciæ ſic dictæ, (quarum altera eſt in Perſide, dicta عراق العجم *Irâc-Agjam*, altera in Chaldæa ſeu Babyloniæ regno dicta عراق العرب *Irâc-Arab*;) apud Arabes Nabathæos hæc poſterior quamvis unica, rurſus partitur & ſubdividitur in العراقين *Irâcas duas*, quæ viz. ſunt tantum duæ urbes *Cupha* & *Baſra* cum territoriis ſuis: tum inquam D. Golius videns العراقين *Irâcas duas* exponi de hiſce duabus urbibus, (quæ certe in eadem provincia ſeu regione continentur,) ratus eſt illam eſſe *Irâc-Arab*, (utpote quæ ſit verſus Arabiam ſita,) hanc vero alteram eſſe *Irâc-Agjam*, utpote quæ verſus Perſidem ſita ſit,) non ſatis animadvertens unicæ *Iracæ-Babylonicæ* ſubdiviſionem in *duas Irâcas*; quarum alteram ille (hoc modo falſus,) vocat *Iracam Arabiæ*, alteram vero *Iracam Perſidis*; cum revera iſtæ ambæ ſimul, unicam *Irâcam Arabum* notent, alteram illam *Perſarum Iracam* excludendo.

Ne autem abſque idonea authoritate ſapere videamur, ubinam ſitæ ſint *Iracæ* duæ Provinciæ ſic dictæ, monſtrabimus ex *Megjdii* Hiſtoriâ Perſicâ زينت المجالس *Zineto'l-Magjâlis*, ubi τῆς *Irâc-Arab limites ponit uſque ad Deſertum* نجد *Negjd* & *mare Perſicum*, & *regionem Chuziſtân* & *Diyâr-becr*: *ejuſque præcipuas urbes eſſe ſeptem*. *Longitudinem ejus à* تكريت *Teerit* ad عبادان *Abbadân*, *eſſe Paraſangarum* 125: *latitudinem vero ab* حلوان *jugo* τῆς *Hulvân* ad قادسيه *Cadiſia* è *regione Deſerti Negjd*, *eſſe Paraſangarum* 180. *Et quod particulares urbes ſint Cupha*, قسوج, *Bagdad*, *Anbâr*, *Babel*, *Baſra*, *Teerit*, *Cbulla*, *Samarra*, *Hulvân*, *Hwa*, *Madain*, *Nahravân*, *Nomania*, *Waſit*. *Et quidem Irâc-Agjam habere* 40 & *aliquot Urbes*: *ejus limites eſſe contiguos* τοῖς *Adarbayjân* & *Curdiſtân* & *Chuziſtân* & *Pbârs*, & *Kûm*, & جيلانات *Gjeilanât*. *Longitudinem ejus à Siphid-rood* (ſeu *albo fluvio*) *ad urbem Yezd*, *eſſe Paraſangarum* 160: *latitudinem verò ejus à Gjeilanât ad Chuziſtân*, *eſſe Paraſangarum* 100. *Olim quatuor ejus celebriores urbes fuiſſe Iſpahân* & *Kûm* & *Rei* & *Hamadân*. Hactenus Megjdius Perſa. Et eodem fere modo ſub nomine *Arâc*, Geographus Nubienſis deſcribit *Arabum Iracam* pag. 203, عراق العرب و هو بغداد و بلادها و ما يليها من ديار بكر وربيعة و مضر *Irâc-Arab* eſt *Bagdâd* & *regio ejus* & *qua ei adjacent partes* τῆς *Diyâr-becr* & *Diyar-rabia*, & *Diyâr-modar*. Et apud eundem ſub nomine الجبال *Algjebâl* ſeu *Parthiæ*, p. 205 præcedente ritu (ut apud Megdium) deſcribitur عراق العجم *Irâc-Agjam*. Et quia Parthia vocatur *Giebâl*, i. e. *Montes* ſeu *Montana pars*, ideo apud Bernardum da Parigi, hæcce *Partia* (ut Italice ſcribit) vocatur عراق جبلي *Irâc montoſa*; altera vero *Irâc* nuncupatur عراق بابلي *Irâc Babylonica*; quarum hæc in magno Globo Cæſiano, eſt *Arac* in Caldæâ, altera vero *Arach* in medio Perſidis. Huc uſque digreſſus ſum, ne aliquis D. Golii authoritate ſeduceretur.

Ut itaque ad rem redeam, *Mare Hyrcanum* Græcis ſæpe vocatur Κασπίαι Θάλατται *Mare Caſpium*, quod una cum vicinis montibus *Caſpiis* ſic denominatur à celeberrimâ Urbe & cognomine Provinciâ قزبين *Cazbin* dicta, unde forma Gentilis ſeu denominativa regulariter eſt قزبي *Cazbi* ſeu (ut vulgo,) *Cazpi*; eadem analogiâ qua à نصيبين *Niſibin* fit نصبي *Niſibi*, (non autem *Niſibini*,) brevitatis ſtudio loquentium & ſcribentium: & idem fieri ſolet in ejuſmodi aliis. Adeo ut *Mare Caſpium* nihil aliud ſit quam Mare *Cazpi* ſeu *Cazbi*, id eſt *Cazbinenſe*, prope urbem & Provinciam *Cazbin*. Non autem nego quin Adjective aliquando dicatur etiam قزبيني *Cazbini* ſeu قزويني *Cazvini*, id eſt, Cazbinenſis. Sed hoc rarius fit.

Perſarum

Persarum Scriptores tradunt, aliud hujus Maris Nomen vel saltem Epitheton esse اسکون *âsgbûn*, id est, *Myrticolor*; & quoque alias ابسکون *abisgbûn* seu *abosgbûn*, quod proprie est nomen Insulæ in hoc mari ab urbe *Asterabâd* (in Globo *Starabad*) tribus Parasangis dissitæ. Intelligitur nempe استرابان *Asterabad* versus Persidem: nam alibi est alia hujus nominis Urbs, quæ est Portus τῆς جرجان *Gjurgjân*, de qua consulatur Calcashendi Tom. 2. p. 124. Sed quoad dictum hujus maris nomen, cum ex Chorazmiâ veniens Fluvius dictus ابکون *âbgbûn*, haud procul à dicta Insula se in istud mare exoneret, hoc ipsum mare ideo vocatur *âbosgbûn*, contracte pro اب اسکون *âbi âsgbûn*, seu *âbgbûn* & *âsgbûn*; quod scitu jucundum æque ac difficile. In magno Globo Cæsiano legitur *Abesenm*, in ejusdem magna Mappa Mundi *Abesum*, in Sansonii Mappa *Absoen*, omnia male.

Geographus Nubiensis tradit hoc mare longum esse ab Austro in Septentrionem, 1000 milliaribus; latum vero ab Occidente in Orientem tantum 650 milliaribus, contra quam in vulgatis Chartis pingi solet. Alibi idem Author (viz. Clim. V parte 7,) accuratius dicit hujus maris longitudinem porrigi ab Occidente in Orientem cum aliquanto flexu ad Septentrionem, spatio 800 milliarium; latitudinem vero esse 600 milliarium. Et mox addit, cum prosperi fuerint venti, ejus longitudinem navigari posse 9 diebus, latitudinem vero 7 diebus. Cursus autem quantum navis uno die conficit, secundum ipsum habetur pro 100 milliaribus. Calcashendi Tom. 2 pag. 124, ex *Sheriphol Edrisi*, dicit hocce mare esse مدور الشکل الی طول وقلیل مثلث الشکل *figura rotunda oblonga*, additque کالقلع *Quidam dicunt esse figura trequetra sicut velum-navis*: Orientales enim in navibus suis utuntur velis trequetris. Ibidem quoque peripheriam ejus descriptam videas. Ea informatio quam habuit Herbertus nostras, fere quadratum facit. An vero sit merum stagnum, vel alias alicubi aliquem habeat exitum, vide Notas nostras superiores, pag. 64.

שלפעמים שהיא נקפה בקרח חזק מפני הקור הגדול ואחר בזמן ידקיק בשבע הזלח ומרוצת מי הנהרות יעמידוהו על חלו ומוקף בישוב בהרבה מקומות ובו איים רבים והוא נמצא בין הסרמאציאה לאיסקיטאניאה והרי קאספיאו אוים אירקאניא ומוקף הרים ונבעות מקרוב ומרחוק וירדו ההרים האלו סביבות מדי ער הגיעם למוצאות מי פרת וחדקל ויבא בארץ בבל

quia aliquando ad instar gelu durissimi congelatur propter intensum frigus. At postea tempore æstivo per naturam [i. e. medium] defluxionis & decursus aquarum fluviorum, illud rursus fit subsistere super 6 acervo suo. Multis locis circundatum est Habitationibus & in eo sunt Insulæ multæ. Et quia Mare est inter Sarmatiam & Scythaniam, & Montes Caspios & Hyrcanos, inde est quod vocetur Mare Caspium & Mare Hyrcanum. Et quidem prope proculque circundatum est Montibus 7 & Collibus, qui per circuitum Mediæ descendunt, donec perveniant ad exitum aquarum Euphratis & Tigris:

6 *Acervo suo*] Heb. תלו *Tilo*. Authoris mens est, quod aquarum acervus in usitata sua mole subsistat absque visibili diminutione.

7 *Montibus*]. Præcipue partibus Montis Tauri, qui Orientalibus dicitur قاف داغی *Kaph*, & totum Mundum circumdare perhibetur. Græcis vocatur Ταῦρος, quasi à טור *Tur*, i. e. *Mons*. Sed rectius vocatur *Tauris*, ab urbe تبریز *Tavrîz* quæ ei adjacet. Et eadem ratione in aliis locis per quæ transit, alia habet Nomina plurima, quæ omnia persequi, prolixum esset.

הגדולה

הגדולה: וכל המדברות ההם הנדולים עד הגיעם סמוך לגלילות דמשק

& deinde intrant in magnam regionem Babelis & Deserta illa magna, donec perveniant prope regiones Damasci.

פרק י להודיע גבולי ארץ ישראל לברה וסביבותיה ל"ד רוחותיה ומעבר לאסיק ומדבר חבור אשר זה נודיע אמתתו ממקום אחר

CAP. X. *Caput decimum describit limites terræ Israel solius, eique circumjacentia ad quatuor plagas ejus, & quoque transitum ad Meccam & Desertum Chabor, cujus rei veritas ex alio loco innotescet.*

גם כי הזכרנו מצב ארץ ישראל במשך ספורי קשר הגלילות באורך המערב למזרח ברוך כלל עם הגלילות האחרות אמרתי לכבוד הארץ ולהספיק רצון הקוראים ליחד הפרק הזה לארץ ישראל לברה ואחר כן מעבר לאסיק וחבור ואת חיל ממקום צאת ישראל ממצרים לבא על ים סוף ולחעמידה באופן גבוליה ותחומיה ושכניה עם ביאור רחב מה:

ונאמר כי התורה ממש נתנה גבול לכל תחומיה באמרה בפסוק ושתי את גבולך מים סוף ונומר וכן הוא כי ארץ ישראל תחחיל מנהר מצרים הוא נילוס במערב לארץ עד נהר פרת שהוא במזרחה: וכן הוא אומר עד הנהר הגדול נהר פרת אשר מימיו מהרי סאר-מאציאה והקו הזה צורק על ארץ

QUamvis jã commemoraverimus situm terræ Israelis una cum regionibus aliis in continuatione historiæ connexionis Regionum per longitudinem ab Occidente ad Orientem, tamen propter istius terræ honorem, & ut Lectorum voluntati satisfacerem, cogitavi mecum dedicare hoc Caput terræ Israelis solæ: & post modum [agetur] de transitu ad Meccam & Chabor. Et quidem incipiam ab eo loco quo egressi sunt Israelitæ ex Ægypto, ut venirent ad mare Suph; ut constituam illam [terram] secundum [justum] modum terminorum & limitum ejusdem, ut & loca ei vicina; una cum explicatione aliquo modo ampla.

Dicemus itaque, Legem omnino dedisse terminum omnibus ejus limitibus in veritate, in illo Textu, *Et ponam terminum tuum à Mari Suph*, &c. Et quidem ita se res habet: nam terra Israel principium sumit à flumine Ægypti sc. Nilo in Occidentali parte Terræ & [exporrigitur] usque ad fluvium Euphratem, qui est in plagâ Orientali. Sic nempe dicit [S. Scriptura,] *A fluvio Ægypti usque ad fluvium magnum, fluvium Euphratem,*

ישראל

ישראל מנהר מצרים מערבי דרומי
ער נהר פרת מזרחי צפוני לה
ואולם הצפוני לארץ ישראל לפי
דברי התורה היא בבל ומדי ומקצת
ארם וליציאה וצילציאה והדרומי
לה ממקום שסבבו ישראל ים
סוף לסבוב את ארץ ארום עמון
ומואב ועמלק סיחון ועוג וכל אלה
המקומות נקראים היום מלכי
הערב וכן רעת יוסיפון בספוריו
כל זה יהיה דרומי לארץ ישראל
ער הגיעם אל עבר הירדן שהוא
מזרחי דרומי לה וזה היא אורך
ורוחב ארץ ישראל כלה ואף כי לא
זכינו עדין לכל אלה ולא לעשר
העמים ער ירחיב הגבול כי פלשתים
וארם ודמשק לנו הוא באמרו
ודמשק מנוחתו אולם המקומות
האלה סבבו ישראל מ שנה במדבר
הגדול והנורא אשר אחורי ארא-
ביאה פיליקש ער בואם אל הירדן
וארץ נושבת כל הישובים והמקומות
האלה מארום ומואב וכו הנל
הדרומיים הם נקראים אראביאה
פיליקש ומשם במדברות האלה
הוא המעבר הגדול לעבור מדברות

cujus aquæ [ſcaturiunt] è montibus Sarmatiæ. Hæc inquam linea convenit cum terra Iſraelis, à fluvio Ægypti Auſtro-occidentali, uſque ad fluvium Euphratem qui Boreo-Orientalis. Verum id quod Occidentale eſt ad terram Iſraelis, ſecundum verba Legis, eſt Babylonia, & Media, & pars Syriæ, & Lyſia, & Cilicia. Et quod Auſtrale eſt, ab eo eſt loco quem circumiverunt Iſraelitæ; *viz.* Mare Suph, circumeundo terram Edom, Ammon, Moab, Amalek, Sichon, & Og: & omnia hæc loca hodie vocantur [1] Reges Arabiæ, quæ eſt opinio Joſephi in Hiſtoriis ſuis. Totum hoc eſt Auſtrale ad terram Iſraelis, uſque dum perventum ſit ad alteram partem Jordanis, quæ eſt Auſtro-Orientalis. Hæc inquam eſt Longitudo & Latitudo totius terræ Iſraelis. Et quamvis non jam meruerimus [i. e. obtinuerimus] omnia iſta, nec terras decem populorum, uſque dum [2] dilatet Deus terminum; (nam Palæſthina, Aram, & Damaſcus noſtra ſunt, uti dicitur, *Et Damaſcus quies ejus*;) certe tamen Iſraelitæ circumiverunt hæc loca quadraginta annis, per Deſertum magnum & tremendum quod eſt pone Arabiam felicem, uſque dum venirent ad Jordanem & terram habitatam. Omnes inquam Habitationes & loca iſta Auſtralia ſupra commemorata, ut Edom, Moab, &c. vocantur Arabia felix. Et deinde per Deſerta iſta eſt tranſitus maximus ad

1 *Reges Arabiæ*] Eſt nempe *Reges Arabiæ* phraſis Biblica; per quam itaque Author noſter affectat exprimere *Regna Arabiæ*.

2 *Dilatet*] Optio eſt.

חול כליביאה ולהגיע דרך ללכת
לאמיקא ער מוצא הים הגדול
ים אוקיינוס אשר בין המדברות
האלה בו מדבר חבור ליהודים
השוכנים כמו באהלים ובתי עצים
ותוצאותיו יגיעו למדברות ערב
וישמעאלים אשר שם יהודים רבים
ומלכים ער אין מספר ומוצאם ירדו
ער הים הגדול אוקיינוס ים הודו
ים לאמיק וקאליקוט במשך שפת
הים ההוא ויצדק עליהם לעתיד
על היהודים שישתמשו מספינותיהם
הקלות להריצם ולבוא ולהתקרב
אצל ים סוף לבוא לארץ ישראל
וזה אמרו השולח בים צירים וכלי
גומא על פני מים לכו מלאכים
קלים אל גוי ממושך ומורט:

transeundum Deserta Arenæ [3] ad instar Libyæ,& ad pertingendum viam quæ tendit ad Meccam, usque ad exitum Maris magni, Maris inquam Oceani, quod est inter Deserta ista. Inibi est [4] Desertum Chabor pro Judæis habitantibus tanquam in tentoriis & domibus ligneis; cujus exitus perveniunt ad Deserta Arabiæ & Ismaelitarum: ibi inquam sunt Judæi plurimi una cum Regibus,innumeri: & exitus eorum descendunt ad mare magnum Oceanum, mare inquam Indicum, & Mare de la Mecca & Calecut, per tractum oræ illius maritimæ. Et certum est de illis (nempe de Judæis) quod in futurum usuri sint navibus suis levibus ad transportandum seipsos, & ad perveniendum & appropinquandum ad Mare Suph, ut veniant in terram Israelis. Et hoc est quod dixerunt [Prophetæ,] *Qui mittit per mare* [5] *Legatos,& vasa juncea super facies aquarum: Ite nuntii leves ad gentem tractam & expilatam.*

3 *Ad instar Libyæ*] Pro וליביאה ut in MSS, legendum est כליביאה: Consule Cap. XV.

4 *Desertum Chabor*] Tale Desertum nullibi Gentium reperitur, sed est mera Judæorum fabula & figmentum; ut & illud de Judæis inclusis in tot locis, quorum sæpe meminit noster; & quod suos Reges habeant. Magis ingenuus est Kimchius ad *Hos.* III. 4, ad hæc verba, *multis diebus* אין מלך *sine Rege*; ubi ille, *Isti sunt dies exilii in quo sumus hodie: nam non est nobis Rex nec Princeps ex Israele, sed ad placitum* [vel *per licentiam*] *Gentium & Regum ac Principum eorum sumus.* De Judæis in angulo Orientis inclusis, talis ac apud nostrum Historia ex relatione Judæi Mercatoris apud Cadamustum legitur Cap. LX, p. 62, viz. de Judæis 10 Tribuum & eorum Rege in India 150 leucis ultra Calecut, in aliqua insula haud procul à continente. Ibi omnia Aromata, &c. Sed credat Judæus apella, non ego. De 10 Tribubus videas *Meor Enaim* Cap. 13, fol. 69.

5 *Legatos*] Iste Judæus noster perperam applicat suis popularibus, ea quæ dicuntur de Gente alia propter Solis ardorem umbrellifera; de Gente inquam ultra flumina Æthiopiæ, quæ ad Judæos missura erat Legatos,transmittendo Mare Rubrum in vasis ex Junco seu Papyro arundine qua dicta Flumina abundant, & ex qua (dicentibus Authoribus) Naviculæ construi solebant. Consulatur Theophrastus de Papyro.

Legatus quidem hodie dicitur *Ambasciator*, ex infima Latinitate: nam veteres Authores Classici formam compositam non agnoscunt, bene autem simplicem. Estque *Ambasciator*, si vocis originem spectes, talis cujus Legatio est *Baise-main* (ut loquitur Cotgravius & Galli,) *ad basiandum manum* ejus ad quem mittitur; quod nomine mittentis faciendum. Sic etiam Gallis & aliis Europæis Gentibus vocatur amicorum Salutatio. Hæc autem consuetudo non in Europa nata est, sed ex Oriente ad nos venit. Illis quidem est שלום *Salutatio* sive scripta sive ore tradita, qua amicis vel præsentibus vel absentibus

abſentibus Salutem impertiunt: nam ſcripta Epiſtola quæ nil niſi Complementa continet, vulgo vocatur *un Salâm*, Anglice *a Salam*. Sæpius autem (ut in eorum Epiſtolis vidi) ad abſentes mittitur تقبيل الايادي *baſiatio manuum* ad τὸ δεῖνα: quæ quidem forma, quamvis duas quis tantum habeat manus, eſt Pluralis multitudinis. Nam etſi Arabes habeant Numerum Dualem, & quoque Pluralem paucitatis, his tamen hoc caſu non utuntur, ſed fere ſemper Plurali multitudinis: q. d. ſi plurimas haberet manus, eas baſiaret omnes. Subinde etiam in Epiſtolis dicunt in futuri forma, quæ tamen (ut ſæpe apud Hebræos) Præſentis ſignificationem habet, من عبدكم — يقبل ايديكم *A ſervo veſtro tali, qui impertit vobis ſalutem & manus veſtras deoſculatur.* Aliquando tamen *manus* legitur in ſingulari numero, تقبيل اليد والقدم من عند اقل العبيد والخدم الى فلان *Baſiatio manûs & pedis à minimo ſervorum & famulorum, ad τὸ δεῖνα*: ubi *manus* eſt in forma ſingulari, ut ſyntaxi conveniat cum القدم quod facit Paronomaſiam cum الخدم.

פרק י"א לבאר גבולות הים והשוכנים למעלה מהים ללכת מויניציאה למאלוניקי ולקוסטא נטינופולי ואיליפונטו והאיים הרבים אשר בארציפילינו וללכת ביפו או בארוז ואליכסאנדריאה של מצרים:

CAP. XI. *Caput undecimum explicat limites maris & eorum qui habitant ſupra mare, qua itur à Venetiis ad Theſſalonicam, & Conſtantinopolim, & Helleſpontum, et inſulas plurimas in Archipelago, et qua itur ad Joppam aut Berytum, et ad Alexandriam Ægypti.*

המהלך הוה מויניציאה לים קוסטאנטינופולי מנהגם ללכת על שפת הסקייאבוניאה ואלבאניאה הנק׳ דלמאציאה ומצירוניאה בדרך פולא או פרינצא וילכו באורך הים אדריאנו עד יעברו כל אורך האלבאניאה אשר היא מצירוניאה למקרון כדרך ראגוזה ודרך לאוילונא מהתוגר אשר בנגר אוטרונטו בסוף

HOcce iter eſt à Venetiis ad mare Conſtantinopolitanum. Solent autem ire per oram [1] Sclavoniæ & Albaniæ, quæ dicitur Dalmatia in Macedoniâ, per viam Polæ aut Parenzæ; unde pergunt per longitudinem maris Adriatici, uſque dum tranſeant totam longitudinem Albaniæ (quæ eſt Macedonia à Macedone ſic dicta,) per viam [2] Raguſæ, & viam [3] Valonæ quæ eſt ex Togar è regione [4] Hy-

1 *Sclavonia*] Author noſter ut Itali vulgo, ſcribit *Schiavonia*, i. e. *Illyricum*: Turcis بوسنه ايلي *Boſnia*, ſeu *Dalmatia* ut ſupra. Alias dicitur قروات ولايت *Croatia*, incolis *Hruach*, (ut videtur, pro *Chruach*,) prout colligere potui ex Miſſali Illyrico quod vocatur *Miſſal Hruachi*.

2 *Raguſa*] Dalmatiæ urbs, hodie Ῥαοῦσα, olim Ἐπίδαυρος, non (ut quidam volunt) Ἐπίδαμνος quæ eſt *Dyrrhachium*.

3 *Valona*] Vulgo *la Valona*, & Αὐλωνία: veteribus ὁ Αὐλὼν τῆς Ἠπείρου. Arabes ſcribunt لبلونة *la Valona*, Italiæ vulgum imitantes.

4 *Hydruntum*] Vulgo *Otranto*, olim Ὑδροῦς, -οῦντος.

לאפולונא

לאפולואה ממלכותה נאפולי ויכנסו
בים יון חוץ לים אנדריאטיקום וימצאו
אי קורפו ולאמוריאה ומורון וקורון
וינעו לתוך ים קאנדיאה הנקראת
קרישא ויניחו אי רודי כנגדם לים
ימין אשר סמוך ליבשה לאחוריה
בארץ ציליציאה מארץ עוץ סמוך
לגלילות ארמיניאה וכל זה יניחו

druntis quæ in extremitate Apuliæ quæ eſt de Regno Neapolitano. Et quando extra Adriaticum vecti intrant mare Græcum, reperiunt inſulam Corfu, & 5 Moream, & Modon, & Coron : & deinde pervenientes in medium Maris Candiæ (quæ dicitur Creta,) è regione ſui ad mare dextrum, relinquunt inſulam Rhodum quæ eſt prope poſteriora continentis in terra Ciliciæ, quæ eſt de terra 6 Uz prope regiones Armeniæ. Hoc inquam totum relinquentes per Conti-

5 *Moream*] Ea eſt veterum Πελοπόννησος, inter quam & Atticam ab Auſtro ad Septentrionem per 5 aut 6 milliaria extenſus eſt Iſthmus, ideo Ἐξαμίλιον dictus. Vulgo *la Morea*, Græcis hodiernis dicitur ἡ Μωρέα, i. e. *Nigra* peninſula, (Turcæ pronuntiant مورا *Mûra*,) propter Mauros qui (ut dicitur) eam inhabitabant : nam in Mediterranei litore ex adverſo Maurorum, nec valde procul ab eis, ſita eſt, illorum olim incurſionibus valde obnoxia.

6 *Uz*] Noſtri Authoris, *Uz* ſeu *Auſitis*, eſt Cilicia & partes circa eam inter Syriam & Armeniam : his enim circumſcribitur. Sed patet hancce Auſitidem non eſſe Jobi patriam, quæ certe ab hiſce partibus longe diſtabat ; ut facile eſt colligere ex ipſius vicinis malum ei inferentibus, qui erant שבא *Sheba*, i. e. ܫܒܐ *Sabæi* in Arabiâ, & כשדים *Caſdæi* ſeu *Caldæi* ex Erac-Arabum ſeu Babylonia, qui eum infeſtabant & pecora abigebant : ut & ex amicis eum viſitantibus & conſolantibus, de quibus infra dicetur.

Si autem ulterius diſquiſiverimus ubinam terrarum revera fuerit *Terra Uz*, præmittendum eſt, quod Abraham, Iſaac, & Jaacob cum Cananæis confœderati vixerunt in Canaan, in anteceſſum & arrham promiſſionis quam tandem poſſiderunt poſteri eorum. Jacobi autem frater Eſau, & filius Iſmael ſeceſſerunt in Arabiam inſtinctu Divino deducti, ut Jacob ſolus relinqueretur in terra promiſſionis. Eſau enim [*Gen.* XXXVI. 7.] propter gregum ſuorum multitudinem, ex terra Canaan ſponte diſceſſit in *Montem Seir*, & pacifice ibi vixit cum Horitis, qui [*Gen.* XXXVI. 20. *Deut.* II. 12.] erant *Habitatores terræ* & antiqui incolæ *Montis Seir*. Horitas tamen poſtea expulerunt filii Eſau. Ille quidem Mons eſt in termino terræ Edom, qui antea à poſſeſſore eum occupante dictus eſt *Mons Hor*; & is [*Num.* XXXIII. 37.] in margine terræ Edom, in quo [*Num.* XX. 23, &c.] ſepultus eſt *Aharon* : incolæ inde dicti *Horitæ* ; ex quibus vir quidam inſigniſſimus nomine *Seir*, fecit ut poſtea diceretur *Mons Seir*, & ארץ שעיר *terra Seir*. Nam [*Gen.* XXXVI. 20.] per Appoſitionem dicitur החרי בני שעיר *Horitæ filii Seir* : nempe qui antea *Horitæ*, tunc dicti ſunt *filii Seir*. Et ab *Uz* filio *Diſan*, qui ex nepotibus *Seir Horita*, hæc terra etiam dicta eſt *Terra Uz* ; quæ, quia illuc poſtea conceſſerat *Eſau* per improperium dictus *Edom*, (propter *rubrum* juſculum pro quo Primogenituram vendiderat) poſtea denominata eſt *Terra Edom*. Tot nominum mutationem propter varios diverſis temporibus incolas & poſſeſſores, illa Terra ſubivit. Quodque hæc ſit *Terra Uz*, plane legitur [*Thren.* IV. 21.] שישי ושמחי בת אדום יושבת בארץ עוץ *Lætare & gaude ô filia Edom quæ habitas in Terra Uz.*

Heic quidem vixit & regnavit *Job*, alias dictus *Jobab* : de quo ad calcem Verſionis Græcæ Libri Job, ſcriptum relinquitur, Οὗτος ἐμνημονεύθη ἐν τῇ Συριακῇ Βίβλῳ, ὃς μὲν γῆ ἐκαλεῖτο ἐν Αὐσίτιδι ἐπὶ τοις ὁρίοις τῆς Ἰδουμαίας καὶ Ἀραβίας. Πρότερον δὲ αὐτῷ ὄνομα Ἰωβάβ. Λαβὼν δὲ γυναῖκα Ἀραβίσσαν, γεννᾷ υἱὸν ᾧ ὄνομα Ἐνάκ· ἦν δὲ αὐτὸς πατρὸς μὲν Ζαρὲ ἐκ τῶν Ἡσαῦ υἱῶν υἱὸς, μητρὸς δὲ Βοσόρρας, ὥστε εἶναι αὐτὸν πέμπτον ἀπὸ Ἀβραάμ. Καὶ ὅτι οἱ βασιλεῖς βασιλεύοντες ἐν Ἐδώμ, ἓς ἦ αὐτὸς ἦρξε χώρας· πρῶτος Βαλὰκ ὁ τοῦ Βεὼρ, ᾗ ὄνομα τῇ πόλει αὐτοῦ Δινναβά. Μετὰ δὲ Βαλὰκ, Ἰωβὰβ ὁ κληθεὶς Ἰώβ. Μετὰ δὲ τοῦτον, Ἀσὼμ ὁ ἐπάρχων ἐκ τῆς Θαιμανίδος χώρας. Μετὰ δὲ τοῦτον, Ἀδὰδ υἱὸς Βαραδ, ὁ ἐκκόψας Μαδιὰμ ἐν τῷ πεδίῳ Μωάβ, ᾗ ὄνομα τῇ πόλει αὐτοῦ Γεθθάιμ. Οἱ δὲ ἀδελφοὶ αὐτοῦ φίλοι, Ἐλιφὰζ τῶν Ἡσαῦ υἱῶν, Θαιμανῶν βασιλεύς· Βαλδὰδ ὁ Σαωχαίων τύραννος· Σωφὰρ ὁ Μιναίων βασιλεύς. In eundem ſenſum

Interpres

Interpres Arabs, &c. ايوب كان ساكنا *Job vero habitabat in Terrâ Uz, inter terminos Edom & Arabia: & antea vocabatur Jobab. Hic duxit uxorem alienigenam, ipſique natus eſt filius dictus Anûn. Job vero erat filius Zara filii filiorum Eſau; & mater ejus erat de Boſra: & ipſe erat ſextus ab Abrahamo. Ex regibus vero qui regnarunt in Edom, regnavit ſuper illam terram Balac filius Beor. Et poſt hunc Jobab, iſte qui vocatur Job, &c. Et fuit atas 240 annorum.*

Nempe ante *Jobum*, heic in urbe Dinhaba reſidens regnavit *Balaam*; quem (cum eſſet egregius Incantator,) conduxit vicinus Balac Rex Moab ab Iſraelitarum multitudine metuens, ut eis malediceret. Is vero, multis tentatis, retulit, *Non eſſe incantationem contra Iſraelem*, &c. Nomen ejus [*Gen.* XXXVI. 32.] ſcribitur בלע בן בעור *Bela' filius Beor*, abbreviate pro בלעם *Bileam*, ſeu *Balaam* [*Num.* XXXI. 8. *Mica* VI. 5. 2 *Pet.* XI. 15.] eodem modo quo indifferenter dicitur מלך *Malech*, ſeu מלכם *Malcom*. Sed profecto בלע omnino notari debuit ſuperſcripto Apice, propter cujus defectum intercidit ultima litera *Mem*: & quidem alicubi periere & intercidere aliquot literæ ex aliis quibuſdam vocibus S. Scripturæ. In ſuperioribus Græcis & exinde factis Arabicis, perperam legitur Βαλὰκ pro Βαλαὰμ.

Supradictum *Balaamum* poſtea (à Deo maledictum propter Diabolicum vitæ inſtitutum, & propter conatum contra populum ejus,) [*Joſ.* XIII. 22.] interfecerunt Iſraelitæ. Ei mortuo, paulo ante ingreſſum Iſraelitarum in Canaan, ſucceſſit *Job*, [*Gen.* XXXVI. 33.] dictus יובב בן זרח מבצרה *Jobab filius Zerach de Boſra*; de qua urbe dicitur [*Iſa.* LXIII. 1.] *Quis iſte veniens ab Edom, in veſtibus rubro-tinctis à Boſra!* Et [*Iſa.* XXXIV. 5, 7.] *Gladius meus defendet in Edom. —nam eſt mihi Sacrificium in Boſra, & magna cædes in terra Edom.* Hinc, & ex [*Jer.* XLIX. 22.] conſtat *Boſram* eſſe in regno Edom, ſuper quod *Job* ex magnatibus ejuſdem loci, in Regem promotus eſt. Hæcque urbs ſæpius in S. Bibliis memoratur. Et quidem *Job* ſeu *Jobab* diu regnavit: nam poſt afflictionem ſuam, vixit 140 annos; in toto, 240; Deo compenſationem faciente pro eis quæ antea paſſus fuerat. Eique ſucceſſit חשם *Chuſham* ex terra *Temani*, i. e. *Auſtrali*. Huic in urbe *Avith* reſidens ſucceſſit *Hadad* filius *Bedâd*, qui graviſſima clade affecerat Midianitas in Agro Moab. Eo mortuo, regnavit *Samla* ex urbe *Maſreka*. Et deinde *Shaûl de Rechoboth fluminis*, quæ ad Euphratem ſita: hodie vocatur رحبة الملك *Rehabas Regis*. Iſto mortuo, regnavit *Baal-chanân* filius עכבור *Achor*; à quo alia urbs paulo inferius ad Euphratem itidem ſita, uſque hodie dicta eſt عكبر *Achor*. Huic ſucceſſit *Hadâr* ex urbe *Paû*. Hactenus S. Biblia.

Jobi amicus *Eliphaz* filius Σωφὰρ, ex nepotibus Eſau, erat *Temanita*, ſc. ex regione תימן *Teman*, i. e. *Auſtrali*, quæ ad Auſtrum in vicinia adjacebat regioni *Edom* in qua fuit *Boſra*: unde dicitur [*Amos* I. 12.] *Immittam ignem in Teman, qui devorabit Palatia Boſræ*. Et quidem ea nominata eſt *Teman* vel à dicto ſitu, vel ex poſt facto à Θαιμὰν, υἱῶ Ἐλιφὰζ. De iſta regione Judæis dicta *Teman*, (quæ inter *Elam* & *Sinam* & *Terram Edom*) dicitur quoque [*Habac.* III, 3.] *Deus venit à Teman, & Sanctus à Monte Paran*. Et [*Deut.* XXXIII. 2.] *Deus venit à Sinai, & ſplenduit à Seir, & illuxit à monte Paran*; qui Mons eſt pars Montis Sinai, qui ſec. Ptol. incipiens à mari Rubro, extenditur verſus Terram Sanctam & Edom: unde igitur Deus apparuit, & Iſraelitis illuxit in tranſitu maris. *Eliphaz* itaque videtur fuiſſe Rex تيمآء *Temâmæ* ſeu Arabiæ Petrææ (ab urbe حجر *Petra* ſic dictæ) cui adjacet Edom, quæ nempe Ptolemæo eſt in Arabiæ Petrææ Boreali margine; & urbs Βόσρα eſt in ejuſdem margine Orientali, Arabiæ Deſertæ contigua, Long. ξη. δ': al. 69. 45. Lat. λα. ς': al. 31. 30.

Alter amicus fuit *Bildad* השוחי *Shuchita*, ex regione שוח *Shuach* ſeu *Sua*, i. e. *humili & depreſſa*. Eſtque سوخ *Sauch, mollities terræ*, talis quæ calcantis pedem in ſe recipit, uti eſt Arabia Deſerta, in qua à Ptolemæo collocatur Σαυὴ *Sava* ad Long. 73. Lat. 33. Ea enim Arabiæ pars eſt, quæ hodie dicitur تهامة *Tibâma* (in Globo *Theama*,) quia *aſtuoſior*; & غور *Gaur*, quia *depreſſior* reliquâ Arabiâ. Eſtque ad Septentrionem contermina حجاز *Higjâzæ*, ubi incipit Regio Meccana & *Yaman* ſeu Arabia felix; in qua Auſtralius olim à Sabæis Yamanenſibus aliquando extructus eſt سد *Sud* ſeu *Agger* dictus العرم *Al Arim*, quo aquas ex *Tibâma* in *Yaman* labentes excipiendo, ingentem ſibi parabant Lacum, ut ex aquæ copia lætiores viverent. Agger autem ex terra arenoſa non ſatis firmus, aquarum ponderi ceſſit, & ruptus eſt; unde facta eſt سيل العرم *Inundatio Al Arim* in omnibus Arabum Hiſtoriis infamis. quæ Sabæis Aggeris extructoribus multum intulit damnum. Sed ut ad penſum redeam, ſupradicta Arabiæ pars *Tibâma*, videtur eſſe ea quam deſcribit Agatharchides *Lat. pag. 59, Gr. pag. 51, Ultra Sinum Laanitidem* [Ælanitidem] *quem Arabes circumcolunt, eſt* Βυσσωνίτις *terra copioſa, campeſtris, tota irrigua, & diffuſa; ſed præter Gramen & Medicam, & Lotum viridem ſtaturam aquantem, nihil producit. Multa in eâ efferæ Camela, multa cervarum & damarum cohortes, multi avium greges, ineffabilis multarum*

mulorum bounque numerus : item Leones, Lupi, &c. Sic ille : unde quale ſit Arabiæ Deſertæ Solum, ſc. Bildadi Regnum, innoteſcit. *Bildad* itaque fuit Arabiæ Deſertæ Rex Σαωχαῖος, qui *Jobum* vicinum *Edomi* Regem viſitatum venit. MS Alex pro Βαλδὰδ, minus bene legit Βαλδὰς υἱος Ἀμὼν τῦ Χοβὰρ τῦ Ἀυχίτα τυραννε, pro Σαωχῖτε.

Tertius Amicus *Sophar Naamathita*, videtur veniſſe ex Arabia felice. Cum enim Arabiam Petræam tribuerimus *Eliphazo Temanitæ*: & Arabiam Deſertam *Bildado Shuchita*: reſtat tantum Arabiæ tertia pars, quæ ex vi vocis נעמה *Naama*, debet eſſe *Felix, commoda, amœna*, qualis eſt יֶמֶן *Yamen*, ſic dicta ἀπὸ τῆς Jumn *virere & felicitate* qua plus quam aliæ Arabiæ partes gaudet. Hujus regionis populus Ptolemæo audiunt Μινᾶιοι, μεγάλε ἔθνος, collocatque in Mediterraneo Arabiæ felicis circa Long. 75, Lat. 19, paulo Borealius quam *Saba*. Stephanus collocat ad littus Maris Rubri : nec mirum ſi illuc extendatur. Agatharchides in Maris Rubri *Periplo*. pag. ſupra citat. habet, *Supra Phœnicoenem eſt Neſſa, —ubi Gerrai, Minæi, & omnes vicini Arabes.* Ibi vide plura. Eſt quidem מִנִי *Mina* (al. *Muna*) nomen perampliæ Vallis prope Meccam, ubi tam hodie quam à tempore Iſlamiſmi, in ſolenni Peregrinatione Meccanâ, Sacrificia mactare & Lapillos in Diabolum projicere ſolet totus Mohammedanorum peregrinantium exercitus. D. Pinedo in Notis ad Stephanum de urbibus, ex Strabone legit, *Quatuor maximas Gentes habitare* ultimam *dictam* regionem, *quarum Minæi ſunt in parte ad Erythræum mare, quorum maxima urbs* Κάρνα ſeu Κάρνανα : *hiſque finitimos eſſe Sabæos.* In 3. Bibliorum Verſione Græca ad 2 *Paral.* XXVI. 7, Μινᾶιος reſpondet Hebraico מְעוּנִים *Meunim.* Apud dictum Stephanum, per duplex *Ny*, ſcribitur Μιννᾶιοι, quod forte melius legendum Μινᾶιοι, i. e. *Meunim.* Ibi Uzziæ dicitur cum ſucceſſu pugnaſſe contra *Arabes Gur-baal & Meunæos : quibusque* מְעוּנִים *Meunai attulerunt Dona Uzziæ.* Non autem עַמּוֹנִים *Ammonitæ*, quod Scribarum lapſu ita ibi legitur : nam nulla antea ibi Ammonitarum mentio.

Sic Scribarum hallucinatione 2 *Sam.* VIII. 12, pro אֲרוֹם *Edom* legitur אֲרָם *Aram, Syri*, uti conſtat tam ex ſeq. verſu 14, quam ex collatione cum 1 *Chr.* XVIII. 11, 13. Hoc modo videmus *Jobum* fuiſſe Regem Edom ſeu Idumææ in Arabiâ : & tres vicinos Reges eum viſitaſſe, qui ſc. erant *Eliphaz* Rex *Teman* ſeu Arabiæ Petrææ quæ ad auſtrum Idumææ, & *Bildad* Rex Arabiæ Deſertæ, & *Sophar* Rex Arabiæ Felicis ; qui omnes afflictæ ejus conditionis miſerti, ad eum confluxerunt, amica conſilia ſubminiſtrarunt, conſortio recrearunt, & cum eo de Divinâ providentiâ & miſeriâ humanâ confabulando ſubinde diſceptarunt. Job autem orthodoxus recta de Deo dixit, contra quam fecerunt Reges illi, qui quamvis Dei vindices eſſe viderentur, tamen juſſi ſunt tandem pro ſingulis expiatoria Sacrificia offerre Deo, ut minus recta de eo dicentibus ignoſceret. Qualitate enim Reges fuiſſe oportet, utpote qui aliquoties Jobum mendaciorum incuſarunt, ſeque ei in omnibus æquipararunt.

לימנם ביבשה ויכנסו בים ארצי-
פילינו הגדול מלא איים רבים
אשר סאלוניקי מצוי שם ויעברו
מיצר גליפולה וימצאו קוסטאנטינופולי
בצר שמאל ויעברו דרך מעלה
לצד הצפון ללכת לאנדרינופולי
וללכת לים איזיניאוס ועד ים נהר
לאטאנס שהוא סוף גבול האיברופא
ושם למעלה בצפון תכלית ים
קוסטאנטינופולי המגיע לגבול רוס-
יאה ואפילוניאה ואחר טרטאריאה

nentem ad dextram ſuam, intrant in mare Archipelagum maximum inſulis multis refertum, ubi reperitur Theſſalonica. Dein tranſeuntes per Fretum Galipolitanum, inveniunt Conſtantinopolim ad [maris] latus ſiniſtrum. Nam [ex Mari Ægæo] tranſeunt per viam qua aſcenditur verſus plagam Septentrionalem, [tam ad ſiniſtram] qua itur ad Adrianopolim, [quam ad dextram] qua itur ad mare Euxinum, & uſque ad Mare fluvii Tanais, qui eſt finis termini Europæ. Et ſupra [Byzantium] in Septentrione, eſt finis maris Conſtantinopolitani pervenientis ad limites Ruſſiæ & Poloniæ, & poſtea ad Tartariam. Et

ולמום

ועמים רבים וישובים נוראים סביבות כל הימים האלה מכל צד ומכל פנה:

in omnium iſtorum Marium circuitu, ſunt populi multi & habitationes tremendæ ab omni latere omnique angulo.

אמנם מויניציאה ללכת אל ארץ ישראל או למצרים ל כנון לבארוט או לצור או ליפו או לאליכסנדריאה מנהג המלחים בעברם בקורפו להגיע בקנדיאה ומקנריא לרודי ולציפריאה בעיר פאמאנוסטא ומשם בפאמאנוסטא יוכלו לסבוב צילייציאה מארץ עוץ ואדם ולפנות ללכת כאשר ירצו אם בבארוט הסמוך לציפריאה שהיא מול יפו או לסבוב לצור או ליפו או לסבוב עוד הים הזה מים פלשתים עד שפת ים אלכסנדריא דרך המערב ולהגיע בדמיאטה כפי רצון וצורך הסוחרים להביא סחורותיהם כאשר מנהגם וצרכם שם שמה יניעו וילכו:

Verum ad eundum à Venetiis ad terram Iſraelis vel ad Ægyptum, (volo dicere quaſi, ad Berytum, ad Tyrum, vel ad Joppam, vel ad Alexandriam,) ſolent nautæ tranſeuntes per Corfu pertingere ad Candiam,& à Candiâ ad Rhodum & ad Cyprum, per urbem Famaguſtam: & inde per Famaguſtam poterint circuire Ciliciam quæ eſt ex Auſitide, & Syriam,& inde proſpicere ad eundum quocunque voluerint; ſive ſit ad Berytum quod prope Cyprum è regione Joppæ, ſive ad circumeundum per Tyrum aut per Joppam,ſive ad ulterius circumeundũ iſtud Mare à mari Philiſhtim uſque ad oram maris Alexandrini per viam Occidentis, & ad pertingendum ad [7] Damiatam, pro lubitu & neceſſitate Mercatorum; ut ſc.illuc perveniant redeantque,ibique importent merces ſuas prout ſoliti ſunt & eorum neceſſitas requiſiverit.

אמנם הערונה אשר הזכרנו מויניציאה עד ים יון למעלה בגבולות העליונים עד הים הם אלו מויניציאה ביבשה למעלה מחוז איסטריאה ואיסטריאנו ופריאול וכל הסקייאבוניאה והאונגריא הנקראת פאנוניאה אשר למעלה ממנה וכל ארץ מקדון היא אלבאניאה ולמעלה מזה היא

Verum area illa cujus fecimus mentionem,(ſc.à Venetiis uſque ad mare Græcum ſupra in terminis ſuperioribus, & ab his ad ipſum mare,) iſtiuſmodi eſt: nempe à Venetiis [eundum eſt] per Continentem ſupra territorium Iſtriæ & Iſtriani,& Friuli,& per totam Sclavoniam,& Hungariam dictam Pannoniam quæ ſupra ipſas eſt,& per totam terram Macedoniæ quæ eſt Albania; vel ſupra hanc per

7 *Damiata*] R. Benjamino כפתור *Caphtor*, quæ *Jer.* XLVII, 4, vocatur *Inſula Caphtor*.

בוסינא קורבאקיאה ואלקיאה
ומרינות רבות רבו מספר וגלילות
יון כלם מחתונר הם וכל המעברות
הימיות הנם כתובים בקלף המלחים
לאות ולזכרון ליודעם ונם אין
ראוי שיעלם כי מן הצד השני לים
אנדריאטיקוס אשר רחבו קרוב לק׳
מילין בקרוב נמצא מויניציאה דרך
יבשת עד סוף האישאליאה ובו׳
נדיסי הישובים האלה בכלל היינו
מויניציא לקאיוזא ראוינא רימיני
פיסארו פאנו סיניגאליאה אנקונא
חוף פירמי טרונטו יוליאה נובה
וכל לאברוצ׳ לאנצאנו בארי בירליטא
טראני וכל לאפוליא עד סוף מלכות
נאפולי כי שם בברינדיצי ישלימ
ים אדריאטיקוס ויכנס בסבוב בים
טראנטינוס וקאלבריאה לסבוב
האישאליאה בצד השני הרומי לה
ברך ים האמצעי מארי ליאוני
מיריטיראניאו אשר קרוב לאי ציצילי
אה ומסינא ננד ריאו רקאלאבריאה
כאשר נדבר בעה במעברות הים
ללכת פלאנדריאה לבא מויניציאה
ונספיק בזה:

Bosenam, & [8] Corbachiam, & Valachiam, aliasq; Provincias multas quæ superant numerum, & omnes regiones Græciæ quæ sunt de Togar. Et quidem omnes transitus maritimi, ecce scripti sunt in Chartis nautarum, in signum & memoriale pro cupientibus scire illos. Præterea non debet ignorari, quod à latere secundo maris Adriatici, (cujus latitudo est circiter 100 milliarium,) reperiemus à Venetiis per viam Continentis usque ad finem Italiæ & Brundusium, dari hæc loca habitata in genere: nempe à Venetiis [eundum est] ad Chiusam: deinde occurrunt Ravenna, Rimini, Pesaro, Fano, [9] Signigallia, Ancona, Portus Fermo, Tarento, Julia nova, & tota l'Abruza, l'Ansano, Bari, Berleta, Trani, & tota l'Apulia, usque ad finem regni Neapolitani: nam ibi apud Brundusium terminatur mare Adriaticum, quod per circuitum ingreditur mare [10] Tarentini & Calabriæ, ut circumeat totam Italiam per latus secundum Meridionale illi, per viam Maris Medii, Maris inquam [11] Leonis Mediterranei quod est prope insulam Siciliam & Messinam è regione ממ Rio de Calabria; sicut (auxiliante Deo) dicturi sumus in Transitibus maris per quos itur in Flandriam quando venitur à Venetiis. Interim hoc nobis sufficiet.

8 *Corbachiam*] Vulgo *Corbavia*, i. e. *Croatia*.
9 *Sinigaglia*] Seu *Senigaglia*, ea est *Sena Gallica* seu *Senogallia*.
10 *Mare Tarentini*] Vulgo *Golfo de Tarante*.
11 *Mare Leonis*] Est sc. ea Maris Mediterranei pars quæ alluit Leontinum in Orientali parte Siciliæ.

פרק יב לבאר המקומות העקריות והראשיות
ברדך ים מויניציאה לפלאנדרים ללכת במיצר
גיבילטירא ופורטוגאל ואנגליאה אשר
היא סמוך ליבשת פלאנדריס:

אמרו הרכבים והרצים כי
מויניציא לפלאנדרים וברוניש ונאנס
ללכת דרך יבשה הוא מהלך
בקירוב לארבעים יום וזה לעבור
בקושב האיטאליא מפאדואה לויר-
נא ולעיר שלשים או כדומה לזה
בקושב אשכנז ושנוויצירד וכל הגלי-
לות ההמה עם קושב הבורגונייא
והפלאנדריאה אשר על שפת ים
אוקיינוס נגד איי אנגליאה סקוציאה
ואיבירניאה במהלך ארבעים יום
הם בקירוב והאמנם ללכת מויני-
ציאה לפלאנדרים ברוניאות הים עם
סחורותיהם ראיתי ושמעתי כי
יתמהמהו ויתאחרו לפעמים רבים
בטרם ישובו לביתם יח חדש ויותר
משנתים לפעמים אולם המהלך
בטבע ההליכה היומית בנשיבת
הרוחות הטבעיים והנהונים להת-
חלף ולהתחדש לא ילכו בשמנה

CAP. XII. *Caput duodecimum declarat loca præcipua & principalia in itinere maritimo à Venetiis in Flandriam, eundo per Fretum Gibeltâr & Portugalliam, & Angliæ partem quæ eſt prope Continentem Flandriæ.*

POſtæ & [1] Curſores ajunt à Venetiis ad Flandriam & Bruges & Gandavum, (eundo per viam Continentis) eſſe iter pene 40 dierum [2]. Nempe tranſeundo per Polum Italiæ à Paduâ ad Veronam, & ad civitatem [3] Trentam aut talem aliquam, per Polum Germaniæ & [4] Helvetiæ, & per omnes iſtas regiones, per Polum Burgundiæ & Flandriæ quæ eſt ad oram [5] Maris Oceani è regione Inſularum Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ, eſt iter circiter quadraginta dierum. Verum qua eunt à Venetiis in Flandriam per Galeras maris cum mercibus ſuis, vidi & audivi eos antequam revertantur ad domum ſuam, ſæpe detineri & retardari per 18 menſes, [6] & aliquando ultra duos annos. Nam iter hoc eſt plus quam tria millia milliarium, imo prope quatuor millia milliarium. Sed revera per naturam curſus diurni cum [proſpero] flatu ventorum naturalium qui mutari & innovari ſolent, eundo non [detinerentur] ne quidem per 8

1 *Equitatores & Curſores*] i. e. Poſtæ equitantes & Tabellarii pedeſtres.
2 *40 dierum*] Hodie inventa eſt brevior via per Galliam, Sabaudiam, & Milanum.
3 *Trenta*] Ut *Granatam* ſolet vocare *Rimmon* interpretando Nomen; ſic *Trenta* notans *Triginta*, hoc vocatur שלשים 30.
4 *Helvetia*] Eam Author vernacule vocat *Switzer*.
5 *Maris Oceani*] Hoc intelligit *Oceanum Britannicum*: alias apud eum *Oceanus* eſt *Mare Atlanticum*.
6 *18 menſes*] Hodie celeriter navigando, hoc iter poteſt confici 22 diebus, ut experti dicunt.

7 8 *menſes*

חרשים כי המהלך הזה הוא יותר
משלשת אלפים מילין וקרוב לאר-
בעת אלפים מילין וזה עקר המהלך
הראוי והטבעי לפי מציאות המקומות
אשר הם נמצאים בחיוב ואם אפשר
שיגיעו במקומות אחרים למען
סחורותיהם או בסבת השתנות
הרוחות אשר יכריחום ללכת ולהניע
הנה והנה מ"מ זה הדרך ילכו בו כי
כן ינזרהו טבע חיוב המקומות
המיוסדים בישרה כאשר המר
לעבור עליהם בים ואת היא
מוניציאה ירימו נס אל הרוחות נגר
המזרח דרך דאלמאציאה ומאצידו-
ניאה היא סקייאוניאה ואלבאניאה
ער צאת מים אדריאטיקוס הוא
ים ויניציאה ויפנו ברוח אחרת לצר
ימינם באוטרונטו והים טראנטינו
ולסבוב את האישאליאה ויכנסו בים
האמצעי באורך הקאבריאה ויניחו
ליצי ומונטאלטו בישרה לימינם
תמיד ופניהם אל המערב ערה
ויכנסו במיצר מיסינא אשר היא בא-
שיציליאה בין מיסינא לריו דקאל-
אבריאה קרוב לשמנה מילין המיצר
בישרה היא באיטליא במלכות
נאפולי וילכו בערוגה הזאת בים
האמצעי תמיד קרוב לאלפים מילין

menſes 7. Et hoc quidem eſt fundamentum itineris convenientis & naturalis ſecundum inventionem locorum qui ibi neceſſario inveniendi [i. e. adeundi] ſunt. Et, quamvis poſſibile ſit ut attingant alia loca propter merces ſuas, aut propter cauſam mutationis ventorum qui aliquando cogant eos huc illuc ire & vagari, [8] nihilominus hæc eſſet via per quam incedere deberent: ita enim decrevit natura neceſſitate locorum in Continente ſitorum, prout illi neceſſe habent per ea tranſire per mare. Hoc eſt, à Venetiis elevant vela ad ventos verſus Orientem, per viam Dalmatiæ & Macedoniæ, (quæ eſt Sclavonia & Albania,) donec egredientes è mari Adriatico (quod eſt mare Venetum,) tendant per alium ventum ad latus dextrum ſuum per Otrantum & Mare Tarentinum, & circumeundo Italiam intrent in mare Mediterraneum per longitudinem Calabriæ, & relinquant [9] Lecci & Montalto per Continentem ad dextram ſuam ſemper, dum eorum facies nunc ſint ad Occidentem ; & tandem ingrediantur per Fretum Meſſinæ (quæ eſt in inſula Sicilia,) inter Meſſinam & Rio de de Calabria, ferme per 8 milliaria. Hocce Fretum eſt ad Continentem in Italia in regno Neapolitano: & per hanc aream iri poſſit per mare Mediterraneum continuo, circiter 2000 milliaria, & ultra: hoc eſt, à Rhegio [10] ſu-

7 8 *menſes*] i. e. proſpero vento vix detinentur 8 menſes in eo itinere. Pro ſeqq. Hebr. Latina præcedunt.
8 *Nihilominus*] Abbreviate ממ pro מכל מקום *pro omni loco.*
9 *Lecci*] Sic vulgo dicitur *Aletium.*
10 *Supramemorato*] *Supradicto*, Hebraice exprimitur per Abbreviaturam נל, i. e. נאמר למעלה vel נזכר למעלה. ויותר

ויותר היינו מריגיאו הנל לסאלרנו
נאפולי נאיטא אוסטיא החוף רומי
פיומבינו וחוף סיינא לינורנו חוף
פיסא ואי קורסיקא בשמאלם בים
רחוק מהיבשה סארזאנא גינובא
סאונא מונינו ניצא דפרוינצא ואי
סארדינייא בשמאלם הים רחוק
מהיבשה מארסיליאה ונהר רודאנוס
היורד מליאון ואויניון מים מתים
כל ארצות ארגון פירפינייאן ואלנצא
בארצלונא ואיי מאיוריקא ומינוריקא
בשמאלם בים רחוקים מהיבשה
ער הגיעם לאנדאלוסיאה ומלכות
גראנאטא מאליקא היא רמון ספרד
אשר שם מיצר גיבילטאר וכנגדו
באפריקא ביבשה בצר שמאל
מאבריטאניאה ציסארי הפונה
במלכיות ההם מכל צר טאנייר
ארזילא פיס אורן אולם בהיות
הדוניאות במיצר גיבילטאר הזה הנז
וללכת פלאנדריס צריך שיפנו לצד
ימינם בדרך הצפון ובדרך היבשה
ולסבוב אותה בים כל מלכות
פורטוגאל ליסבונא ויסבבו כל
מלכות הבסקאי ער הגיעם בין אי
אנגליאה ליבשת פלאנדריס במיצר

pra memorato ad Salernam, Neapolim, Gaetam, Oſtiam Portum Romæ, Piombino, & Portum Sienæ, Ligornum Portum Piſæ, & inſulam Corſicam ad ſiniſtram ſuam procul à Continente, & Sarzanam, Genovam, Savonam, Monacum, Niceam de Provincia, & inſulam Sardiniam ad ſiniſtram ſuam per mare procul à Continente, Marſiliam, fluvium [11] Rhodanum decurrentem à Lugduno & Avenione, [12] Aquas mortuas, totam terram Aragoniæ, Perpynian, Valentiam, Barcelonam, inſulam Majorcam & Minorcam ad ſiniſtram ſuam per mare procul à Continente; donec tantem perveniant in [13] Andaluſiam, & regnum Granatæ & Malagam: ea eſt Granata Hiſpaniæ quæ ibi eſt ad Fretum Gibeltar. Et è regione illius in Africâ in Continente ad latus ſiniſtram, eſt Mauritania Cæſarea, quæ tendit ad illa regna ex omni latere, viz. Tanger, Arzilla, Feſs, Oran, &c. Veruntamen cum Galeræ ſint in dicto Freto Gibeltar, ad eundum in Flandriam, neceſſe eſt ut tendant ad dextram ſuam per viam Septentrionis & per viam Continentis quem per mare circumire debent, viz. totum regnum Portugalliæ, & Lisbonam: circumeundum quoque eſt totum regnum Biſcaiæ, uſque dum perveniatur inter inſulam Angliam & Continentem Flandriæ per Fretum anguſtum, & per

11 *Rhodanum*] Vernacule Gallis *le Roſne*, Italis *il Rodano*.

12 *Aquas mortuas*] Vernacule *Aigues mortes*, urbs maritima *Occitaniæ* ſeu *Langue d'Oc*.

13 *Andaluſia*] Arabibus Mauris أندلس *Andalus*, i. e. Hiſpania Bætica, q. d. *Vandalus*; quippe quam aliquando occuparunt Vandali.

צר וכל הגלילות ההמה ויש שם
מיצר ים צר מאוד בין אי אנגליאה
ליבשת פלאנדריס לממשלת מלך
צרפת בקצה מקומות האי הזאת
כמעט קרוב ליבשה לעשרת מילין
ומעט מזה וסמוך לאי אנגליאה
הזאת נרבק כמעט אחת אי סקוציאה
רק שיש סעיף מים מפסיק ביניהם
ואי איבירניאה למעלה בים בצפון
סמוכה להם ווהו שיעור המהלך
הנז באמת לפי מציאות הישוב
במקומות האלו כאשר המה אולם
נשיבת הרוחות בחלופם לפעמים
שלא כסדרן עם רצון הסוחרים
יושבי הספינות והדוניאות או
מבריחת הלסטים השובים בים

omnes regiones iſtas. Eſt enim ibi [14] Fretum maris valde anguſtum inter Inſulam Angliam & Continentem Flandriæ, ſub domino regis Galliæ. In quibuſdam locis iſta inſula eſt prope Continentem intra 10 milliaria aut paulo plus. Et prope iſtam inſulam Angliam, cohæret quaſi cum ea inſula Scotia, niſi quod parvus maris ramus diſcriminet inter eas. Et inſula Hibernia eſt ſupra mare [15] verſus Septentrionem prope illas. Et hæc quidem eſt æſtimatio [i. e. deſcriptio] itineris prædicti revera prout inveniuntur habitationes in iſtis locis ubi ſunt Sed aliquando velpropter flatus ventorum per mutationem ſuam extraordinariam, vel propter voluntatem Mercatorum in [16] navibus aut Galeris ſedentium, vel tandem propter fugam Pyratarum

14. *Fretum anguſtum*] Anglice *the narrow Seas*, inter Angliam & Flandriam ſub dominio Regis Galliæ, ut ipſe videtur de ſuo tempore affirmare; quod tamen verius dixiſſet de Rege Hiſpaniæ Flandriæ domino.

15 *Verſus Septentrionem*] Debuerat potius dixiſſe *verſus Occaſum*.

16 *Navibus aut Galeris*] Nempe *Naves* ſunt Onerariæ mercatoriæ, *Galera* autem ſunt Bellicæ. Videtur דוניא *Dûghia*, nomine tenus, idem eſſe cum דוגית *Dûghith*, quamvis aliqui ponant differentiam. Hoc, nempe poſterius, exponitur *Navicula piſcatoria*, & *Scapha* ad majorem navem pertinens. Hebræorum enim Juriſperiti dicunt, *Qui emit navim, emit ſimul* דוגית *Scapham, & omnia alia pertinentia*. At R. Benj. p. 9, plane pro *Galera* accipit, plurali forma adhibens, דוגיות הנקראות גלירא״ש *Dûghioth quæ vocantur Galera*. Et ſic דוגיא *Dûghia*, (cujus plur. *Cap.* XIV, דוגיאות *Galeræ*,) ut exponit R. Elias in ſuo *Tiſhbi*, *eſt navis magna multis remis in utroque latere inſtructa*: eſt nempe talis quæ olim *Triremis*, hodie *Galea* ſeu *Galera* dicitur; quæ ſtructura ac uſu tam ab aliis navibus bellicis quam à سفن كبار *navibus onerariis* diſtinguitur. Heicque præmittam, quod de Galeris Anglicanis, ſi ita vocari poſſunt, non loquor nec locuturus ſum; uti nec de antiquorum *Triremibus*, de quibus Tractatum edidit Iſ. Voſſius.

Galera autem Turcica & Veneta (non item Anglica) acutum & longe protenſum habet Roſtrum ligneum: velis utitur triquetris; & non, niſi procellâ exortâ, quadratis: margines ſunt lati decliviuſcule promiſſi, in quibus erecti ſtant Pali ferrei à quibus dependent Scalmi cum Remis: & ſupra margines utrinque ſunt 4 aut 5 صغادر *Suffa* ſeu *Tabulata* parva ſex pedes quadra, pro ſtationibus militum pugnantium. Proram & Carinam (ad velocius ſulcandum mare) habet acutiorem, ideoque etiam ventrem anguſtiorem: Mala duo, Cataſtroma unicum. E contra vero, navis oneraria Roſtrum habet obtuſum, ſuperne aduncum; ventrem ad recipiendas merces capaciorem; Mala & Cataſtromata plura; Vela quadrata. Reliquas differentias perſequi ſupervacaneum eſſet. *Galera* (quæ ex dicta ſtructura eſt Navi multo velocior,) ab Arabibus tam Aſiaticis quam Africanis vocatur غراب *Ghorâb*, i. e. *Corvus*, quaſi picea nigredine, roſtro extenſo, & Velis Remiſque ficut Alis volans *Galera*: unde & Vlacho Græce

Græce dicitur Μίλαυρα. Ornatus vero cauſa, Pici aliquando ſuperinduci ſolet ruber aut viridis color, ab ornatum quærentibus. Turcis *Galea* audit قدرغه *Kadirgha*, unde linguæ Græcæ modernæ adſcitum Καντέργα eadem ſignificatione. Aliàs à Turcis nominari ſolet *Cieſtirme*, ſeu چكدرمه كمي *Tchecdurme ghemi*, id eſt, *Tractoria navis*, ſeu *Actuaria navis*, quæ Remis trahitur agiturve; Turcis quidem de ſolâ navi bellica dictum, ſed eadem ſignificatione quâ ἑλκὰς ſeu ἑλκηδίαι Græcis erat, Cymbis tracta navis oneraria. Apud Dom. Germanum, Arabicum شختور *Shectur* videtur corruptum ex چكدر *tchectur*, cum Arabes literam چ ſonare non poſſint. Sed apud eum vocis uſus aliquantulum diverſus; cum ipſe exponat شختور *Barca* ſeu *Burchio*; quæ tamen Remis agitur. Imperatoris Turcici *Galeræ* accommodato peculiari nomine vocantur چقالدر *Jacâl*, quo alias *Hylax* notiſſimum animal vulpi ſimile primario notatur. Alias, *Galea* in genere Turcice dicuntur جراقله كميلر *Armata* ſeu *inſtructæ naves*: & talium Claſſis, eſt طونمه *Dunanma*, id eſt, *Armata*, ſeu دكز طونمه سي *Maris Armata*.

Quod autem ad *trahendi* notionem attinet, *Remis agere* apud Turcas dici ſolet كورك چكمك *Remos trahere*; & tranſitive چكدرمك eſt *facere ut trahat* ſeu *ut trahatur*, quod à toto Remigio ſeu Remigum طايفه *Caterva* fit cum اهماله *Celeuſmate* برابر انشاء *Si vult* Deus *æqualiter* agamus; una cum horrida catenarum concuſſione auditu ingrata: quæ Turcica recito, quia Veneti etiam Turcas, ut Turcæ Chriſtianos, ad Remos cogunt & catenis onerant. Remigum Dux ſeu anterior, qui Venetis *Spalliero*, Turcis باش حملهجي πρωτοκόπης ſeu *Impoſitor primus*, eſt Puppi proximus, qui novo quovis repetito Remorum impetu, reliquos omnes dicto Celeuſmate præit, ducit, excitatque. A *trahendi* itaque ſignificatione, Galeræ impoſitum nomen *Cieſtirme*, quod ex Grammaticali ſignificatione poſſet omnibus Galearum generibus competere, utpote quæ Remis trahantur: id quod tamen recepto uſu communi & generaliori, ſolas *Galeras Triremiges* notare ſolet.

Mauri Galeras proprie dictas non habent, exceptis parvis *Brigantinis*, quas propter remigium & ſtructuram, Galerarum generi adnumero. Utcunque tamen apud alias gentes videntes Galeras, earum nomen agnoſcunt, ſuâ linguâ vocantes طريده *Tarida* ſeu *Tareda*, id eſt, *acta compulſa*, & *propulſata* navis, ſc. *Galea*; quo etiam nomine Arabico abſolute poſito, *Galeazza* aliquando vocari ſolet. Maurorum autem Naves bellicæ in genere, plerumque linguâ Francâ vocantur قورصاني *Corſani*, ſc. *Corſali*, *les Corſairs*.

Navium vero Bellicarum (quæ ſolæ remis aguntur,) genera, ex Remigum ſingulis Remis incumbentium numero diſtinguenda eſſe videntur. Nam ut ordine incipiam à minoribus, *Bergantina* (vulgo *Brigantina*) talis eſt ubi ſingulis Remis unus tantum homo allaborat. Hæc Turcice vocatur Italico nomine Turcicis literis ſcripto فرغاطه *Firgata* ſeu فرغته *Furgata*, ſive فرقته *Fiſcata*, quæ omnia ſunt *Fregata*, ſeu *Barca armata*, quæ aliàs quoque dicitur فوسته *Fuſta*. In MS Lex. Ital. Turc. in Arch. Seld. *Brigantina* minus rectè vocatur *Kara Murſal*, id eſt, *Nigra emiſſaria*, ſeu قره مرسل سفينه سي *Kara Murſel ſephina-ſi*, id eſt, *Nigra emiſſaria navis*. Sed revera *Kara Murſel* non eſt ex *Galearum* ſpeciebus, nec Remis agitur, ſed ſolis velis promovetur: eſtque Navis cujus Prora ac Puppis ſunt elevatiora quam media pars, contra quam fit in *Galeis*. Eſt autem *Brigantina*, (Galeræ ſpecies minima,) ea quæ Mauris dicitur جفن *Gjefen*, & قليثي *Saliſi*; vel ثلثي *Salſi*; quæ quidem Nomina à Pedro de Alcala Hiſpanice exponuntur *Galeota pequenna*, & *Frigata*. Anglis dicitur *Galey-foiſt*, & *Pinnace*, ſeu *Frigat*: quorum ultimum eſt generale, uti nomen *Galea*, pluribus ſpecibus competens.

Quando vero intelligitur *Galea* ſpecies aliquanto major quam *Brigantina*, tum ea talis eſt ubi duo homines unicuique Remo aſſignantur. Hæc Mauris dicitur طريده من جنسين *Tarida min gin-*

ſein, id eſt, *Galea de dos ordines*, ut exponit Pedro de Alcala. Et, vel huic vel ſequenti ſpeciei accenſendus eſt Perſicus دوئی *Phaſelus*, a *Tacit.*

Si autem ſit ſpecies adhuc major, tum nuncupatur *Ciectirmo* ſeu *Galea* abſolute & ſimpliciter dicta, nempe *Triremex*, ubi tres homines ſingulis Remis incumbunt. Hæc Mauris طريدة من ثلاثة اجناس *Tarida min ſalaſa agjnâs*, id eſt, *Galea de tres ordines*, ut habet ſupra dictus Pedro de Alcala. Nempe ad ſingulos Remos bini, trini, aut quadrini homines, faciunt duplices, triplices, aut quadruplices ordines; non quidem ſitu inferiores aut ſuperiores, ſed cœquales in eodem ſcamno eodemque navis latere ſedentes: nam Remorum ordo, ſimplex; Remigum vero (pro Galeræ magnitudine & Navarchæ lubitu) duplex, triplex, aut quadruplex eſſet poſſit.

Si ſit earum quæ Remis aguntur *Galera* maxima, tum vocatur *Galeazza* ſeu *Galea groſſa*, ubi ſunt 5 aut 6 homines uni Remo; nempe quintuplex aut ſextuplex hominum ordo, ſemper vero remorum ordo ſimplex. Hæc Turcice vocatur ماعون *Maûn*, ſeu ماعنة *Mauné*, Mauris طريدة *Tarida* ſeu *Treda* ſimpliciter. Et quamvis *Galeazza* ſit bellica, eſt tamen formâ navis onerariæ. Galeazzis vero peculiare eſt, in ſummis marginibus habere چتال لر *Furcas*, ſc. compagines ligneas furciformes, in quibus ſuos *Petrieros* (ſeu Bombardas mortarias ad jacienda ſaxa & Bombas) collocant. Et in Galeazzarum prora, eſt una quædam magna machina ſeu Compages lignea verſatilis, Italis dicta *Carreto* ſeu *Carreta*, quæ unico ſubdito Pedamento ſive Trabe verſatili, circumvolvi & quaquaverſus dirigi & verſari queat; quæ merito appelletur طوب دندرجي عربة *Bombardi-verſorium Carretum*, vel ſi volumus Anglice loqui, *a turn-gun carriage*. Hæc autem lignea Compages talis eſt, quæ duas Bombardas oblique (divaricato ad modum furcæ ſitu) capere poſſit, hoc modo: viz. in eadem Compagine ſeu Carreta duæ collocantur Bombardæ ad furcæ ritum à ſeinvicem deductis roſtris; eo ſc. obliquo dextrorſum & ſiniſtrorſum ſitu, ut unius ad metam directæ exploſio, alteram (refiliendo) ab obliquiore ſitu mox in rectum vindicet retrahatque, & pariter in directum educat, ut in hoſtes explodatur; ipſa vero exploſa prius Bombarda ſeipſam proprio reſultu (*recoil* vocamus) intra Galeazzæ marginem retrudat reducatque, ut hac ratione à nautis commodius tractari & rurſus onerari poſſit. Et deinde viciſſim alterius dicta ratione in rectum deductæ exploſio, dictam illam Bombardam priorem eodem modo in directum contra hoſtes educit. Et ſic viceverſa in perpetuum.

Habemus in Bibliothecâ publicâ Oxonienſi in Libro de Habitu Turcarum, *Galeam* ſeptiremigem Conſtantinopoli affabre depictam, (perperam ibi dictam *Kattiga*, pro *Katirga* ſeu *Kadirga*,) quæ quondam ad *Ochaly Baſhâ* pertinebat. Heic in utroque latere ſunt 36 Remi; & quidem ſimplex Remorum, ſed ſeptuplex Remigum ordo viſitur, viz. ſingulis Remis affiguntur 7 homines laxiuſcule catenis alligati: & horum utrumque, ſc. tam Remorum quam Remigum numerus, extraordinarium eſt rarius viſum. Sed in quavis Galea, Remigum numerus pro libitu augeri poteſt, ſi modo Galeæ capacitas id permittat, & Remis affigantur plures Anſæ Laqueive quas teneant trahantque homines plures. Adeo ut hac ratione, ex eadem Galea *Triremigi*, fiat *Quadriremex*, *Quinqueremex*, aut quævis alia.

Galearum autem conſtructio & conſtructarum ſecuritas (ſummiſſis Malis) eſſe ſolet in ترسخانة *Terſ-chana*, vel contractius & minus orthographice, ترسانة *Terſana* ſeu *Tarſana*, quæ ex pluribus Arcubus lapideis aut latericiis conſtat, & Venetiis vulgo audit *l' Arſenàl*, quod videtur factum ex præcedente nomine Turcico addendo *l* fini, uti pro سراى *Serâi*, Itali dicunt *Serail* & *Seraglio*. Ea autem quæ viſitur Conſtantinopoli, (ne fallantur aliqui,) in Auſtrali Galatæ extremitate verſus Urbem ſita eſt; & omnino differt à طوب خانة *Tôp-chana* ſeu *Caſa dell' Artiglieria*, ubi ex metallo funduntur Bombardæ, ferè in Septentrionali Galatæ extremitate verſus يكي حصارلر *Nova Caſtella* & Mare nigrum ſita. Sed *l' Arſenàl* alias vocatur جبخانة & زرد خانة *loricarum domus*, (ſynecdochicè pro omni Armorum genere,) à جبة *Gjebe*, & زرد *Zered*, quorum utrumque ſignificat *Loricam* ex Annulis ferreis contextam, quod ejuſmodi *Lorica* ibi ſerventur, de quibus agit Calcashendi tom. 2, p. 231 & 266. Ille enim locus, eſt tam *Navale* quam *Armamentarium*: unde etiam alias vocatur سلاح خانة *Silâh-chanà*, id eſt, *Armorum* ſeu *Armaturæ domus*, & خزانة السلاح *Repoſitorium armorum*; cum omnis generis Bombardæ, Sclopi, Tela & Arma bellica ibi ſervari & reponi ſoleant. Magis autem commune & uſitatum nomen eſt *Terſ-chanà* ſeu contractius *Terſanà*, quo ſignificatur *Domus ſexaria*,

roris, talis ſcil. terroris quem tanta Navium bellicarum Claſſis tantuſque Armorum Apparatus, (quæ ibi ſervantur,) omnibus merito incutere poſſit.

Sed in nominis *Arſenàl* deductione à *Terſana*, ſcrupulum mihi injicit Arſenalis Venetæ antiquitas: dicitur enim eſſe ex antiquioribus Venetiarum ædificiis, forte ante 600 aut plures annos extructa; nempe longe antequam Turcæ vicinas illi urbi partes occuparent, aut nominis occaſionem darent. Adeo ut, ſi eodem ſemper gaudebat nomine, tum id neceſſario ante Turcarum in Europam adventum impoſitum fuerit; atque ita id non à Turcico nomine factum, ſed potius hoc ex illo. Cum autem dictum nomen Turcicum ſit ſignificativum, & Venetum non item, impoſſibile eſt ut illud ex hoc ortum & depravatum fuerit; cujus autem contrarium potius ſit verum, nempe Venetum ex Turcico potius derivatum eſſe. Videtur itaque apud eos ab initio non ſemper habuiſſe idem nomen, ſed Venetos potius *Arſenalem* olim vocâſſe prius *Navale*; & deinde poſtea *l' Arſenàl*, mutuato à Turcis nomine, nuncuparunt. Et hoc ſatis probabile, cum Venetorum *Degàza* (*the Cuſtome-houſe*) pariter antiqua, ſepoſito vetere nomine Italico, vocetur دكان *Duèàn*, accepto nomine à Turcis, quibus etiam alias dicitur كمرك دكانى *Ghiumruk Duèâni* id eſt, *Vectigalium officina*.

Superius dictum eſt de Navibus Bellicis, (Heb. משוטים *Maſhòtim* ſeu אניות שיט *Oniyath Shait*,) quæ *Remis* agantur omnes; contra quam ſit in Onerariis, excepta لوندرة *Londra*, quæ Remis agitur, quamvis oneraria longa aliquam magnam *Galeam* mole æquans. Jam autem relictis Bellicis exteris, priuſquam manum de tabula tollam, leviter tangam naves Onerarias exteras; quarum itaque maxima eſt Navis Hiſpanica dicta *Galeona*, Arabice بيونى *Bayòni*, an à loco ubi primo conſtructa, vel à بيون *Bayòn*, id eſt, *ampla*, non determino. Ex reliquis Navibus Turcicis, eſt سيق *Saic*, quæ Mercatoria lata & aliquam magna, forte 300 aut 400 Tonnarum, hominibus tranſvehendis apta. Deinde tale quid eſt ماوصة quæ eſt (ut Italice deſcribitur) *Barca grande da portar mercantie*: & بورطون *Bortun*, quæ eſt navis ſubrotunda & lata. Minores Naviculæ ſunt الشاهقة, & البضعة, & الصلعة, & الشختور ſeu الشخطور de qua ſupra. Et deinde *Cymba*, ſunt صندل *Sandal*, & صندلجق *Sandaljùc*, & قايق *Kaic*, & بارجة *Bàrtebe*, & پرمة *Peremì*, & جرمة *Gjermì*, & جنبر *Tchembir*, & جنبكي *Tchembeki*, & زورق *Zavràk*, & سنبوق *Sumbùk*, & جرديمك *Tchernik* ſeu μονόξυλον, & كچه‌رك كمي *Portatoria* ſeu *tranſitoria navicula*, quæ ad Porthmum ſtare ſolet, Arabice dicta مرتكب *Mertikàb*: Scapha vero quæ majori navi inſervit, Arabice eſt قارب *Kàrib*, q. d. *propinqua*, quippe quæ ſemper in promptu, alias dicta برشة الفلك *Barca τῆς navis*. Lingua autem Græcâ vulgari *Καραβία* eſt *Navis* in genere, ut Arab. فلك *Fulk*, & مركب *Merkab*, & سفينة *Sephina*, & Perſ. كشتي *Keſhni*, & Ture. كمي *Ghemi*. In Libro *Pherh. Gihànghiri*, زنبري *Zemberi* exponitur كشتي بزرك *navis magna*.

יכריחו בעלי הספינות לשנות סדור
המהלך הזה ולבחור להגיע במקומות
אחרים אמנם כלם יחויבו לעבור
במשך הסדור הזה הנזכר וקרוב אליו
במציאות המקומות חנוכ ולא יחטאו
אם לא יעברו מעבר חים לעבור

qui per mare captivos ducere ſolent, navium Magiſtri neceſſe habent hujus intineris ordinem mutare, & eligere ut per alia loca [ad metam ſuam] perveniant. Verum omnes illi per hujus ordinis prædicti tractum, vel prope ad illum, tranſire debent, prout loca prædicta occurrunt; & non errabunt. Si vero non, tum poterunt tranſire per alteram partem maris

דרך יבשת אפריקא במלכות טונים אשר היא אחורי שיציליאה ברומו וכל שפרט ים חכרבאריאה החיצ ער חגיעם גב במיצר גיבילטאר הנו כי שם מעבר כל סובב יבשת ללכת לים אוקיאנוס ואין אחר זולתו כמו שנראה ומבואר ליודעי ספר מהלכי עולם ומלחים ומשם יסובבו בלכתם לצד צפון למצוא אי אנגליאה ופלאנדרים ביבשת כאמור לעיל

per viam Continentis Africæ, per regnum Tunetum quod eſt pone Siciliam ad auſtrum ipſius, & per totam illius maris Barbarici oram, donec hoc modo perveniant ad prædictum Fretum Gibeltâr. Nam ibi eſt Trajectus pro omnibus per Continentem circumeuntibus, ut eant ad mare Oceanum: nec eſt alius præter eum, uti perſpectum & perſpicuum eſt illis qui Mundum perambulantium & nautarum Libros ſciunt. Et inde in itinere ſuo circumire poterunt verſus Septentrionem ad inveniendum Inſulam Angliam, & Flandriam per Continentem, uti dictum eſt ſupra.

פרק י"ג נזכיר בו מהלך אופירה מדברי הנביאים לאחור היבשה דרך ים סוף לאחורי כוש הנקראת אפריקא השפלה הצריך לאגרת הזאת

CAP. XIII. *Capite decimotertio ex verbis prophetarum commemorabimus iter verſus Ophir per poſteriorem partem Continentis, per viam Maris Sûph ad poſteriora Cûſh quæ dicitur Africa inferior; quod neceſſarium erat exponere in Tractatu iſto.*

לויעים חן וכבוד בתורת האלהים לדעת לעות את יעף דבר במו שיתמהו היום האנשים השומעים שמע הגלילות החדשות האלה אשר נמצאו ונראה להם שהוא כמופלא ומופת נתחדש ביבשה זכפרט כי טולומיאו החוקר הגדול לא דבר מאומה מאלה ונסתמו מעיניו ויהי כמחריש כאשר כבר דברתי:

SCientibus gratiam & gloriam in Lege Dei, ut ſciant [1] tempeſtive annuntiare verbum deſiderio-defatigatis, de eo quod mirantur hodie homines audientes rumorem de Regionibus iſtis noviter repertis, & videtur eis acſi ſit res miranda & portentum quod de novo inventum eſt in Continente, præſertim quia Ptolemæus rerum ſcrutator maximus nihil locutus eſt de iſtis: occludebantur enim ab oculis ejus, & fuit tanquam is qui ſilet, uti jam monui.

1 *Laborem verbi defatigati*] Vel *rei defatigata*; intelligitur nempe id in quo laboraverunt & defuderunt multi, ſeu res de qua defatigati ſunt diſquirendo; ut hoc modo ei qui quærendo defatigatus eſt, ſatisfiat. Hæc enim eſt Quæſtio jam diu à multis ſolicitata & vexata, ſc. ubinam terrarum ſit Regio Ophir.

והאמת

והאמרת זה הוא כי אין כל חדש
תחת השמש כי מאז מקדם כאשר
החלו בני האדם לרוב כבר נתפשטו
ונתרבו לשבת ולהתישב בין בתוך
השבעה האיקלימים המפורסמים
אצלינו ובין למטה מהם בגלילות
דרום וגם להלאה ממשוה היום
באיים הגדולים אשר בתוך ים
הודו אי זאנזיבאר יאווא מאיור יאווא
מינור פיאוטם טקורא אנגמא
מאראגאזקר שהיא גדר באראריקו
שהם רחוקים מהיבשה מאד מאד
וגם מה שמצאו היבשה הגדולה
והנוראה בקצה הדרומי המערבי
סובבת והולכת ברדומו של אוקיאנוס
לא נודע ענינו לעולם כמעט גדולה
מן הישוב הזה איקלימים לנו וכלם
מלאים צאן אדם נשים וטף שחורים
גם אדומים ובהמה רבה וברבים
משונים וגדולים ונוראים ובזה
יתמהו השומעים ישימו יד על פה
מי שמע כזאת והיודע וחוקר דרכי
התורה ימצא מזה מה שכבר נתפשטו
האומות מבני קדם להלאה
מהגלילות הנעלמות היום להמונים
עם מה שהזכירה מבני ערן והפסוק
יורה עליהם באמרו בסנחריב בני

Sed verum eſt quod nihil ſit novum ſub Sole: nam olim ab antiquo cum filii hominum inciperent multiplicari, jam copioſiores facti diffundebant ſe ad habitandum & ſedem ſibi quærendum tam in medio 7 Climatum quæ hic deſcribuntur, quam infra ea in regionibus Auſtralibus, & quoque ultra Æquatorem diei, viz. in Inſulis majoribus quæ ſunt in medio maris Indici, quales ſunt inſula [2] Zanzibar, Java major, Java minor, [3] Piotam, Tacora, Angama, & Madagaſcar, quæ è regione [litoris] Barbarici: & hæc valde multum diſtant à Continente. Et quoq; quod in [Mundi] extremitate Auſtro-occidentali invenerunt Continentem magnum & tremendum, qui circuit & pergit per Auſtrum Oceani; cujus negotium non erat notum Mundo, ſed fere tantum quantum eſt Habitatio ſeptem Climatum: & tamen omnes iſtæ regiones plenæ ſunt Ovium, Virorum, Fœminarum, & Parvulorum, qui tam nigri quam rufi; præter multas beſtias, & alias res diverſas magnas & tremendas. De his mirantur Auditores, ponuntq; manum ſuper os dicendo, Quis audivit huic ſimile? Verum is qui cognoſcit & ſcrutatur vias Legis, de hoc reperiet, quod jam olim diffuſæ fuerint nationes à filiis Orientis uſq; ultra regiones hodie vulgo ignotas, una cum eo quod [Scriptura] meminit de filiis Eden: nam Textus de eis indicat, ubi de Sancheribo di-

2 *Zanzibar*] Eſt inſula prope littus Africanum ſeu Barbaricum.
3 *Piotam*] An legendum ſit *Piotam*, vel *Fiotam*, vel *Fiutam*; videant alii: nam in aliis quos vidi Libris, ejus mentio non fit.

ערן אשר בתלסר שהוא תחת
הודו העליונה ונם מה שהזכירו ספרי
הנביאים כי בצר השני מארץ כוש
התחתונה אמר וישמע על תרחקה
מלך כוש ועל כל אלה הנה שלמה
בן דור מלכנו מצא דרך לכל
המהלכים האלה בחכמתו ובמעלתו
לחרש אוניות הולכות אופירה לזהב
בחוף עציון גבר בים סוף בגבול
ארץ אדום אשר המקום הזה
עודנו היום בים סוף קרוב להר סיני
ומשם המבוא הגדול ללכת בארכו
של ים סוף נגד פני דרומו של עולם
ער דרך מלכות בארבאריקו מקום
ראש התחלת ים סוף מים הודו
באמצע היבשה סמוך מצרים הבא
באמצע היבשה ער סמוך למצרים
והר סיני ויש שם מקום ודרך לפנות
בסופו על ימין ועל שמאל לרצון
רוכבי הים על דבר הבשמים אם על
ימין להציע ער בארבאריקו ולסבוב

cit, *Filii Eden qui ſunt in Tellaſar*, quæ eſt ſub India ſuperiori; præter illud quod Libri Prophetarum de eo commemorarunt. De ſecundo latere terræ Cuſh dicitur, *Et audivit de Tirhaca rege Cuſh.* Et quoad hæc omnia, ecce Salomon filius Davidis regis noſtri per ſapientiam & excellentiã ſuã invenit viam ad omnia iſta itinera, ut ad eundum Ophiram pro auro inſtauraret naves in portu Eſiongeber in mari rubro in termino terræ Edom, qui locus uſque hodie eſt in mari Suph prope Montem Sinai: nam inde eſt introitus magnus ut per longitudinem maris rubri iret adverſus Mundi plagam Auſtralem, uſque ad viam regni Barbarici, viz. ad locum 4 Capitis ubi eſt initium Maris Rubri è Mari Indico per medium Continentis uſque prope Ægyptum; nam per viam Continentis intrat uſque prope Ægyptum & Montem Sinai. Et ibi [juxta dictum Caput] eſt locus & via in cujus fine tendant vel ad dextram vel ad ſiniſtram pro lubitu navigantium per mare propter negotium Aromatum. Si ad dextram, tum pertingendum eſt ad [Sinum] Barba-

4. *Capitis ubi initium Maris Rubri*] Nempe Mare Rubrum eſt Sinus Maris Indici, ideoque hujus Sinus initium eſt ex Mari Indico apud *Bâbo 'l Mandel.* Dictum autem Caput terræ ſeu Promontorium, eſt prope Inſulam *Socotram*, ubi optima *Aloes* naſcitur, quæ ideo vocatur *Socotrina.* Dicitur autem سقوطرى *Socôtra* ſeu (ut pronuntiant) *Scôtre* ſive *Scodire*, familiari apud vulgum Metatheſi pro *'Scoride*, mutilato & contracto nomine. Ptolemæo enim dicitur ἡ νῆσος Διοσκυρίδης, in qua etiam Διοσκυρίδα ἡ πόλις, quia ille forte ad Simplicia Medicamenta indagandum ibi aliquando vixerit. Is vero fuit origine Cilix, natus in عين زربة *Ain-zarbe*, unde dictus eſt (ut in meo Dioſcoride Arabico) العنزربي *Al Anzarbi*, unde Græce Ἀναζαρβεύς. Eſt autem *Ain-zarbe* hodie Ἄζαρος apud Hiſtoricos Byzantinos, idque (inquit Leunclavius) pro اق سراي *ac-ſarâi*, id eſt, *Album palatium.* Rectius Molino dicitur *Axſar*, id eſt, *âk-ſe-ebir*, ut ille ſuo modo legit, pro اق شهر *âk-ſhahr*, id eſt, *Alba urbs*, quæ itaque veteribus Græcis dicta Λευκόπολις, modernis Ἀκκερμάν, eodem ſignificatu. In Lexico Geographico male legitur *Axar* & *Aeſchecher* male, pro *âc-Shehr* ſeu *âc-Shahr.*

לקאוו

לקאוו די בונא ספידאנצא לסבוב
את כל ארץ כוש התחתונה כלה
בים אוקיאנוס ואם ער שמאל
לפנות ברך ים לאמיקא וים
קאליקוט וכל ארצות הודו ואיי הודו
בים הודו מוצא הפשוטים והבשמים

ricum, & deinde circumeundum eſt per Capo de bona ſperanza, ad ambiendum totam terram Cuſh inferioris per mare Oceanum. Si autem ad ſiniſtram, tum tendendum eſt per viam §Meccæ, & deinde maris Calecut, & omnes terras Indiæ, & Inſulas Indiæ in mari Indico, ubi eſt productio Simplicium & Aromatum omnium.

§ *Maris Mecca*] Mare Meccanum, eſt Mare Rubrum, cujus pars Ægypto proxima, Turcicè vocatur قلزم دكزي *Mare Clyſmatis*, & سوئيس دكزي *Mare Sueſianum* ſeu de *Sues*, ſive *Sueis*. *Mecca* autem Scriptoribus Italis dicitur *la Mecha*, Gallis *la Meque*; unde R. Benjamino למיקה, & noſtro למיק & למיקא. Heic nempe intelligi debet *Mecca* de qua agens R. Benj. p. 65, meminit תועים הבאים מארץ מרחוק ללכת למיקה בארץ אלימן *Erronum venientium à terra longinqua ad eundem ad Meccam in terra Alſaman*; non *Aliman* ut vertit D. l' Empereur. Eſt nempe in Arabia felici ea Mecca quæ è regione mediæ partis Maris Rubri ſita eſt inter *Taman* & *Higjaz*, (ita ut ad utram harum pertineat dubitetur,) ad quam quotannis inſtituuntur Mohammedanorum Peregrinationes Religioſæ. Noſter vero Peritſolius fœde errat in ſitu ubis Meccæ, eam collocans ad littus maris Indici, ut *Cap.* XXIII & XXIV: & *Cap.* XXVI, plane dicit eam eſſe in Regno *Aden*, quod eſt juxta باب المندب *Bâbo'l Mandab*, id. eſt, *Porta exitii*, propter frequentiora ibi naufragia; vulgo dicta *Bâbelmandel*. Turcis dicitur باب بوغازي *Fretum* τῆς *Bâb* ſeu *Portæ*. Eſt enim Maris Rubri Fretum anguſtum, viam ex Mari Indico in Rubrum aperiens, Græcis olim dictum Δειρὴ *cervix*, anguſta & oblonga: unde Inſulæ ei adjacentes στενὰι δείρεαι: & *Berenices* tertia juxta condita, dicitur Δείρεια & Ἐπιδείρεια, ad Æthiopicum latus ut dicit Stephanus. Sed quoad ſitum *Meccæ*, eandem puto apud noſtrum Authorem extitiſſe erroris cauſam, quæ etiam Globi maximi Editori Cæſio errandi in hac parte anſam dedit: nam in dicto Globo Cæſiano ponitur duplex *Mecca*, altera quidem rectiſſime inter *Taman* & *Higjâz*, altera vero perperam ſita eſt in regno *Aden* prædicto. Et ſane veriſimillimum eſt Relatorem aliquem Europæum tam Cæſium quam noſtrum Authorem ſefelliſſe, adeoque ambos ex eodem fonte ſuum errorem hauſiſſe. Namque (quod obſervatu utile) Globorum & Chartarum Editoribus familiare eſt eandem urbem locumve vario & diverſo ſitu exhibere, propter diverſitatem Relationum quas in re chorographica ſecuti ſunt ejuſmodi Editores; qui Relationum diverſitate diſtracti, & neſcientes utra earum ſit verior, locorum ſitum ſecundum utramque exhibent, judicium penes Lectorem relinquentes. Adeo ut quicunque hujus dictæ cautionis ignari, Globos & Chartas conſuluerint, in graves aliquando errores ruant neceſſe eſt. Exemplum eſto *Arzerûm* & *Erzerom*, (M. P. Veneto *Darzerim*, pro quo melius eſſet *d'Arzerim*,) quæ ſunt ارزن الروم *Arzerûm*, unum eundemque locum denotans, circa ſuperiores Armeniæ partes ubi Euphrates oritur. Eſt nempe *Arzen Græcorum*, ſeu ſub Græcorum ditione olim; ad diſtinctionem ab altera *Arzen*: & dicta iſta differentia ſpecificata, prohibet ne hoc nomen iſto modo diſtinctum, ad duo diverſa loca indiſtincte pertinere poſſit. Et pari errore (ad rem ulterius illuſtrandam) in eiſdem partibus ſitum ſæpius in Globis & Chartis occurrit *Bingiul*, Sanſonio male *Bigul*, de cujus (ut videtur) vero ſitu ignarus fuit Globi Editor: is itaque veri neſcius, uni eidemque loco varium ſitum pro Relationum diverſitate tribuere ſatius duxit, quam rem dubiam & ſibi ignotam determinare. Eo autem nomine proprie intelligitur tam ille locus ex quo Euphrates, tam alter longe diſtans ex quo Tigris ſcaturit: nam id nominis cuivis loco lacuſtri convenire poſſit, cum Turcice بين كول *Bin-giûl* ſignificet *mille lacus* aut *mille ſtagna*, quaſi talem locum Χιλιολίμνιον diceres. Vulgus dicit & ſcribit من كول *min-giul*. Et in dicto Globo magno, plura hujuſmodi exempla videas in Arabia & alibi. Nec quidem Ptolemæus à ſupradicto vitio liber eſt: ipſe enim ex variis Authoribus ſua corradens, & ſecundum variorum Relationes ſcribens, (ut & Geographi omnes, cum eorum nullus omnia propriis oculis luſtraverit,) *Mariabam* & *Sabam* in Arabia, facit diverſas urbes; cum ex Abulpheda eis nominibus una eademq; urbs notari conſtet. Et cum his, eadem eſſe videtur tertia apud eum urbs dicta Σαυὰ βασίλειον.

De *Mecca* (quæ à *Medinâ* diſtat 270 milliaribus p. m.) videri poſſint Doctiſſimi Pocockii Notæ ad Specimen Hiſtoriæ Arabum, & L. de Barthema.

בלם

כלם והדרך הזה נתפרסם בתורה
והלכו בה מלכי ישראל וגם בימי
יהושפט גם כי נשברו האוניות
בעציון גבר מם נודע ענינו מהמהלך
הזה בתורתנו ואחת לשלש שנים
היו שבות הספינות נושאות כל
טוב ובכל הגלילות האלה נתגלה
הדבר למלך פורטוגאל ומלך ספרד
לסבוב שמה בכל אלה ולעבור
האיים הפורטנאטי ולהניחם בדרומי
מערבי ולשוט בדרך הישר קאוו
קאנטין וקאוו ביאנקו וקאוו וירדי
ונהרי סינגא והפרומונטוריאו הגדול
ההוא הנזכר אשר נתגלה ונתפרסם
היום בסוף חיבשה הדרומית
מערבית לפנות באורך כוש בים
וללכת דרך המזרח בדרומה של
יבשה דרך קאוו די בונא ספיראנצה
הנז׳:

אמנם המיצר אשר בגיבילטאר בין
רמון ספרד למאברישניא בסוף כוש
אשר בסוף האפריקא היא איטיאופי
דרומית המיצר הימי הזה הוא
המבוא הגדול לצאת מים האמצעי
המיריטיראניאו וללכת בכל המחל-
כים האלה כי קשר כל הימים
אשר בכל הגלילות שמה יחברו
ויתקשרו יחדיו עם האוקיאנוס דרך
מיצר גיבילטאר כאשר אמרתי פעמים

Dicta via nota facta eſt in Lege, quippe per quam iverunt reges Iſraelis, ut etiam in diebus Jehoſhaphat; quamvis fractæ fuerint naves in Eſion-geber. Nihilominus tamen notum erat negotium hujus itineris in Lege noſtra, & ſemel in tribus annis fuerunt reditus navium portantium omne bonum. In omnibus iſtis regionibus res diſcooperta fuit regi Portugalliæ & regi Hiſpaniæ, ut illac circuirent per iſta omnia, & tranſirent per Inſulas Fortunatas relinquendo eas ad Auſtro-Occidentem, & ut navigarent per viam Continentis Capo Cantin, & Capo Bianco, & Capo Verde, & Fluvios Senegæ, & prædictum illud Promontorium magnum quod diſcoopertum & deſcriptum eſt hodie in extremitate Continentis Auſtro-Occidentalis, & ad tendendum per longitudinem Cuſh per mare, & ad eundum per viam Orientalem ad Auſtrum Continentis per viam Capitis bonæ ſpei prædicti.

Verum quoad Fretum quod eſt apud Gibeltar inter Granatam Hiſpaniæ & Mauritaniam in extremitate Cuſh, (i.e. in extremitate Africæ ſeu Æthiopiæ Auſtralis,) Fretum inquam hocce maritimum eſt aditus magnus ad exeundum ex mari Medio ſeu Mediterraneo, & ad eundum per omnia iſta itinera: nam quoad connexionem omnium marium quæ in ſingulis regionibus, ibi inquam conjunguntur & connectuntur ſimul cum Oceano per viam Freti Gibeltâr, prout multoties dixi, nec eſt ullus alius

רבות

רבות ואין מקום אחר זולתו מעבר שהכל תלוי בו

וידעת לך כי אופירה הזה הכתוב בתורה ובנביאים מצאוהו והלכו באיים ההם עם פורטוגאל ומצאו בו זהב לרוב וגרגירים גדולים זהב לאין חקר ובנו שם חזקה מגדול ועדין נקרא שמו אופירה וכן תמצאה כתוב בספר עולם חדש ספר רביעי קאפיטולו צו מתחיל הקאפיטולו לו אדמיראנטי פריסי וזה הגליל בסמי- כות האיים: האמנם אופירה הכתוב בתורה היא ביבשה בארץ כוש התחתונה וזו נמצאת בין איי קאנאריאה לקאניבאלי ושם כתבו מה שמצאו שם החפירות הגדולות הקדומות המיוחסות לשלמה מלכנו ומשם נתעשר:

locus præter ipsum, qui sit Transitus à quo omnia pendent.

Scias autem tibi, quod quoad Ophiram istam in Lege scriptam & in Prophetis, populus Portugallensis invenerunt eam eundo per istas insulas: & in ea invenerunt aurum multum & margaritas magnas: aurum autem infinitum. Ibiq; extruxerunt Fortalitium & Turrim: & adhuc vocatur ejus nomen Ophira. Et sic reperies scriptum in Libro de [6] Mundo novo, libro quarto, cap. 96. Caput incipit, *Lo admirante prese*, &c. Et ista regio est confinis Insulis. Verum Ophira illa quæ in Lege scribitur, est in Continente [7] Cush inferioris: hæc autem reperitur inter Insulas [8] Canariæ & Canibales. Et ibi [in dicto Libro] scripserunt id quod reperierunt; sc. fossiones [seu foveas] maximas antiquissimas quæ Salomoni regi nostro attribuuntur, qui inde dives evasit.

6 *Mundo novo*] Plures sunt Libri istum præferentes Titulum: sed iste (quicunque sit) scriptus est ante ducentos annos.

7 *Continente Cush*] Intelligitur *Sophala*.

8 *Inter insulas Canaria & Canibales*] Intelligitur *Peru*, Heb. פרוים, Gr. Φαρυΐμ.

CAP. XIV. *Caput decimum quartum agit de re Judæorum ex 10 Tribubus; et de negotio ejus et itinere ejus qui venit à Deserto Chabor, secundum sententiam Historicorum; ipsius nempe qui fuit in Deserto Asiæ & Arabiæ felicis, & ad Ægyptum pervenit anno 283 sec. comp. min. & tandem venit ad Romam.*

IN majorem utilitatem hujus Tractatus quem ego [1] Abraham Peritsol composui, ut aliquid manifestarem iis qui non norunt itinera Mundi, [2] elegi scribere hoc Caput, cujus Polus versatur circa Itinera Judæi è 10 Tribubus, [3] aut qui fuerit ex Juda, [4] cujus nomen vocatum est David ben Shelomo, Princeps exercitus Israelis, qui venit, eumque in nostra regione vidimus, viz. in hac regione Italiæ; nempe quomodo venit à Deserto Chabor, juxta verba ejus & negotium ejus. Legentes in eo invenient requiem animabus suis, & heic quiescent defatigati desiderio: non enim errabo in narrationibus verborum meorum, secundū id quod scivi ex ore præstantissimorum, & vidi in scriptura virorum veritatis. Et, est qui novit veracitatem meam; nam ipse solus est veritas; quamvis & ego sim ex eis qui parum credant vanitatibus.

פרק יד' על דבר היהודי מעשרת שבטים ועליכו ומהלכו אשר בא ממדבר חבור לפי הסגירים ואשר בפוברות אשיאה וארביאורי פיליצי והגיע למצרים בשנת רפ"ג לפק ובא ברומי:

להועלת האגרת הואת

אשר חברתיה אני אברהם פריצול לגלות לבלתי יודעים ארחות עולם בחרתי לכתוב הפרק הזה יסובב קוטבו על מהלכי היהודי מהשבטים או שיהיה מיחודת נק' שמו חיד בן שלמה שר צבא ישראל אשר בא וראינוהו בגלילנו זה גליל איטאליאה איך בא ממדבר חבור לפי דבריו וענינו ימצאו הקוראים בו מרגוע לנפשותם פה ינוחו יגיעי חפץ כי לא אחטא בסיפור דברי כפי מה שידעתי מפי חשובים וראיתי במכתב אנשי אמת והיודע האמתי כי הוא לברו אמת אף כי מקטני אמנים בהבלים אני:

1 *Abr. Peritsol*] Codex Venetus legit *Abr. ben Peritsol.*

2 *Elegi*] i. e. proposui, constitui.

3 *De Tribubus*] Viz. de 10 Tribubus. D. Bartoloccius in citationibus suis ex hoc loco desumptis, pro שבטים *Shevatim* in plurali legit *Shevataim* in duali, vertitque *Duas Tribus*, male. Nam שבטים absolute positum, semper *tres* 10 *Tribus* notat.

4 *Aut qui fuerit ex Judâ*] Hæc additur conjectura; quasi forte illapsus sit inter 10 Tribus, cum originaliter ex Judâ fuerit: nam mox dicitur fuisse מכת שני שבטים *ictu duarum Tribuum.* Rabbi Ghedalia in Libro *Shalsheleth*, (ut mox distertius dicetur,) scribit eum Rubenitam seu de Tribe Ruben. Tantum in fabulosa historia dissident augatores!

ואת היא בשנת לפ"ק באלף
הששי שמועה שמענו מארץ הצבי
דרך הדוניאורת מויניציאה במכתב
עברי לאמור איך הגיע שמה יהודי
אחד מהשבטים מגיר חרשות בקרב
הארץ אין צורך כהגרות ההמה עד
אשר עבר הים בשנת לפ"ק והגיע
בויניציאה ועלה ברומי ומשם
נתאמת לידעים מהלכו ועניני וזה
כי היהודי הזה מכת שני השבטים
הוא לפי הנשמע מדבריו שאמר
שהוא מן העומדים מישבים
במדברות ההם בבני הרכבים
באהלים ומצבו במדבר חבור אשר
באשיאה מאיזי ולמטה מהם

Hæc eſt [narratio] ipſa. Anno 283 millenarii ſexti, rumorem audivimus è [5] Terra Decoris per viam Galerarum à Venetiis ſcriptura Hebraica, dicendo; Quomodo illuc appuliſſet ex decem Tribubus aliquis Judæus qui [6] annuntiavit nova in medio terræ. Non erat neceſſe ea proferre, donec anno 284 mare tranſierat, Venetias appulerat, & ad Romam aſcenderat, & exinde eſſet verificatus [ſeu juſtificatus] apud eos qui iter ejus & negotium ejus ſciebant. Et hoc eſt, illum Judæum eſſe ex cœtu duarum Tribuum, prout auditum eſt ex verbis ejus. Dixit enim ſeipſum eſſe ex ſtantibus inter eos qui in illis Deſertis habitant ad inſtar filiorum Rechab in tentoriis, ſuamque ſtationem eſſe in Deſerto Chabor quod eſt in Aſia

5 *Terra Decoris*] Vel *Terra Caprea*; eodem enim nomine dicitur *Capreæ*, quod ſit *decorum* animal. Hoc autem Epitheto *Terra Sancta* intelligitur, quaſi dicas, omnium terrarum maxime decora.

6 *Annuntiavit nova*] Iſtam ſequentem fabulam de Judæo quodam anno 1534 ex Arabia ad Summum Pontificem Clementem VII miſſo, acriter & quidem merito perſtringit D. Bartoloccius Bibl. Rabb. pag. 42. 43; ubi tamen hocce putidiſſimum mendacium ex alia quadam vera hiſtoria ortum agnoſcit, his verbis: Cæterum ad veritatem hiſtoriæ quod attinet, verum eſt quod Clemens VII A. D. 1533 Literas David Regis Æthiopiæ receperit, quibus Papæ obedientiam ſpoponderat, & quos Ex. Alvarez Joannis Portugalliæ Regis Orator Romam attulerat, cum aliis ejuſdem Regis Credentialibus Literis Sertuual datis Maii 1532; Summoque Pontifici conſignaverat, ut videre eſt apud Rob. Momachum & alios: ſed nihil de Hebræo Oratore in illis, neque alibi mentio reperitur. De hac Legatione, de Regno, hominibus, atque moribus Æthiopiæ populi, (qui Trogloditæ hodie eſſe putantur,) confer eundem Momachum; ubi hujuſcemodi Literæ ex Æthiopicâ in Luſitanam, indeque in Latinam Linguam traductæ fuerunt à P. Jovio pag. 123: & eædem Lat. lingua leguntur pag. 236 Baſileenſis editionis. Verſæ etiam in Italicam, & excuſæ fuerunt Bononiæ per Jac. Keymolen 1533, in 4to, cum hac Inſcriptione, *L' Ambaſciaria di David Re dell' Etiopia, &c.* Hæc audientes Hebræi, ----crediderunt David eſſe nomen Oratoris miſſi à Rege Æthiopiæ, ſeu à Regibus quibuſdam Iſraeliticis regnantibus in Indiæ partibus. Sic deceptus R. Ghedalia Aben Jachia qui tunc temporis vivebat, id ipſum credidit, & in Libro ſuo *Shalſheleth hakabbala* literis conſignavit, *fol.* 45, *b*, his verbis, רכן בשנת אלפים וכו Et ita in anno 5294 à Creatione Mundi (*hoc eſt a. D.* 1534,) qui fuit annus à vaſtatione Ædis ſecundæ 1466, è remotiſſima regione vir Judæus cui nomen erat Rabbi David Rubenita, Romam venit, locutus eſt cum Clemente Papâ, & invenit gratiam in oculis ejus. Aſſerebat ſe eſſe Principem exercitus Regis Iſraelis. Brevis ſtaturæ ac niger, ut Æthiops erat. Quadraginta quinque annorum ætatem præferebat habere. Ivit itaque ad Regem Portugalliæ, ſecum Interpretes adducens; quia loqui neſciebat niſi tantum Hebraica lingua & Arabica. Dixitque Regi, quomodo Reges Iſraelitici qui habitant ultra Chalach & Chabor & fluvium Gozan, miſerant illum, ut ei diceret an vellet jungere ſe cum illis contra inimicos eorum, atque eis Arietes cornupetentes, quos ad manum haberent, ſubminiſtrare, ad ſubjugandum illos. Reſponditque Rex, quod ita eſſet facturus. Iſte autem R. David ſtetit ibi diebus plurimis. Hactenus R. Gedalia.

ולהלאה תשלום עשרת השבטים
והם סמוך למרכבות ללכת לאמיקא
וגודא אשר על ים סוף ולהם
ולכלם יש מלכים ושרים ועמים
רבים כחול אשר על שפת הים
ומוצא הבשמים והפלפל והסמים
הפשוטים וכל טוב הנמצאת בירם
כאשר נכתוב עוד במקומו האמנם
בין שתי הכתות מהיהודים האלה
יש ביניהם מן הישמעאלים אומה
חזקה ותקיפה ועם מלכים רבים
להם יזיקו לכת מהיהודים האלה לא
יניחום לעבור ולהתקרב זה אל זה
לפי שבבר ימים רבים ושנים שהיו
מתרחבים ובאים להתקרב זה אל
זה ולא עלה בירם ובאשר נתגלה
שמה בגלילות ההם זה ימים רבים
ושנים ביאת הדוגיאות הנצריות
החזקות והתקיפות והרגישו ושמעו
וראו את כלי הקרב אשר בידי
הנוצרים מהמתכות החלולות לזרוק

majori: & 7 infra eos & ulterius, esse completionem Decem Tribuum, quæ sunt prope Deserta quibus itur ad 8 Meccam & Gjuddam quæ ad Mare rubrum. Illisque omnibus esse Reges & Principes & populos multos ad instar arenæ quæ in littore maris; & productionem Aromatum & Piperis & Medicinarum Simplicium, omniaque alia bona quæ in manu eorum reperiuntur, uti scripturi sumus in loco suo. Verum inter duas istas Judæorum Societates sunt quidam ex Ismaelitis, gente sc. forti & robusta: & cum Regibus multis qui sunt ipsis, istorum Judæorum Societati nocent, nec ipsis permittunt transire ut accedant hi ad illos: nam jam multis hisce diebus & annis expatiati sunt tentantes venire ut appropinquarent hi ad illos, sed non 9 ascendit in manum [seu potestatem] eorum. Quando autem in istis regionibus innotesceret de adventu navium Christianorum fortium & robustarum, & perciperent & audirent viderentque Instrumenta belli quæ in manibus Christianorum ex 10 metallis cavis ad projici-

7 *Infra eos--esse completionem*] Nempe istæ Tribus inferiores, una cum duabus prædictis, faciunt Decem. D. Bartoloccius in Bibliothecæ Rabbinicæ p. 122, hanc adducens Periocham, eandem negligenter vertit, male fido (ut videtur) Codice seductus: legit enim השלום *pax*, pro תשלום *completio*.

8 *Meccam & Gjuddam*] Heic est unicus tantum hujus Libri locus quo noster rectum situm tribuit *Meccæ* quam solenniter visitant religiosi Peregrinantes Mohammedani: Alias enim eam perperam collocat in regno *Aden* prope Mare Indicum, ut supra notatum. Heic autem rectè eam ponit juxta locum dictum גדה *Gjudda*, (vulgo *Gjidda*, & aliquando Nautis Europæis *Zitem* seu *Ziden*,) quæ est Urbs & Territorium maritimum prope Meccam, viz. ad oram Maris Meccani seu Rubri, quod in hoc loco Breviis & Scopulis frequens. Heic colligitur vectigal à religiosis Peregrinatoribus istac transeuntibus ex terris Occidentalioribus; qui hoc loco cum vento prospero solent mare trajicere cursu navali 24. horarum. Et quidem *Gjudda* circa 60 milliaribus à *Meccâ* distare dicitur. Circa hunc locum est Portus ad quem adpellunt nostræ naves Mercatoriæ, qui vocatur *Mucha*, unde ad nos adferuntur Calculi albi ejusdem nominis in formam Palarum cæsi, quibus innascuntur herbarum figuræ.

9 *Non ascendit*] i. e. non bene succedebat, vel non venit in potestatem manus eorum.

10 *Cavis metallis*] En descriptionem Bombardarum & Scloporum.

אבנים

אבנים בכח האש ולהשחית כל
ישוב ומצורה בחרו היהודים אשר
במרבר חבור לפי דבריו לשלוח
היהודי הזה למלך כל הנוצרים חנרול
עם סימנים מה בירולהאמין בדבריו
אשר נתאמתו ונתקיימו ממלך פור-
טוגאל הרוכב על הגלילות ההמרה
ההוריים היינו אינריאנו דרך אניה
בלב ים ויורע מציאות מלכות יהורים
שמה וכתב אל האפיפיור ירום הודו
שהיהודי הזה הנז׳ נאמן הוא ודבריו
נאמנים ומ׳מ ויהי מה שיהיו דבריו
נאמנים או לא די לנו היום בגלותנו
זה ובגלילותינו אשר נתאמת למלכים
ושרים וברבים וחוצות רומא
אשר עדין יש מציאות לשבטי
ישראל הרבים מאוד ומלכים רבים
להם והיהודי אשר בא יהיה מרה
שיהיה:

ובהיות אמת מציאות היהורים
ומלכיהם יתכן לומר שבא היהודי
הזה בדרך הזה באופן הזה ממרבר
חבור דרך מעבר הקאראבאני כי
כן המנהג וכן נכתב ונשמע עליו
מפיו ועבר בקושב אראביאה פיליצי
והגיע לים סוף וירד מצרימה ויעל

endum lapides per vim ignis, & ad perdendum quamvis Habitationem & Munimentum; Judæi qui in Deſerto Chabor eligerunt [ſeu decreverunt] ([11] ſecundum verba ejus) iſtum Judæum ad Chriſtianorum Regem omnium maximum mittere cum Signis [ſeu Credentialibus] quæ in manu ejus, ut fidem adhiberet verbis ipſius; quæ etiam verificata & confirmata fuerunt à Rege Portugalliæ qui navigavit ad iſtas regiones Hodiim ſeu Indicas per naves in corde maris, & inventionem regni Judæorum ibidem novit. Scripſitque ad [12] Papam (cujus exaltetur gloria,) quod prædictus iſte Judæus eſſet fidelis, & verba ejus vera. Nihilominus ſint verba ejus vera ſive non, hodie in hac noſtra Captivitate & [13] Regionibus noſtris ſufficit nobis, verificatum fuiſſe apud Reges & Principes & coram multis in plateis Romæ, quod adhuc ſit inventio [ſeu exiſtentia] Tribuum Iſraelis, & quod ſint valde numeroſi, habeantque Reges multos. Et quoad iſtum Judæum qui venit, ſit quiſquis ſit.

Cumque jam vera ſit inventio Judæorum & Regum eorum, poſſumus dicere, quod iſte Judæus venerit per hanc viam & hoc modo, viz. è Deſerto Chabor per viam tranſitus Caravanæ: nam ita mos eſt. Et ſic ſcriptum & auditum eſt de ipſo ex ore ipſius: quod nempe tranſiit per Polum Arabiæ felicis, & pervenit ad mare rubrum, & ſic deſcendit in Ægyptum,

11 *Sec. verba ejus*] i. e. prout ille nobis dedit tradiditque.

12 *Papa*] Papa Judæis vocatur *Apipior* ſeu *Epipior*, ex rudiori & corrupta pronuntiatione nata voce ; ſc. cum א proſthetico, & (ut videtur) ר paragogico abbr. pro רומא *Roma*.

13 *Regionibus noſtris*] ſcil. in quibus nos præcipue habitamus.

אחר זה בארץ הצבי והמתין שם
הרוניאות מויניציאה לעבור באיט-
אליא ויבא ער רומא וישב שם
ברומא כשמנה חדשים ער בוא
תשובת מלך פורטוגאל על אמיתות
דבריו ועניניו:

ואמרו המגידים וגם יהודים חשובים
אשר דברו אתו כי באמת שהיהודי
שאל עזר מהאפיפיור מלך הגויים
שינתנו לו כלי קרב ממתכות לזרוק
אבנים ואומנים טובים להביאם
אתו בארביאה פיליצי להשחית
שונאיהם הנז ושיתן הוא ביר האפ-
יפיור ומעלתו תועלה אחרות
לתועלת האפיפיור יה וזרך למשול
בקצת מקומות שמה בעלי אסופות
ובשמים וסמים פשוטים וזה
למען יתקבצו ויתאחדו היהודים
ההמה יחדיו לבא לעבור לנחול
ולכבוש את ארץ הצבי כי ירושת
עולם היא לישראל ואת כל אלה
ראו עיני בכתבי אמת ושמעו אזני

& poſtmodum aſcendit ad Terram Decoris, ibique expectavit naves à Venetiis ut tranſiret in Italiam, & ſic venit ad Romam: ibique in Roma habitavit circiter octo menſes, uſque dum veniret reſponſum Regis Portugalliæ de verificatione [ſc. ad juſtificationem] verborum ejus & negotii ejus.

Hiſtorici & melioris notæ Judæi qui cum ipſo locuti ſunt, affirmant iſtum Judæum revera auxilium petiiſſe à Papa Rege Gentilium, ut Inſtrumenta bellica ex metallo ipſi darentur ad projiciendum lapides, (& quoque boni Artifices,) ut illa in Arabiam felicem portarent ad perdendum inimicos ſuos prædictos; ipſumque viciſſim daturum in manum Papæ ejuſq;[14] promotionem alias utilitates in uſum dicti Papæ, (cujus exaltetur gloria,) & [aperturum] viam ad dominandum in partem locorum ubi ſunt [15] Authores Collectionum [ſc. divitiarum,] & Aromata, & Medicamenta ſimplicia. Et hoc totum factum eſt ut Judæi illi congregarentur & ſimul adunirentur, ut poſſent venire & pertranſire ad poſſidendum & ſubjugandum Terram Decoris; quia ipſa eſt æterna poſſeſſio Iſraelitis. Omnia hæc viderunt oculi mei

14 *Promotionem*] i. e. Profectus ejus & in altiorem dignitatem promotio.

15 *Authores Collectionum*] i. e. Collectores, Coacervatores, ſc. qui collegerunt divitias & merces copioſas omniſque generis res bonas. Sic nempe noſter hac phraſi tranſlate (ut ſolent) utitur, quæ tamen longe aliter *Eccleſ.* XII. 11, ſignificat *Clavos ferreos* majores longos quibus communiri ſolent Rotarum Canthi, & quibus geminati aſſeres conſtringuntur & combinantur, craſſiores Urbes aut majoris Domus Portas ſeu Duplices Fores fabrifaciendo. Ibi enim in dicto S. Scr. loco, Rex ſapientiſſimus deſiderat invenire Verba veritatis firma quibus tuto fidere poſſet, quæ ſint ſicut *Clavi infixi conſtrictores* ſeu *authores collectionum* ſeu *conſtrictionum*; qui nempe colligunt, i. e. conſtringunt & colligant duplices aſſeres, qui alias facilè deciderent & disjungerentur. In Anglicis Bibliis legitur, *As nailes faſtened by Maſters of Aſſemblies*, ſenſu plane nullo: quinam enim ſint *Cœtuum Magiſtri*, difficile eſt divinare; & quod ſicut Fabri ferrarii aut lignarii, illorum fuerit Clavos ferreos adigere & malleo infigere, creditu difficilius. Si meum eſſet, ego verterem *As nails fixed, which are Binders*, viz. *great binding nails* in margine addito.

מהאנשים

מהאנשים חשובים אנשי אמת
וה אלהים הוא האמת הנמור אשר
לא ישקר ולא יכזב ולא יבושו
כל החוסים בו והאמת מאליו
יצמח ויעשה דרכו:

והיום הזה במרחשון רפה שמענו
אומרים איך האפיפיור קלימנטו הזה
מלך הגויים דבר והסכים לפטר
ולשלחו בכבוד ובספינה רבה
מלאה כלי קרב ואומנים יהודים
ונוצרים דרך פורטוגאל ולסדר
עליו אל המלך למלאות עוד ברצונו
ולצוות לכל אומה נוצרית באשר
יעבור לכבדו ולעזרו ולמלאות חפצו
ברוש הנז וכל אלה כאשר יהיה
כן יקום:

רק אמרתי לכתוב הדרך אשר
יוכל ללכת בה בטוח לרעתו יותר
מדרך אחרת אם יצדקו המגידים
להוליכו לפורטוגאל ומשם פורטוגאל
ידר בים אוקיינוס דרך סבוב יבשת
פיס ויניח בים בימנם כל דרך
אינסולי פורטונאטי הנקראים היום
ספאניאולי וימשך דרך קאפי וירדי
ביבשה ויסוב האפריקא דרך היבשה
בשמאל ללכת אל המזרח עד
פרומונטוריו הנדול הנקרא קאוו די

in Scriptis veritatis, & aures meæ audiverunt ab hominibus præstantibus viris veritatis. Verum Dominus Deus ipse est perfecta veritas, qui non falso agit nec mentitur: & non pudore afficientur omnes illi qui sperant in eum. Nam veritas ab ipso germinabit, facietque viam ejus.

Et hodie in mense Marcheshvan 285, audivimus dicentes, Quomodo Papa (nempe hicce Papa Clemens qui Rex Gentilium) locutus est & decrevit dimittere ipsum, eumque honorifice mittere in maxima navi instrumentis bellicis plena, & quoque artifices Judæos & Christianos per viam Portugalliæ; & de eo apud Regem Portugalliæ ordinare, ut ipse ulterius impleret desiderium ipsius; & cuivis nationi Christianæ per quam transire deberet, jubere illum honore afficere eique auxilium dare, & in requisitis prædictis voluntatem ejus implere. Et hæc omnia prout sunt, ita stabunt seu confirmabuntur.

Solummodo mecum decrevi describere viam qua secundum opinionem meam potuerit transire magis secure quam aliâ viâ, si recte aiunt Historici eum in Portugalliam deducentes. Inde enim ex Portugalliâ posset descendere per Mare Oceanum via circuitus Continentis Fes, & totam viam Insularum Fortunatarum (quæ hodie vocantur Hispaniolæ,) in mari ad dextram suam relinquere, & deinde viam per Capo Verde juxta Continentem continuare, & circumire Africam per Continentem (uti dictum est) siniſtrorsum, eundo versus Orientem usque ad magnum illud Promontorium quod vocatur Capo de Bona

בונא

בונא ספיראנצא ויעבור הנולפו
בארבאריקו למצוא מיצר ים סוף
וירד ביבשה למצוא מרבר חבור
באשר יהיה וילך למקומו כמו
שנבאר כל אלה המוצאות התרשות
להבא

צורת היהורי הזה ומעשיו לפי
הנשמע הוא קצר הקומה דל בשר
אמיץ לבב מחפלל גדול שחרחור
מסגף נפשו בתעניות וכבר עמד
ששה ימים רצופים אשר התענה
לילה ויום לפי דברי הכותבים עקר
לשונו בלשון קרש כמעט בלתי מובן
כעלג לפעמים באו אנשים חשובים
וחשמנים ברומא לבקרו בביתו
ודחפם ולא קבלם ועל פרדה רכב
ברומה לראות בחרושי הארץ ונכנס
על פרדתו בבמה הגדולה מ פיירנ
ועד המובח הגדול ולא אבה לרדת
מהפרדה ואתו בעשר יהודים רצים
לפניו ויותר ממאתים נוצרים ה
ידבר טוב על ישראל:

ſperanza; & poſtea poſſet pergere ad Golfum Barbaricum ad inveniendum Fretum anguſtum Maris rubri, & per Continentem deſcendere ad inveniendum Deſertum Chabor, ubi poſſet eſſe, & ſic ire ad locum ſuum; ſicuti omnes iſtos exitus novos inſequentibus explicaturi ſumus.

Quoad iſtius Judæi formam ejuſque actiones, juxta id quod auditur, ſtatura erat brevis, carne tenuis, corde fortis, orator maximus, ſubniger, macerans [ſeu affligens] ſeipſum jejuniis: & quidem jam perſtitit 6 dies continuos in quibus diem & noctem jejunavit, juxta verba Scriptorum. Lingua ejus præcipua erat Lingua Sancta, quæ tamen tanquam [16] balbuties vix erat intelligibilis. Viri præſtantiores & Cardinales in Roma ſæpius venerunt ad viſitandum eum in domo ejus, is vero eos repulit, nec admiſit [ſeu excepit] illos. Et ibi in Româ ſuper mulâ equitavit, ut videret nova terræ: & ſuper dictâ mulâ ſuâ ingreſſus eſt in [17] Excelſum maximum D. Petri uſque ad Altare magnum: nec voluit à mulâ deſcendere. Et cum eo erant circa decem Judæi currentes ante illum, & plures quam ducenti Chriſtiani. Deus loquatur bonum de Iſraele!

16 *Balbuties*] i. e. propter barbarum quendam ſonum & inuſitatam pronuntiationem.

17 *Excelſum maximum D. Petri*] Intelligit Divi Petri Templum in Vaticano colle, qui quidem eſt locus excelſior. Sed invidus iſte Judæus meliori nomine non dignatur Chriſtianorum Templum, quam illud vocare *Excelſum*, eodem ſc. nomine quo in veteri Teſtamento Excelſa loca Idololatrica intelliguntur. Sic etiam *Cap.* XXV, Religioſorum Chriſtianorum *Conventus*, huic Authori vocatur *Excelſum*, quamvis in humili loco ſitus, per invidiam & contemptum ſic dictus. Et poſt talem de Templo Chriſtiano fictum Triumphum, (quod ſcil. dictus Judæus mulæ inſidens ad ſupremum Altare ingreſſus fuerit, illudque eo modo polluerit,) iſte verpa ſuum addit Epiphonema, *Deus*, &c.

Quia forte Venetiis Judæi non auſint Chriſtianiſmum male tractare, hoc loco Codex MS Venetus legit בארמון ס פיירר *In Baſilicâ Sant Pietro*, i. e. *Sancti Petri*. Sed in MS Bodlejano plane legitur מ פיירו, quaſi intelligeretur, *Divus Petrus*. Quid autem ille per Abbreviaturam ס privatim ſibi voluerit aut in animo clanculum habuerit, forte non ſit in promptu divinare. Meliori ſenſu poſſumus legere

legere מר *Mâr*, id eſt, *Divus* ſeu *Dominus*. Sed cum noſter Hebraice ſcribat, obſtat quod *Mâr* nunquam uſurpetur niſi in Dialecto Chaldaica, qua noſter nullibi utitur, ſed ab ea plane abſtinet. Obſtat quoque, quod Judæus Chriſtianum tam bono Titulo honorare certe noluerit, vocando eum *Divum* & *Dominum ſuum*. Alias מ poteſt eſſe Abbreviatio pro מקדש *Mekuddâſh*, id eſt, *Divus* ſeu *Sanctus*, aut מאשר *Meuſhâr*, id eſt, *Beatus*. Sed cum מ *Mem* poſſit formare Participium à quovis Verbo ſive bonæ ſive malæ ſignificationis, & Judæi non ſoleant Chriſtianos tam bonis Titulis cohonestare, potius dubitandum eſt eum hac Abbreviaturâ voluiſſe מארר *Meorâr*, aut מקבב *Mekubbâb*, i. e. *Maledictus*; aut præ omnibus מומר *Mumar*, i. e. *Apoſtata*, aut מין *Min*, ſeu מינאי *Minâi*, i. e. *Hæreticus*, cum D. Petrus ex Judæo factus fuerit Chriſtianus, & veterem Religionem relinquens, novæ adhæſerit. Nam hiſce Epithetis Chriſtianos ſemper intelligunt. Et forte noſter (ad inſtar aſtuti nebulonis) ita dubie rem expreſſit, ut fere in medio relinquere videretur, & cuique ſuo modo legere liberum eſſe poſſit. R. Benjamin Tudelenſis plane nullum Titulum Sanctorum Chriſtianorum nominibus præmittit, & ſui Itinerarii pag. 11, Templi Vaticani mentionem faciens, dicit הבמה הגדול שקורין לה של ביטרא *Excelſum illud magnum quod vocant Petri de Roma*. Et ſic de aliis Sanctis, quos nullo Titulo ornare dignatur. Sed è contra, Sanctorum Judæorum nominibus ſemper præmittit Titulum, ut שנט אליה *Sanct Eliah*, שנט אברהם *Sanct Abraham*, &c.

פרק טו על מלחות מלך פורטוגאל בים אוקיינוס כאשר ראה בראשונה ללכת דרך ארץ כוש השפלה בדרום היא איטיאופיאה למצוא קאוו די בונא ספיראנצא וכל המקומות אשר מצאו והיהודים ומדבר חבור

CAP. XV. *De Regis Portugalliæ navigatione in mari Oceano, quando primo ei videbatur iter facere ad meridiem per viam terræ Cûſo inferioris, (ipſa eſt Æthiopia,) ad inveniendum Capo de bona ſperanza: & de omnibus locis quæ invenerant, de Judæis, & de Deſerto Chabor.*

כבר הודעתי נאמנה כי מעבר גיבילטאר היוצא מים האמצעי הוא ים מיריטיראניאו ברמון ספרד אל חוץ ים אוקיינוס הגדול הוא המעבר הגדול לכבוב כל הארץ אם לפנות בימין היבשה ללכת אל הצפון באיי אנגליאה סקוציאה ואיבירניאה ויבשת פלאנדרים והולאנדיאה ואם לפנות בשמאל דרך מלכות פיס אשר הוא חוץ למיצר גיבילטאר וללכת בצלע היבשה ההיא השמאלית דרך אינסולי פורטונאטי למצוא ישוב הדרומי ארץ כושית ושחורים

JAm fideliter notum feci Tranſitum Gibeltâr (qui exit de mari Medio ſeu Mediterraneo per Granatam Hiſpaniæ ad extra in mare magnum Oceanum,) eſſe Tranſitum magnum [ſeu celebre] ad circumeundum totam terram, ſive ſit ad tendendum per dextram Continentis eundo ad Septentrionem per Inſulas Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ, & Continentem Flandriæ, & Hollandiam; ſive ad tendendum ad ſiniſtram per viam regni Feſs extra Fretum Gibeltâr, & eundo juxta coſtam Continentis illius ſiniſtri per viam Inſularum Fortunatarum ad inveniendum Habitabile Auſtrale, terram Æthiopum & Nigritarum, & ad circumeundum Continentem

ולסבוב היבשה החיצה בכל ארץ
כוש היצא איטיאופיאה השפלה
הנמשכת ממערב למזרח ולמצוא
הקאו די בונא ספיראנצא הוא
ראש תקוה טובה אשר מצאוה
מחדש ובכל אלה החכם טולומיאו
לא דבר מאומה מזה וקראה
המקומות האלה ארץ בלתי נודעת
לל טירא אינקוניטא והטעם
שקראה כן כי הים אוקיינוס ההוא
נראה כיורד והארץ מכסה לספנים
הבטח הטראמונטאנא או שיהיה
שלא נסו המלחים ללכת שם רק
עד פרומונטוריאה נרול אחד עולה
תוך הים נקרא ראש לא לל קאו
נון: ופירושו מי שיעבור שיעור
הראש הזה לא ישוב לעולם
לביתו וכן כתב החוקר בערל ספר
עולם חדש:

ובהיות מלך פורטוגאל שונא את
הישמעאלים ואמונתם צוה וסדר
שלוש שנים רצופות ללכת במהלך
הזה עם נתינת הבטחות והטבות
רבות לראשי המלחים והחובלים
ולהעשירם ולהעלותם שישלימו

illum per totum terram Cuſh, ſeu Æthiopiam inferiorem, quæ ab Occidente in Orientem protrahitur; & ad inveniendum [1] Capo de bona ſperanza, id eſt, Caput Bonæ ſpei, quod de novo repererunt. Et de iſtis omnibus nihil locutus eſt Ptolemæus Sapiens, ſed tantum terram iſtam vocat, Terram non notam ſeu Terram incognitam. Ratio autem cur eam ſic vocavit, erat quia Mare Oceanum videbatur acſi deſcenderet, & terra occultabat à nautis proſpectum [2] Tramontanæ. Vel poteſt eſſe, quia nautæ non tentarunt eo ire, ſed tantum ad Promontorium aliquod magnum in medium maris aſcendens, dictum Roſh Lo, hoc eſt dicere Caput non: cujus expoſitio ſic eſt, quod ſcil. quicunque hocce Caput ſemel emenſus eſſet, in æternum ad domum ſuam Non reverteretur. Ita enim ſcribit [3] Scrutator [ſeu Philoſophus] ille qui eſt Author Libri de Mundo novo.

Cum autem Rex Portugalliæ odio proſequeretur [4] Iſmaelitas & Religionem eorum, [noluit ut per terram iretur,] ſed juſſit & ordinavit ut tribus annis continuis irent per hoc iter, cum promiſſorum & bonorum multorum datione præcipuis Nautarum & Naucleris, & quod eos ditaturus eſſet. Et ut adduceret illos ad

1 *Capo de bona ſperanza*] Primis illuc navigantibus olim dicta eſt *Capo tormentoſo* ſeu *procelloſo*: poſtquam vero melius intelligentes qua ratione tutius per illud mare luctandum eſſet, & comperto quod iſto loco periculoſo prætergreſſo, tum bona eſſet ſpes feliciter adpellendi oram Indicam, vocarunt iſtud Promontorium *Caput bonæ ſpei*.

2 *Tramontana*] i. e. Regionum ultra Montes, ſc. verſus Mundi partem Septentrionalem, quæ Italis dicitur *Tramontana*. Et deinde in genere ubique terrarum eo nomine *Septentrio* notari ſolet.

3 *Scrutator*] Seu Philoſophus.

4 *Iſmaelitas*] Noluit nempe iter fieri per terram inter Arabes Mauros quas vocat Iſmaelitas, ſed potius per mare, propter odium dictorum Iſmaelitarum.

רצונו ללכת ולנסות ולחפש את
אשר יוכלו למצוא כי בכל התועלות
יקחו חלקם ושלשה פעמים הלכו
בשלש שנים פעם אחת בכל שנה
ולא מלאה רוחם לעבור חנשיה
אשר כבר הניעו ברה כי מיראת
המעברות הימיות ומהעדר מציאות
יבשה משום צד עכ היו שבים
אחורנית אמנם להפיק רצון המלך
ולחזיק לישמעאלים ולבקש תועלתם
הלכו בשלישית בכח גדול וביד
רמה והניעו אל המקום ההוא אשר
כבר ראוהו מארץ חול לבנה ויקראו
שמו קאוו ביאנקו היינו ראש לבן
ליובש המקום ויתחזקו עוד ויעברו
בשלש מאות מילין עוד להלאה
מן הראש הנקרא קאוו נון לל ראש
לא לפי השמות אשר קראו להם
והתחילו למצא ביבשה הזאת
השמאלית לים ישובים רבים
מהאנשים שחורים מעט כמו בריטיני
הולכים ערומים נקראים אצלם

perficiendum ipſius voluntatem, eundo & tentando & inveſtigando quantum reperire poſſent, [promiſit] in omnibus emolumentis eos ſuam partem accepturos. Tribus itaque vicibus iverunt tribus annis, viz. una vice quovis anno. Non autem ſatis plenus erat ſpiritus eorum ad pertranſeundum declinationem ad quam pervenerant; ſed præ metu tranſitum maritimorum, & præ privatione [ſeu defectu] inventionis Continentis ab ulla parte, retro reverſi ſunt. Verum ut Regis Voluntati ſatisfacerent, & Iſmaelitis nocerent, ſuamque utilitatem quærerent, tertio iverunt cum virtute magna & manu excelſa, & pervenerunt ad eundum ad locum quem antea viderant de terra arenæ albæ, cujus itaque nomen vocarunt [5] Cavo bianco, hoc eſt, Caput album, propter loci ariditatem. Deinde ſe animantes tranſiverunt fere trecenta milliaria ultra illum locum dictum Cavo Non, ſeu Caput Non, ſecundum nomina quibus ea loca vocaverunt. Et tum in iſto Continente qui ad ſiniſtram ſuam, inceperunt invenire Habitationes magnas, ubi viri aliquantulum nigri ſicut [6] Bretini, nu-

5 *Capo bianco*] Author noſter Hebræis literis ſemper ſcribit קאוו *Cavo*, quod vulgo pronuntiatur *Cao* ſeu *Cavo*, ſc. Caput ſeu Promontorium album.

6 *Bretini*] Seu *Bertini*, Italis tales ſunt quibus color ſubfuſcus. Tales alias vocantur *Melatti*, & *Criolis* ſeu *Chulani*; ſunt nempe mixti fœtus ex nigro patre & alba matre, vel viceverſâ, geniti; quorum itaq; color inter utroſque parentes medius. Talis homo Arabibus خلاسي *Chilaſi* dicitur. Iſtius autem regionis populus ortus eſt ex Tribu صنهاج *Sanhâgj*, cum Articulo الصنهاج *Aſſanhâgj*, quæ inter Tribus Africanas non eſt incelebris. De Familia ſeu Tribu صنهاج *Sanhâgj* & لمط *Lamt*, & de regionibus quæ ab eis denominantur, conſule Geographum, Nubienſem p. 73. Hi populi corrupta pronuntiatione vulgo vocantur *Azanegi*, & regio eorum *Azanhaga*, ſeu *Zanhaga* ſive *Zanaga* in Globo Cæſiano, ubi ad Latit. 20 ſcribitur *Azanagi inter nigrum & ſubeinereitium colorem dubii: os veluti pudendum cooperiunt, nec detegunt niſi cibi ſumendi gratiâ.* Et ab hiſce Accolis, fluvius *Niger* qui paulo auſtralior ad Caput Viride, dicitur *Rio de Senega* ſeu *Zenega*.

אזאניגי ואלה הם המקומות אשר מצאו בטרם הגיעם בסוף הערונה ההיא הדרומית הנקראת קאוו וירדי רל ראש ירוק כי מצאוהו ירוק מאילנות רבות ונקראים המקומות האלה ראש וראשים וקאוו על שם שהיבשה הגבוהה נמשכת ונכנסת בים ועושה ראש וקאוו ופרומונטוריאו בין הים הנראה למרחוק לרוכבי הים ועל כן נקראים שמם קאוו רל ראש:

ובטרם נגיד החדושים והמקומות שנמצאו בכל סבוב האיטי אופיאה הכושיית השפלה הזאת אמרתי לציין ברבורי זה איך נמשכות הערונות מהמקומות ההמה ואיך יסובו בלכתם ואיך יהפכו ביבשה למען יורע למשכילים משך הליבותיהם ואנה יהפכו לעלות או לרדת:

ולהתחיל ממקום צאת הספינות ממיצר ניבילטאר או בנסעם מפורטוגאל ומליסבונא לבא לסבוב היבשה הזאת הכושיית הנז אשר פני יושבי הספינות בנסעם יסעו פניהם אל הדרומי ושמאלם תמיד אל היבשה ואת ימינם אל רוחב הים הגדול והנורא ואל האיים

di incedentes, qui apud eos vocantur Azanegi. Et hæc sunt loca [mox memoranda] quæ repererunt antequam pervenirent ad finem illius Areæ australis quæ dicitur Capo verde, hoc est dicere, Caput viride, quia ipsum repererunt viride propter arbores multas. Ista autem loca vocantur Caput, & Capita, & Cavo, propterea quod Continens altior protrahitur & in mare ingreditur, facitque Caput seu Cavo, sive Promontorium intra mare, quod à longinquo navigantibus per mare apparet. Idcirco inquam eorum nomen vocatur Cavo, i. e. Caput.

Priusquam vero declaremus res novas & loca quæ reperiuntur per totum circuitum Æthiopiæ hujus Cushiticæ inferioris, decrevi mecum isto meo discursu formare [seu repræsentare] quomodo Areæ ab istis locis protrahantur, & quomodo circuire debeant cum incedunt, & quomodo per Continentem invertant se; ut ita intelligentibus nota fit suorum itinerum continuatio, & quo se debent vertere sive ad ascendendum sive ad descendendum.

Ut itaque incipiamus à loco quo egrediuntur naves à Freto Gibeltâr, (aut in profectione suâ à Portugalliâ vel Lisbonâ ut veniant & circumeant prædictum hunc Continentem Æthiopicum qui est coram facie sedentium in navibus in profectione suâ,) debent facies suas convertere ad Austrum, dum sinistra eorum perpetuo sit versus Continentem, dextra vero sit versus latitudinem maris magni &

הרבים

הרבים אשר נמצאו כאן בכל צד
ובכל פנה קרוב ורחוק מהיבשה
וכפי השמות אשר נקראו אז בצורת
המהלכים ואלה הם בראשונה ימשך
פניהם לדרום כמו אלף וחק מילין
וימצאו את אלה ודרך שמאלם
תמיד אחרי צלע מלכות פיס אחריו
קאוו די קא שהוא במאברישטאניאה
ציסארי קאוו די לונארור קאוו די לוס
קבלול קאוו ביאנקו הנו ער שם
החול קאוו וירדי ער שמצאוהו
ירוק ורענן מאילנות גדולות ירוקים
מרחוק אשר במיצר הנו ער קאוו
וירדי הירוק הזה כמו אלף וחק
מילין הנזכרים מלבר האיים הרבה
מלאים כל טוב אשר מצאו בתוך
הים בימים רחוקים מהיבשה
אשר נזכיר ענינם להבא ומה
שמצאו בהם כנון וירזים לרוב
כעצי יער צוקארו שרף דם תנין
קאסיאה בילואי ועא ומלבר

tremendi, & verſus inſulas multas quæin omni latere omniq;angulo propinquius aut longinquius à Continente reperiuntur, juxta nomina quibus vocabantur olim in Mappa Itinerantium [ſeu navigantium.] Et quidem iſta ſunt; Nempe initio facies ſuas verſus Auſtrum protrahere debent fere mille & quingentis milliaribus, ubi hæc invenient: dein via eſt ad ſiniſtram eorum perpetuo per coſtam Regni Feſs; poſt quod eſt Capo de Ca, quod eſt in Mauritaniâ Cæſareâ; Capo de Lugador; Capo de los Cabllol; Capo bianco prædictum, propter arenam; Capo verde, quia illud repererunt viride & floreſcens propter arbores magnas à longinquo virentes: nam à prædicto Freto uſque ad hocce Caput Verde ſeu viride, ſunt circiter mille & quingenta milliaria prædicta; præter Inſulas multas omni bono repletas, quas in medio maris ad dextram ſuam repererunt à Continente diſtantes, quarum negotium in ſequentibus commemorabimus, ut & id quod invenerunt in eis, uti [7] Verzin magnâ-copiâ ſicuti ligna ſylvæ, Saccharum, Gummi, Sanguis Draconis, Caſſia, Belzuin, & [8] præterea alia.

7 *Verzin*] *Verzino* eſt Lignum Braſilianum rubrum, quo utuntur Tinctores. Ex eo ſtillat *Sanguis Draconis* Medicis & Pharmacopolis notiſſimus, de quo infra in Notis ad *Cap.* XVI; ubi etiam de *Belzuin*.

8 *Et præterea alia*] Abbreviate ועא pro ועור אחרים. Inter alia Medicinalia quæ heic ſubintelligenda relinquit, nullus dubito quin veniat *Amomum*; de quo tot Viri Docti toties fruſtra deſudarunt. De hoc autem non prolixe, alios refutando, ſed breviter; cum cujuſvis rei veritas paucis dici poſſit.

Amomum itaq; in meo Dioſcoride Arabico dicitur حماما *Hamâma*, ubi â circumflexum pronuntiatur craſſe fere ut ô. Hinc Græcis ἄμωμον, quod rectius legendum eſſet ἄμωμον ſpiritu aſpero. Aliquot Viri Docti fruſtra de hac Planta diſputarunt, quaſi non eſſet hodie notum veterum *Amomum*. Inepte prorſus à Scriptoribus Botanicis pro eo ſubſtituitur *Solanum arboreſcens*, qui quidem error fundatus eſt in Plinii & Dioſcoridis Latini verbis male intellectis. In illorum enim *Amomi* deſcriptione, adhibetur vox *Uva* pro *Botry* ſeu *Racemo* integro, quo ſenſu apud Claſſicos Authores ſæpe occurrit. Scriptores autem Europæi hoc non ſatis animadvertentes, *Uvam* pro ſimplici *Baccâ* ſemper accipiunt: ideoque dictas Deſcriptiones perperam intelligentes, *Amomi Uvam in ſe convolutam* putabant dici de *Solano arboreſcente*, quia illud hab-

habet Baccas quarum Semina aliquantulum incurva ſunt, ut & reliquæ Solani ſpecies omnes. Proh ſubtilis inventio! Sed tamen non ſunt in ſe convoluta.

Dicam itaque, ab حمام *Hamâm, Columba*, ſit quidem nomen *Hamâma*, ἄιμαμις: quod tamen non obſtante vi nominis, non eſt Dioſcoridis Ἱερατικὴ *Verbena*; ut nec *Geranium*, quod quibuſdam *Pes Columbinus* vocatur, abſque ratione idoneâ. Πεδιστερὶς quidem, (quod in mei Dioſcoridis Arabici margine ſcribitur vocari Arabice رعي الحمام *Paſtus columbinus*, Perſice قلشبارش *Calambârijh*,) ſic dicitur quod à Columbis ſeu Palumbibus adametur, dicente Dioſcoride; non quod Pedi columbino ſit ſimilis, uti nec eſt *Geranium* quod apud Gerardum *Pes Columbinus* dicitur. Ideoque, quamvis *Hamâma* verbo tenus ſit Ἱερατικὴ, eſt tamen Planta toto cœlo diverſa ab ea quæ apud Dioſcoridem & alios ſub illo nomine deſcribitur. Eſt autem حمام *Hamâm* ex Turgjemân Arabico-Perſico كبوتر كوهي *Columba montana* ſeu *ſilveſtris*, ſcil. *Palumbes*, eaque مطوق *torquata*, dicente Damirio. Gjeuharius toti ذوات الاطواق *torquato generi* columbarum hoc nomen tribuit. *Columba* autem *domeſtica* Arabice vocatur حمام *Yamâm*.

Verum *Amomum* recte deſcripſerunt Dioſcorides & Plinius, & ex his Gorræus in Definitionibus Medicis. Recte quoque deſcripſit Garçias Medicus Regis Decan in Indiâ, dicti نظام شاه *Nizâm-ſhâh*, ſeu quod idem eſt نظام ملك *Nizâm-melic*. Recte etiam deſcripſerunt Arabes omnes, quorum verba heic authoritatis cauſa adjiciam. Imprimis itaque in Libro تقويم الادوية ſic definitur,

حماما شجرة كعنقود من خشب مشتبك له زهرة ذهبية طيبة الرائحة ثلثة اصناف اجوده الذهبي الطري حار يابس في الثانية

Hamâma eſt Frutex ſicut Botrys ligneus complicatus, cui eſt Flos aureolus boni odoris. Ejus ſunt tres ſpecies, quarum optima eſt aureola humida ſeu recens, calida & ſicca ſecundo gradu. Proxime auditur Chadr Ibn Ali, apud quem legitur

حماما هو شي كانه عنقود خشب مشتبك بعضه ببعض وله زهر يشبه زهر الخيري واجوده ما كان من ارمينية ولونه يشبه بلون الذهب ولون خشبه كلون الياقوت طيب الرائحة جدا والصنف الاخضر منه ردي

Hamâma eſt res quaſi eſſet Botrys ligneus in ſe complicatus. Florem habet flori Violæ ſimilem. Optima ejus ſpecies eſt ex Armeniâ, cujus color eſt ſicut color auri: ejuſque ligni color eſt fulveſcens, optimi odoris. Species ejus viridis, ſequior eſt; ſc. Medica ſeu ex Mediâ. Avicenna etiam & Beitharides Arabice ex Dioſcoride bene deſcribunt. Optime autem deſcribitur in Libro *Nuzhato 'l Nuphûs*

حماما ويقال له بخور الاكراد ورجل الحمامة نبت كانه عنقود مشتبك بعضه في بعض وله زهر كزهر الفودنج الجبلي ينبت في صخور واماكن رطبة ظليلة واكثر ببلاد الثغر من الشام واجوده ما كان من ارمينية خشبه كالشظايا وظاهره الي لون الغوه وباطنه ابيض طيب الرائحة قريب من رائحة السذاب وفي رؤس قضبانه ورق كالكنافيش فيه بزر حريف يلدغ اللسان

Hâmama (quæ etiam dicitur Suffitus Curdorum & Pes Palumbis ſeu Columbæ,) eſt Planta ſicut Botrys in ſe complicatus. Haberque florem ſicut eſt flos Pulegii Montani. Naſcitur in Scopulis &

& locis humidis umbrosis, præsertim in regionibus limitaneis Syriæ: melior autem ejus species est ex Armenia. Lignum ejus est sicut schidia, exterius inclinans ad colorem Rubiæ, interius album, boni odoris prope odorem Rutæ. Et in virgultorum ejus summitatibus sunt folia sicut res densæ seu confertæ, inque eo est semen linguam mordens. Cum superioribus etiam sentit *Ibnol Cusbi* in Libro *Malayesa*,

حماما اسم نبطي وهو شجرة كعنقود خشبي ملبن بعضه ببعض ولة
زهر صغار مثل زهر الخيري الاحمر ويسمي باليوناني لوقاين وورقة
شبية لورق الغاشرا وهي الكرمة البيضا - واجود الحماما ما كان
من نواحي ارمينية وكان ذهبي اللون ياقوتي الخشب وهو طيب
رائحة جدا والماهي اضعف ولونه الي الخضرة لين المجسة وخشبة
متشظي وفيه رائحة سذابية ولا ينبغي ان يوخذ إلا بعد استكمال
بزره ويكون فيه حرافة ولدغ عند مذاق

Hamâma est nomen Nabathæum. Est autem Frutex ficut Botrys ligneus inse compactus, habetque flores parvos ficut flores Violæ rubræ [melius *albæ*] Græce λεύκοιον: folia vero similia foliis Brioniæ seu Vitis albæ. Melior ejus species est ex partibus Armeniæ: estque colore aureolus, ligno flavescens, odoris optimi. Est autem Medicum debilius, colore virescens, tactu molle, ligno sciissum, odoris Rutacei: & oportet ut non legatur nisi Semine perfecto. Estque in eo acredo gustu mordax. Post hos omnes audiatur etiam David Antiochenus insignis Medicus,

حماما - وهذا النبات خشب مشتبك كالعناقيد ياقوتي
ذهبي حريف جاد طيب الرائحة من اصل واحد يتفرع صلب
المكسر جيد العطرية ينبت بارمينية وطرسوس والكابن منها بالشام
خضر رقيق ومنه ابيض مشرب بصفرة سريع التفتت وكلاهما ردي
وينبت بنيسان له زهر الي الحمرة كزهر الخيري والسانج وورق
كالغاشرا وكلما اشتدت خلصت حمرته ويوخن باب بعد كمال
بزره فان اخذ قبل ذلك فسد ويعرف صحيحه بشبه الياقوت لونا
وقوة العطرية والصلابة وقوة هذا النبات تبقي الي سبع سنين

Hâmama est Planta lignea complicata ficut Botrys, fulvescens aureolus, acris, acuta, boni odoris, ab una radice ramificata, fractu dura, bene aromatica, quæ nascitur in Armenia & Cilicia. Ea quæ est in Syria, est viridis & tennis: estque ex ea specie inclinans ad flavedinem, cito fragilis: & utræque hæ species sunt pravæ. Nascitur in Nisan, & flos rubescit ut flos Violæ & Folii Indi. Folium est ficut Brioniæ. Et quamvis siccum, salva tamen manet ejusdem rubedo. Legitur in Ab postquam completum est semen ejus: si enim citius legatur, corrumpitur. Quod autem sincerum est, cognoscitur, ex colore simili Hyacintho-flavo, virtute aromatica & duritie. Hujus autem plantæ virtus septennium durat. Hoc modo vides quid de eo differunt Orientales. Proxime videbitur aliorum in præcipuis consensus & cum superioribus collatio.

Garcias Cap. XXXI, ait nomen *Hamâma*, pedem columbinum significare; seque in India donatum fuisse Amomi Ramulo, quem contulit cum Dioscoridis descriptione, ad quam venustissime quadrabat, & licet tum siccus, pedem tamen columbinum referebat. Est nempe Columbæ species plumipes, cujus hirsutum pedem quodammodo æmulatur hæc planta constans virgultis seu ramulis inse complicatis, cum floribus & frequentioribus foliis: cujus iconem videre licet à Clusio ibi additam, qui dicit hujus Amomi Fragmentum unum ab Ormuz & alterum à Constantinopoli acceptum fuisse. Sed ibidem Clusius Dioscoridem & Plinium non satis intelligens, perperam dicit illa fragmenta non convenire cum Dioscoridis

ridis & Plinii Amomo; suam in hac parte ignorantiam prodens. Dioscoridis vero Descriptio talis est, quæ cum supra allegatis Arabibus convenit: viz. lib. I. 14, Amomum est Ἀμωμίσιος ὀσονεὶ βοτρυς ὃν ξύλα φέντεμπεπλεγμένος ἑαυτῷ, &c. pusillus frutex, in uvæ modum suopte ligno in seipsum convolutus. Florem habet parvum ceu violæ albæ: folia vero Vitis albæ similia. Præstantissimum censetur Armeniacum, colore aureolum, ligno fulvescente, valde odoratum. Medicum, quoniam in planis aquosisque locis provenit, infirmius existit. Est autem magnum & subviride, tactu molle, virgultis ligneis venosis, odore Origani. Ponticum fulvescit, nec longum nec ægre fragile: est vero βοτρυώδες racemosum, fructu plenum, & odore nares feriens. Deligito recens, & Candidum aut subrubrum: non compactum aut cohærens, seu complicatum [quia mucescit,] sed laxum atque diffusum, semine refertum, simile βοτρυδίοις, (عناقيد صغار *Beith.*) ponderosum, valde odoratum, minime mucidum sicuve obsitum, acre linguamque mordicans, simplici minimeque vario colore. *Plinii lectio qua mendosa & imperfecta videtur, talis est*: Amomi uva in usu est, Indicâ vite Labrusca: ut alii existimavere, fructice myrtuoso, palmi altitudine: carpitur cum radice, manipulatim leniter componitur, protinus fragile. Laudatur quam maxime Punici mali foliis simile. Nec rugosis, colore russo. Secunda bonitas pallido. Herbaceum pejus: pessimumque Candidum, quod & vetustate evenit. Pretium uvæ in libras LXX, friato vero Amomo XLVIII. Nascitur in Armeniæ parte quæ vocatur Otene, & in Mediâ, & in Ponto. Adulteratur foliis Punicis & gummi liquido, ut cohæreat convolvatque se in uvæ modum. Est & quæ vocatur Amomis, minus venosa, atque durior, ac minus odorata: quo apparet aut aliud esse, aut colligi immaturum. Hoc modo vides quomodo comparetur Uvæ in se convolutæ, quam quidem comparationem non intelligentes plerique de Amomo Scriptores, miserrimum sibi pararunt confugium, per uvam intelligentes *baccam* aliquam simplicem: cumque bacca simplex ægre inse convolvi diceretur, ulterius excogitarunt Solani arborescentis baccas in se habere acinas incurvas ut ferrum equinum, quod imaginati sunt esse *in se convolvi*. Si autem isti Botanici meminissent quod apud Classicos Scriptores *Uva* plerumque sit *Botrys* seu *Racemus*, tum Plinii & Dioscoridis Definitiones melius intellexissent.

Ut itaque rem absolvam, *Amomum* est *Pes Columbinus*, figura & magnitudine & radicis simplicitate *Rosæ Hierichuntinæ* haud dissimile. Est nempe in Oriente columbarum species quædam cujus Pedes plumis hirsutæ sunt: & hæc est Plumipes columba, à cujus Pede dicta planta denominatur *Amomum*; cujus Iconem videas apud Clusium ad Notis in Garciam, & apud Parkinsonium sub nomine *Amomi spurii*, pag. 1567: quod tamen certe est *Amomum* verum.

De *Amomi* naturâ & qualitatibus heic differere, prolixum esset: ideoque abstinebo. Aliquid vero breviter colligi potest ex succedaneis, de quibus *Ibno'lCuthi* in Libro *Malayesa*, يبصر المعدة ويصلحه بزر الكرفس ويدل لها وزنها اسارون اووج او عود القرنفل وقيل وزنها وج ومثله كمون ابيض Nocet stomacho; corrigitur autem semine Petroselini.

Succedaneum ejus est ejusdem ponderis Asarum, aut Acorum, aut Lignum arb. Caryophylli. Alii dicunt ejusdem ponderis Acorum, aut Cuminum album. His consonanter scribit Galenus, Amomi facultates esse sicut Acori, nisi quod hoc sit siccius, illud vero concoquendi facultate magis præditum.

כי מצאו איים רבים מלאים יונים גדולים הנוף ומלאות שפנים ונחשים

Et præterquã quod repererunt Insulas magnas refertas columbis corpore magnis, & refertas [8] Cuniculis, &

8 *Cuniculis*] Noster videtur nomine *Shaphan* intelligere *Cuniculos*, communi hujus vocis acceptione. Ego autem omnino in hac parte sentio cum D. Bocharto, qui ponit *Shaphan* esse magnum aliquem murem sylvestrem ferme magnitudine Cuniculi, qui in Oriente frequens, eodem modo sub terram cuniculos agens. Sed dictus Vir Doctus nimis destitutus est commodo vocabulo Latino quo hoc nomen vertat. Apud eum enim legitur Ἀρκτομυς *Mus Septentrionalis*, quod quidem nomen non bene competit animali Austrino seu Muri terræ Israelis; & multo minus oræ Africanæ de qua jam loquimur, quæ adhuc Australior est. Cum itaque hoc animal Arabibus vocetur يربوع *Yarbùa*, ex vi vocis multo aptius dici possit *Mus quadriforius*, propter 4 fores quas in Antro habet ad 4 cœli plagas; nam *nec mus se uni credidit antro*. De eo prolixe agit D. Bochartus. Addo, hoc murium genus Persis dici موش دشتي *Mus campestris*, Turcis طوشني ارنب *Lepus Arabicus* seu *Arabum*, cum inter Arabes frequentiores sint quam Lepores.

גדולים

נדולים וחיות זרות ואחרי היותם
בפירמאנטוריאו הזה הנקרא ראש
ירוק הוא קאוו וירדי צריך להפוך
הספינה ופני יושבים נגד המזרח
כמו אלף מיל ושם ביבשה הזאת
השמאלית להם מוצאות נדולות
וישובים רבים אלו שמותם כשמות
הראשונים קאסטיל די לאמינא
פורטו די לאנו קאוו די לנאלו ובכלם
יש הרים וגבעות ומעינות ונהרות
וגם הנה יש איים רבים בתוך
הים הנדול בימינם ואחרי זאת
הופכים הספינה ופני יושביה אל
הדרום יותר מאלף ותר מילין וימצאו
למטה מן האיטיאופיאה הכושיית
השפלה הזאת מלכות אזינאבא
אשר שם פילין לבנים רבים וחזקים
והרים נדולים ונהרות נוראים
יורדים בים ההוא ואחריו קאוו די
לארקאל ולמטה בסוף הירידה
הזאת מהיבשה בתוך הים תמצא
הפרימונטוריאו הנדול הירוע הנקרא
ראש טובה תקוה היורד בים
יותר מכל היבשה הדרומית הוא
הנקרא בלשונם קאפו די בונא
ספיראנצא אשר בוראי לרעת
התרים והחוקרים הוא להלאה

serpentibus magnis, & animalibus peregrinis. Et poſtquam fuerint in iſto Promontorio vocato Caput viride, opus eſt navem & facies ſedentium invertere verſus Orientem per circiter mille milliaria. Ibique in hoc continente ſiniſtro, ſunt productiones maximæ & habitationes plurimæ: & hæc ſunt nomina [quorundã] eorum, prout ea nominârunt antiqui; Caſtel de la Mena, Porto de Lago, Capo de la Galo. Et in iſtis omnibus ſunt montes & colles, & fontes & fluvii. Sunt quoque hic multæ Inſulæ in medio maris magni ad dextram eorum. Et poſtea navem faciemque ſedentium in ea debent invertere verſus Auſtrum per plus quam mille & ſexcenta milliaria, & tum infra Æthiopiam iſtam Cuſhiticam inferiorem invenient regnum Zinaba, ubi ſunt Elephantes albi multi & robuſti, & montes magni, Fluviique [9] terribiles qui in illud mare deſcendunt. Et poſt illud eſt Capo de l'Arcal. Et infra in fine hujus deſcenſus à Continente in medium maris, reperies magnum quoddam notiſſimum Promontorium vocatum Caput bonæ ſpei, quod in mare deſcendit magis quam reliquus Continens Auſtralis, & [10] lingua eorum vocatur Capo de bona ſperanza; quod certe ſecundum opinionem [11] explorantium & Scrutantium, eſt ultra Æquatorem diei juxta illum Continentem in medio

9 *Terribiles*] Heb. נוראים. MS Venetus legit נדולים *magnos*, eodem ſenſu.
10 *Lingua eorum*] i. e. Chriſtianorum.
11 *Explorantium & ſcrutantium*] ſc. Exploratorum & Scrutatorum: quorum illud, nempe תרים *Exploratores* ſeu *Speculatores*, dici poteſt tam de Mercatoribus quam de Nautis & Pilotis; hoc, ſc. *Scrutatores*, de Phyſicis & Philoſophis, qui de terra & mari, &c. diſquirere ſolent & naturæ abdita ſcrutari.

ממשוה היום ביבשה ההיא בתוך
הים אוקיאנוס יותר מאלף ותק
מילין וחשבתי לפי הנודע והמצויר
כי הוא באמצע כל ארץ כוש
התחתונה ושם הים מתהפך להכנס
ביבשה מאר בשמאל המלחים
ושבי הספינות אמנם הראש הזה
ממנו בסופו בתוך הים הוא להלאה
ברום ורחוק ממשוה היום כאלפים
מילין לפי ציור הקו כאמור למעלה:

גם ראוי לרעת כי במקום הזה
מארץ כוש היא האיטיאופיאה
השפלה יש איים רבים בתוך הים
על ימינם ער אין מספר כאמור
ומהנה ללכת לפי משך היבשה
וצלע הארץ ההיא צריך להפוך פני
יושבי הספינה נגד הצפון ולעלות
על פי אופן צלע היבשה קרוב
לארבעת אלפים מילין וימצא ישובים
גדולים ועצומים מריניאו בארבאריקו
ולמעלה ביבשה הרבה ורחוק
ריניאו אוואניאה וכל אלו יתקרבו
ללכת למצוא בגולפו ולשון פרה
הים המתחיל להכנס בים סוף הוא
ים אראביקום העולה בין היבשה
ורך המרברוח ער הר סיני נגד
לגלילות מצרים ומעבר ההתחלה

Maris Oceani plus quam mille & quingentis milliaribus: & secundum id quod notum est & [Chartis] delineatum, existimo hoc esse in medio totius terræ Cush inferioris. Et mare ibi invertitur ut intret valde multum [12] per Continentem ad sinistram nautarum & sedentium in navibus. Verum hocce Caput quod ex eo est, (*viz.* in ipsius extremitate in medio maris,) ulterius est in meridiem distans ab Æquatore diei bis mille milliaribus, secundum lineæ alicujus delineationem, uti dictū est superius.

Convenit etiam scire quod in isto loco qui ex terra Cush (quæ est Æthiopia inferior,) sint multæ insulæ in medio maris ad dextram eorum, quæ sunt absque numero, uti dictum est. Et ab istis eundo juxta protractionem Continentis & costam terræ illius, necesse est sedentibus in navi facies suas invertere versus Aquilonem, & deinde ascendere eo modo quo se habet costa Continentis ferme quater mille milliaribus; [quo facto] ibi invenient Habitationes magnas & fortes de regionibus Barbaricis: & superius in Continente [13] multum & distans, est regio Ozania. Et quidem omnia ista sunt prope locum per quem itur ad inveniendum Sinum seu Linguam ubi mare [Oceanus] incipit intrare in Mare Rubrum, quod est Mare Arabicum ascendens inter Continentem & viam Desertorum usque ad Montem Sinai adversus regiones Ægypti. Et quidem transitus per istud initium (quod est de

12. *Per Continentem*] viz. in illum Continentem.
13 *Multum & distans*] i. e. multum distans.

הזאת מלשון פרה ראשית ים סוף
הזה ולהגיע אל היבשה הנגריית
מהגולפו הזה בהכנסו ביבשה הזאת
היא מחלקי אסיאה והודו ושם
גלילות לאמיקא ולמעלה ממנה
אחורי לאמיקא בתוך היבשה שם
ימצאו המדברות הגדולות מליביאה
אשר באלה יגיעו למדבר חבור
מקום אשר היהודים הרבים
ומלכותם מצויים שם וקרוב לזה
הוא מקום מעבר הקארובני מהגמ-
לים אודחות נושאי הבשמים
למצרים או לדמשק וכל זה גליל
אראביאה פיליקש המדה הגלילות
אשר עברו בני ישראל ארבעים
שנה במדבר אחורי אדום והר שעיר
ומואב ומדין וסיחון ועוג וארץ
ישראל למעלה מכל אלה היא
והולכת ועולה בצפון לכל אלה עד
סמוך ים פלשתים נקרא ים צירניאו
ומירטיראניאו ודי בזה וברוך אשר
הגיעני הלום במכתב ישר:

ונשוב לדברינו בפירמונטוריאו
אשר נגד גליל לאמיקא וללכת דרך
ים הודו למצוא קאליקוט אשר הוא
רחוק מזה בפירמנטודיאו אשר
היא סמוך לתחלת הכנסת ים פרס
בתוך היבשה אמרו המלחים
הכותבים כי יש מהלך שלש וארבעים

Sinu ubi eſt dicti Maris rubri principium,) qua pervenitur ad Continentem huic Sinui oppoſitum ubi [mare] in dictum Continentem ingreditur, is inquam eſt de partibus Aſiæ & Indiæ, & ibi ſunt regiones Meccæ. Et ſuperius ab illa per poſteriora Meccæ in medio Continentis, ibi inveniunt Deſerta Libycis majora, per quæ veniunt ad Deſertum Chabor, locum ſc. ubi ſunt Judæi plurimi, & eorum regna ibi reperiuntur. Et prope huc eſt locus tranſitus Caravanæ camelorum itinerantium qui portant Aromata ad Ægyptum & Damaſcum. Et tota hæcce regio eſt Arabia felix: nam iſtæ ſunt regiones per quas tranſierunt filii Iſrael quadraginta annis in Deſerto per poſteriora Edom & Montis Seîr, & per Moab & Midian, & Sichon, & Og. Terra autem Iſrael ſupra omnes iſtas eſt, pergens & aſcendens ad Boream iſtorum omnium donec appropinquet mare Philiſhtæorum vocatum Mare Cyrenaicum & Mediterraneum. Et quidem hoc jam ſufficit: benedictus ſit ille qui me huc perduxit in ſcriptura recta.

Nunc revertemur ad verba noſtra de Promontorio quod eſt è regione Meccæ, qua itur per viam maris Indici ad inveniendum Calecut, quæ longe hinc diſtat per aliud Promontorium prope initium introitus maris Perſici in medium Continentis. Aiunt Nautæ qui ſcriptores ſunt, Quod à Meccâ ad Calecut ſit iter 30 aut

יום מלאמיק לקאליקוט ושם בקליקוט
הוא מוצא כנוס הבשמים הבאים
מרחוק ממקומות אחרות ומאיי הים
אשר סביב בים הגדול ההוא אשר
לפי הנמצא כתוב בספרי המלחים
ההם יש יותר מאלף ותק׳ איים
ויש שם גם יהודים רבים באיים
ההמה בקצתם:

אמנם מיתר המקומות אשר
ביבשת הודו ואינדיאה אסטרא ער
סוף הישוב וער סוף סינום מאניום
אין צורך להאריך עתה בזה כי
כבר הזכרתי ענינו במה שקדם
וגם נזכיר בו מעט קט רק נשוב
לדברינו ממיצר ג׳יבאלטר ער שמצאנו
מקום הזינאני הבריטיני והשחורים
אשר הזכרתי ונכתוב מה שמצאנו
ברוב המקומות אשר כתבתי ער
תשלום כל המקומות אשר הלכנו
שם בים בימנם וביבשה בשמאלם
לפי דרך יושבי הספינות והכל
דומי לנו ולעולם ולפי הנשמע
אצלי כמעט סבבו כל היבשה
המזרחית וכן נמצא כתוב ונראה
ענייני בעין הראות בצורת העולם
היינו מאפא מונדי החדש העשוי
בחכמה מחכמי המלאכה הזאת

40 dierum: ibique in Calecut esse productiones Collectionis Aromatum [i. e. universorum Aromatum] quæ à longinquo veniunt tam ab aliis locis quàm ab insulis maris quæ sunt circa mare illud magnum; quæ secundum id quod invenitur scriptum in Libris illorum Nautarum, sunt plures quam† 1500 insulæ. Et in quibusdam harum insularum reperiuntur Judæi multi.

Verum quoad reliqua loca quæ sunt in Continenti Hodu, & Indiæ exterioris usque ad finem Orbis-habitabilis & usque ad finem Sinus magni, non opus est nunc prolixe agere de istis: jam enim hujus rei mentionem feci in præcedentibus, & adhuc aliquantulum ejus mentionem [in sequentibus] facturi sumus. Solummodo itaque revertemur ad discursum nostrum de Freto Gibeltâr, usq; dum repererunt locum Senegæ, & Bretini, & Nigritarum quorum [supra] mentionem feci: & scribemus id quod repererunt in multis locis de quibus scripsi, usque ad completionem omnium locorum per quæ iverunt per mare ad dextram suam, & per Continentem ad sinistram suam, juxta iter sedentium in navibus [i. e. navigantium:] totumq; hoc Australe est, tam nobis quam [universo] Mundo. Et secundum id quod apud me auditum est, [dicti nautæ] circumiverunt fere totum Continentem Orientalem. Et quidem sic reperitur scriptum, ejusque negotium apparet[14] oculorum visui in Figurâ Mundi seu Mappâ Mundi novâ quæ hoc tempore sapienter facta est ab hujus Ar-

† 1500 *insulæ*] Naldivas intelligit. 14 *Oculorum visui*] sc. per oculorem demonstrationem

בזמן הזה אשר באו מאשכנז ומויניציא ומפרינציי:

tis peritis qui venerunt ex Germania, & à Venetiis, & Florentiâ.

פרק יו בביאור קצת המקומות החדשות בכוש היא באיטיאופיאה אשר מצאו הפורטוגישי מן הקורם אל המתאחר והשמות החדשים אשר הושמו עליהם והחדושים הטובות אשר בהם:

CAP. XVI. *Capite decimo ſexto continetur deſcriptio aliquot locorum novorum in Cuſh ſeu Æthiopiâ, quæ repererunt Portugallenſes à primo qui illuc ivit uſque ad ultimum illuc profectum; una cum nominibus novis quæ eis impoſuerunt, noviſq; rebus bonis quæ in illis.*

ידוע יהיה לקוראים בזה כי הספינות ממלך פורטוגאל הן היו לבדם אשר הלכו ומסרו עצמם בסכנה ללכת בראשונה במהלכים האלה מקום אשר לא שערום קדמוניהם ובסבת השתנות האויר לטבעם והמזגים בלתי מסכימים לגלילות ההנה היו המלחים ויושבי הספינות מתמעטים ומתים מהם רבים עד שהרגילו לרעת הזמנים הטובים ללכת ולשוב בזמנים המתיחסים ולמדו משפט המהלכים ההמה ולא היו נזוקים כאשר בתחלה באופן כי נתברר להם לאנשי פורטוגאל דרך לעבור גאולים לסבוב את היבשה הזאת הכושיית כלה בים אוקיאנוס בנקלה כמו שנתבאר בהרגל אל הויניציאני ונינוויסי מעברות ים מירטיראניאי ואדריאטיקי:

LEctoribus notum ſit Regis Portugalliæ naves ipſas ſolas fuiſſe quæ perrexerunt & ſeſe periculo expoſuerunt ut primo irent per iſta itinera ad loca de quibus ne quidem [1] putârunt anteceſſores eorum. Et propter cauſam mutationis aeris, & naturam eorum & temperamenta eorum hiſce regionibus minime congruentia, nautæ & navigantes diminuti ſunt, & mortui ſunt ex illis multi; donec tandem aptiorum temporum cognitione experti ſunt, ut irent & redirent temporibus accommodis. Et ſic illorum itinerum conditionem dicerunt, ut non eſſent damnum paſſuri uti primo: eo modo ut tandem illis Portugallenſibus perſpicua eſſet via ut immunes tranſirent ad circumeundum totum hunc Continentem Æthiopicum per mare Oceanum facillime, uti explicabitur, eadem aſſuefactione qua Veneti & Genovenſes [aſſueti ſunt] tranſitibus Maris Mediterranei & Adriatici.

1 *Putarunt*] Vel, ne quidem conjectando æſtimarunt qualia eſſent.

והנה

והנה בראשונה בנסוע הפורטוגיסי
מארצם ללכת באיטיאופיאה השפלה
הנזכרת נתרחקו מן היבשה הש-
מאלית להם ונטו דרך המערבי
דרומי ומצאו בראשונה אינסולה
אחת אשר קראוהו פורטו סאנטו
חוף קדוש אשר לא נתישבה מעולם
ומלך פורטוגאל מלא אותה נערים
ונערות וצאן ובקר וגם אנשים
ונשים שמעתי שהיו אנוסים בזמן
בני הגרוש ומצאו בה חזירים יעריים
ושפנים רבים ויונים עד אין מספר
והיונים לא היה בטבעם טבע ודמיון
לפרוח מבני אדם גם מצאו בה דבש
ושעורה לרוב אמרו התרים כילא
נראה כרבש ההוא מעולם עוד
מצאו בה אילנות רבות לעשות
דם תנין משרף הנוטף מהם ועושין
אותו בזה האופן וזה כי האנשים
העושים המלאכה עושים חתיכות

Et ecce cum primo Portugallenſes à terrâ ſuâ proficiſcerentur ut irent ad Æthiopiam inferiorem ſupradictam, à Continenti illo longius receſſerunt, & declinarunt per viam Auſtro-Occidentalem, & primo invenerunt inſulam unam quam vocarunt Portum ſanctum, quæ à [2] ſeculo habitata non fuerat. Et rex Portugalliæ eam implevit pueris & puellis, & ovibus & bobus, & quoque viris & fœminis. Audivi ipſos fuiſſe coactos tempore [3] filiorum exilii. Ibique invenerunt Porcos ſylveſtres multos,& Cuniculos multos, & columbas innumeras, in quarum natura non erat ulla ſimilitudo [aut propenſitas] ut à filiis hominum aufugerent. Ibi quoque invenerunt copiam mellis & ceræ: ipſi qui rem explorati ſunt, dicunt nunquam viſum fuiſſe tale mel. Præterea invenerunt arbores multas ad conficiendum [4] Sanguinem Draconis ex Gummi quod ex illis ſtillabat. Hoc autem iſto modo faciebant: nempe homines hoc opus facturi,[tempore illis noto] in medio

2 *A ſeculo*] Seu, ab æterno, i. e. nunquam.

3 *Tempore filiorum exilii*] i. e. Judæorum ex Portugallia exulantium, quos nempe partim revera expellebat & partim expellere prætendebat Emanuel Portugalliæ Rex qui Iſabellam Caſtiliæ filiam duxit, obiitque 1492. Quemcunque autem ex Judæis non plane expellebat, cogebat Judaiſmum relinquere, & Chriſtianiſmum amplecti. Tales ſunt quos Judæi vocant אנוסים *Coactos, compulſos*; Portugallenſes vero eos nuncupant *Chriſtianos novos*: quorum tamen Converſio non eſt vera, ſed ficta tantum. Nam quamvis Sacerdotio Chriſtiano fungantur, corde tamen adhuc Judæi ſunt. De hoc vide *Cap.* XVIII.

4 *Sanguis Draconis*] Arabice دم الثعبان & دم التنين *Sanguis Draconis*, quo quidem nomine gaudet tam propter rubrum colorem, quam propter ejus arboris fructum admirandum: nam detracta ea qua is fructus tegitur pelle, illico Dracunculus apparet tanto artificio à natura fabricatus, ut à peritiſſimo aliquo artifice è marmore ſculptus videatur; collo oblongo, ore hiante, ſpina aculeis horrida, cauda oblonga, & pedibus conſpicuis. Hicce Fructus (ut in Cadamuſto legimus) externa figura eſt inſtar Ceraſi, guſtu eximius, coloris Veneti.

Eſt autem *Sanguis Draconis* Succus ruber manans ex eadem arbore ex qua eſt Tinctorum noſtrorum Lignum Braſilianum, & affertur ab Inſula Portus Sancti Canariarum una. Hinc eſt quod D. Plempius in Notis ad Avicennam, putet dictum Sanguinem eſſe ex rebus nuper à Novo Orbe delatis, ideoque Avicennæ tempore non fuiſſe notum nec ei cognitum. Fallitur autem maxime, cum in Socutra & aliis locis veteris Orbis copioſe reperiatur, ut in Æthiopiâ, Syriâ, Indiâ, &c. De hac re audiatur Ibn Beithâr

&

& quoque Ibn'ol Cutbi, qui *de Sanguine Draconis* verba facientes, dicunt eum هو صمغ احمر جودي جد من سقوطرة جزيرة الصبر السقوطري *esse Gummi rubrum delatum à Socotra insula Aloes Socotrinæ.* Et sane in omnibus Medicorum Orientalium Libris, est res notissima.

Arabibus vocatur etiam alio nomine دم الاخوين *Sanguis duorum fratrum*, per allusionem quandam. Sic Persis dicitur خون سیاوشان quod *Sanguis* ut videtur *fratrum* denotat veteri lingua, ut & Turcicum hujus Gummi nomen اكي قرداش قانى *Duorum fratrum sanguis.* Vocatur item Turcice ارقانى *Er Cani*, id est, *Hominis sanguis*; aut minus recte ارقان *Er-Can*, ut habent Scriptores Arabes, tam alii quam ii quos secutus est D. Golius, qui ab eis seductus in suo Lexico cum vocali *i* legit ارقان *Ircân* unâ voce, quam nec illi nec ipse perceperunt esse Turcicam. Est autem significatione idem quod hujus Gummi aliud nomen Arabicum دم ادم *Dam Adam*, seu contractius دودم *Dawadam*, i. e. *Sanguis hominis*, ut legitur in Libro *Nuzhato'l Nuphûs.* Ea autem quæ istud Gummi producit Arbor, alia plura præterea apud Arabes habet nomina; qualia sunt عندم *Andam*, & شبيان *Shijân*, & سمر *Samur*, & ايدع *Aida'*, & بقم *Bacam.* Italis dicitur *Verzino*, Anglis & aliis *Lignum Brasilianum*, cum præcipue ex Brasilia ad nos asseratur; quamvis reperiatur etiam in plurimis aliis regionibus, à quibus æque denominari possit.

Hanc arborem apud Gerardum depictam videas in Herbario, p. 1339. Nec multum abludit quod habet Geographus Nubiensis sub finem Climatis 8, ubi ait Arborem البقم *AlBacam* esse similem الدفلى *Oleandro*: ut & quod habet *Camusi Author* & *Chadr Ibn Ali*, qui affirmant folium ejus esse sicut folium اللوز *Amygdali*, sc. longum & angustum. In Libro *Nuzhato'l Nuphûs* folium ejus dicitur esse simile ei quod in *Ramo palmæ, acuminatâ Extremitate.* Et *Ali Birgjendi* Persa dicit درخت ان چون درخت اناريست وبرگ ان چون عناب *Arborem ejus esse similem Malo-punicæ, & folium ejus esse simile folio* ٢٦٤ *unnâb*: ubi per *Unnâb* non videtur intelligere *Zizyphum*, cujus folium fere rotundum; sed Arborem اراك *Arâc*, quæ malo-punicæ similis. Nam *Unnâb* pro vario usu utrasque has Arbores notat. Ex quibus omnibus summatim colligimus, folium ejus esse longum & angustum. Sed accuratior videtur Gerardi descriptio, ubi folia semper virentia sunt ancipitum instar Gladiorum longitudinis bipedalis, ad instar Gladiolorum Iridem florem producentium.

Laudati Authores, hujus arboris species numerant tres, quarum optima est كولمى *Caulemiensis* seu كوكمى *Caukemiensis* (nam utroque modo legitur) in Indiâ Orientali. Altera est *Chinensis*: & tertia لامرى *Lâmerienſis.* Hæc Insula *Lâmeri*, Paulo Veneto *Lib.* 3, *Cap.* 18, dicitur *Lambri*, in qua Incolarum aliqui caudati sunt, caudis unius palmi longitudine, ut canes: quod idem alius Author refert de Incolis insulæ Formosæ.

Est autem & alius *Draconis Sanguis* à præcedenti longe diversus, subtilior & pretiosior, duplo carior, qui Mercatoribus nostris Indiam Orientalem petentibus dicitur Anglice *Dragons bloud in drops*, quæ quidem species nascitur ex quadam Arundine farcta, quæ ideo vocatur *Dragons-bloud cane*: ex quo genere possideo Bacillum uno constans internodio quatuor pedum longitudine, ex Dono amici singularis Amplissimi Viri D. *Johannis Tyrrill* Navis bellicæ pro Rege Angliæ Præfecti ad Indos. Ex dictæ Arundinis nodis (una cum foliis) emergit Fructus ad instar Nucularum, quarum duas species penes me habeo à D. *Joh. Englisb* Mercatore Anglo olim acceptas; minorem, figurâ rotundam, magnitudine Avellanæ minimæ; majorem, figurâ oblongâ, magnitudine Avellanæ majoris: utraque autem species externe multos habet gibbulos ad instar baccæ Mori. Fracto putamine duriusculo, intus apparet nucleus talis qui in Cerasis. Quod autem res est, dictus fructus externe tegitur materia aliqua rubra facile friabili, ita ut eam quis digito absterere possit; quæ tactu chartam aut manum rubedine afficit. Et hæcce rubra materia ea est *Sanguinis Draconis* species ex qua fit Vernix qua Cistæ & Pyxides Chinenses obduci solent. Modus autem rubram materiam colligendi, est dictum fructum in aqua calida macerare, donec materia illa rubra in fundo vasis subsidat: unde aquâ aut evaporatâ aut effusâ, dictus *Sanguis Draconis* Guttis seu Frustulis concretis ex fundo vasis colligitur.

נרולות

ligni hujus arboris in terrâ plantatæ inciſiones magnas faciebant percuſſione ſciſſionis ſecuris circumcirca ipſam [arborem.] Et ſimiliter anno ſequenti noto etiam tempore venientes colligebant & accipiebant Gummi ab iſtis dictis Sciſſionibus fluens, illudque ebullire facientes removebant ab illo [omnes] fæces, & ex eo conficiebant Globulos pro mercaturâ. Et hoc illud eſt quod vocatur Dam Tannin, i. e. Sanguis Draconis. Aiunt hanc arborem menſe Martio producere fructum bonum & pulchrum, figurâ Ceraſorum viridem, ſaporis optimi. Et circumcirca hanc inſulam Portus Sancti, ſunt loca pro piſcatoribus ad oram inſulæ, ad capiendum & venandum piſces bonos qui præſtantiſſimum habent ſaporem, quorum valor æſtimari non poteſt. Hæc inſula eſt parva, ambitu circa 25 milliarium. Et in ea ſunt Montes & fluvii parvi.

גדולות בתוך עץ האילן הנטוע
בארץ בהכאת חתיכת נרזן סביביו
בזמן ירוע אצלם ולשנה הבאה
בזמן ירוע נכ באין ומלקטין ולוקחים
השרף הנוטף מן החתיכות הנזכרים
ורותחים אותו ומסירים הזוהמא
ממנו ועושין ענולים מזה לסחורה
וזה הנקרא דם תנין סאננוי-
נים דראגונים ואמרו כי האילן
הזה בחדש מארצו עושה פרי טוב
ויפה כצורת נודגדניות ירקות טוב
טעמם מאד וסביבות האי הזאת
מפורטו סאנטו חוף קדוש יש מקו-
מות לריינים על שפת האי ללכוד
ולצוד דגים טובים וטעם יקר טוב
מאד להם מה שלא ישוער ערכם
והאי הזאת קטנה וסובבת כמו
כה מילין ויש בה הרים ונהרות
קטנים:

פרק יז על אי מאדירא וטעם שמה וטוב ענינה

מן האי הנזכרת פורטו סאנטו חוף קדוש נסעו והלכו עוד רחוק מזה בתוך הים על ימין דרך דרומי מערבי ומצאו אי אחרת רחוקה מזו כמו ארבעים מילין וקראו שם האי הזאת אי מאדירה שרל אי העצים רל שהיתה אי גדולה כמו מה מילין כלה מלאה עצים באופן כי לא היה בה אמה או חצי אמה קרקע שלא היה בה אילן גדול ולא היו יכולין ליהנות ממנה עד שהסכימו המלחים יושבי הספינות לשרוף האיסולה כלה או רובה וכן עשו וישימו אש לשרוף האילנות ויגיע האש עד לב השמים עד כי הוצרכו המלחים לברוח בתוך מי הים עד צואם ב ימים וב לילות ויצו המלך מפורטוגאל להושיבה גם צאן ארם להיותה חשובה ונאותה בהרים ומעיינות ונהרים קטנים ונטעו בה עץ פרי וקני לדבש לעשות צוקארו ויזרעו

CAP. XVII. *De insula Madera, & ratio Nominis ejus, & bonum ejus negotium.*

EX prædictâ insulâ Portu Sancto profecti sunt & iverunt adhuc longius hinc per medium maris ad dextram suam per viam Austro-Occidentalem, & invenerunt aliam insulam ab hâc distantem circa quadraginta milliaria: hujus insulæ nomen vocarunt Insulam [1] Maderæ, hoc est dicere, Insulam lignorum: volumus nempe insinuare eam esse insulam magnam circa 45 milliarium, totamque eo modo arboribus plenam ut non fuerit Solum unius cubiti aut dimidii in quo non sit arbor aliqua magna. Adeo ut non potuerunt ex illa utilitatem percipere, nisi nautæ in navi commorantes vellent totam insulam comburere, vel saltem majorem ejus partem: quod itaque fecerunt, & appositerunt ignem ad comburendum arbores, qui quidem ignis crevit usque ad cor cœlorum, donec tandem nautæ necesse habuerint fugere in medium aquarum maris usque ad collum suum duabus diebus & duabus noctibus. Jussitq; rex Portugalliæ ut pecudibus & hominibus incoleretur, eo quod esset præstans & conveniens propter montes, & fontes, & fluvios parvos. Et in eâ plantârunt arbores omnis generis fructuum, & [2] cannas pro melle ad facien-

1 *Madera*] Nomen factum est à Lat. *Materia*, qua tam in Vulgata Bibliorum Versione quam alibi significatur idem quod Anglice *Timber*, quia tali materia abundabat ista insula.

2 *Cannas pro melle*] Expressus Cannarum succus qui in Saccharum (insperså calce viva) percoqui solet, heic vocatur *Mel*, propter aliquam cum eo (tam consistentia quam dulcedine) similitudinem. Et sic *Zabrâvi* Arabs per דבש הקנים *mel cannarum* intelligit Saccharum, nempe expressum Cannarum liquorem dulcem, qui postea coquendo in Saccharum vertitur.

בה חטים ושעורים וגנות זפרסים
וכרמים מנפני קאנריאה וצפריאה
העושים שם אשכלות ארוכות
יותר מארבעה זרתות המתבשלות
בימי הפסח ומראית צהוב לענבים
לא ישוער טובם וערבם ויינם
ואחרי כן נשארו בה בקצת מקומות
פאוני מדבריים לבנים וגם יונים
גדולים לרוב ואינם מתפחדים
מבני אדם עם אילנות גדולות
מעצי גופר ועצי אתרונים ליהנות
מעציהם לעשות מהם לוחות
וטבלאות יפות וחיבות עם מלאכת
המשור החותך העצים בבת מרוצת
שמונת הנהרות הקטנים אשר
יחתכו העצים בתנועת המשור
ומהטבלאות והלוחות והקרשים
ההם יעשו חיבות וכלים נאים
אשר מהם יובאו בדרך סחורה
לשרת רוב ערי מלכות פורטוגאל
ובפרט בליסבונה הרבים הטובים
אשר באי מאדירא הוא זה צוקאת
לרוב חטים יונים בלי פחד אדם
חיות רבות אחרות וצאן ובקר
ובשר אין קץ עם מעינות ותהומות
בלי חוף בים ומקום צידת דגים
לא יתכן ולא ישוער ערכם וסובבת
כמו מה מילין:

Saccharum. In ea insuper seminarunt Tritica & Hordea: & [plantarunt] hortos, & pomaria, & vineas ex vitibus Candiæ & Cypri, quæ ibi producunt racemos ultra 4 spithamos longos, qui maturi sunt diebus Paschatis: illis uvis aspectus est fulvus, nec potest satis æstimari bonitas earum, & pretium earum, & vinum earum. Postmodum in quibusdam locis relicti erant in ea Pavones agrestes albi, & quoq; columbæ maximæ quæ à filiis hominum non metuebant; una cum arboribus magnis de lignis Gopher & lignis Citrorum, ut ex eorum lignis uterentur ad conficiendum asseres & tabulas pulcherrimas, & cistas artificio serræ quæ ligna secat per vires cursus octo fluviorum minorum, quæ inquam ligna secant motu serræ: & ex illis tabulis & asseribus & plancis conficiunt cistas & vasa pulchra, quæ per viam mercaturæ advehuntur ad serviendum majori parti civitatum regni Portugalliæ, & particulariter Lisbonæ. Res itaque meliores quæ sunt in insula Madera, sunt Saccharum multum, Triticum, columbæ quæ non metuunt homines, & alia animalia multa, & oves, & boves, & caro infinita, cum fontibus & abyssis; tamen absque ullo [3] Portu ad mare, [unde sit securitas à navibus hostium majoribus.] Est quoque locus venationis piscium, quorum pretium perpendi & æstimari non potest. Et [tota insula] est ambitu circa 45 milliarium.

3 *Portu*] Ubi scil sit securitas à navibus hostium majoribus.

CAP. XVIII. *Capite decimo octavo docetur, quomodo comites ab insulâ Madera inveneruntur 7 insulas Canarias; & à Canariis* [*iverunt*] *ad insulas Canibalium qui edunt carnes humanas. Item, de productione auri magnâ copiâ: & insulas Canarias esse procul à Continenti è regione τῦ Capo bianco.*

POst inventionem istius insulæ, (sc. insulæ Maderæ prædictæ,) inclinarunt iter adhuc per medium maris Austro-Occidentalis ad dextram suam, circa 220 milliaribus, usq; dum detectæ iis essent insulæ [1] Canariæ. Et hæc est earum forma & negotium earum in medio maris: sunt nempe 7 insulæ parvæ quæ cedunt in rotundum, & [2] receptione oculi distant una ab altera 40 aut 50 milliaribus: earumque Lingua diversa est una ab altera. Quatuor earum inhabitatæ sunt à [3] populis Christianis quos vi subegit rex Portugalliæ, qui posuit quoque [alios] Christianos in medio eorum. Harum tres colunt Cœlum, Solem, Lunam, & Stellas: & istorum locus fortior est & validior, propter Montes excelsos & fortes. Est quoque istis alia insula ambiens circiter 90 milliaria, [continens] circiter 8000 animas: Christiani Portugallenses non potuerunt ipsos expellere.

1 *Canaria*] Insulæ sic dictæ, quia primi illuc advenientes plurimos ibi Canes repererunt: & Incolæ vel inde dicti *Canibales*, vel quia ad instar Canum carnes crudas vorant. *Afores* sunt *Accipitrum* Insulæ, itidem ex vi nominis. Et horum veritas ab Historicis confirmata est.

2 *Receptione oculi*] i. e. perceptione oculi prout oculus speciem recipit primo intuitu, vel quantum oculis quis percipere possit.

3 *Populis Christianis*] Nempe Christianis novis, (de quibus vide supra,) inter quas etiam collocavit alios Christianos veteres.

פרק יח מה שנמצא מאי מארירא ומצאו שבעה איי קאנארי ומקאנארי לאיי קאניבאלי אוכלי בשר אדם ומוצא הזהב לרוב ואי קאנארי רחוקים מן היבשה נגד ראש לבן קאווו בייאנקו

אחרי מציאות האי הזאת אי מאדירא הנז׳ נטו המהלך עוד באמצע הים מערבי דרומי על ימינם כמו מאתים ועשרים מיל עד שנתגלו להם איי קאנארי׳ וזה תאדם וענינם בתוך הים כי שבעה המה קטנות ישבות בעגול ובהקבלת העין זו ולזו רחוקות כמו מ׳ או חמשים מילין זו מזו ולשונם נבדל זו מזו ארבע מהן מיושבות מעם נוצרים אשר כבש אותם מלך פורטוגאל בחזקה ושם נוצרים בתוכם ושלשה מהם עובדי לשמים שמש ירח וכוכבים מקומם שר אלו תקיף וחזק מהרים רמים וחזקים ויש אי אחד מאלה סובבת כמו תשעים מילין וכמו ח׳ אלפים נפשות לא יוכלו הנוצרים הפורטוגיסי להורישם:

הנמצאות אשר שם ומלבושם
ומאכלם יש דברים רבים למלאכת
הצביעה והגוונים והציירים בהמות
הרבה וקרדובאני עבים וטובים
בלא חטה ויין ולחמם שעורים
וקצירם בחרש מרצו שתיתם חלב
עזים ובשרים הרבה יאכלו כלם
מציאות חמורים יעריים והולכים
ערומים והנשים ערומות והפקר רק
שהמלך בועל אותם ומושחים גופם
בחלב עזים עם מיץ עשב מרה
לחזק עור בשרם:

האמנם אחר הנחת האיים האלה
מקאנאריי לצד ימין בים המערבי
דרומי שמו אל נגר היבשה פניהם
לצד שמאל לשוב דרך קאווו ביאנקו
הוא ראש לבן ארץ חול לבנה
יבשה ומלחה ועברו בקוטב הים
אוקיינוס הזה כמו מאתים וצ מילין
ומצאו שלשת איים אחרות והים
ביניהם והיבשה רחוקה מאד
בשמאלם ויש לים ההוא במקום
הזה מרוצה מסובנת לאשר לא ידע
ערכו כי שם נראה הים באילו
רן ויורד בסבוב האיים וההרים
הנכנסים בו והספינות והמלחים
יסחבנו בו ואלו האיים הם בהקבלת

Ea quæ ibi inveniuntur, & veſtitus eorum & cibus eorum, ſunt res multæ ad artificium tincturæ & coloratorum & pictorum; beſtiæ multæ, & Cordovanæ craſſæ & bonæ: [4] abſq; tritico & vino. Panis eorum eſt hordeaceus: meſſis eorum eſt in menſe Martio: potus eorum eſt lac caprarum: & carnibus multis veſcuntur omnes: ibi inveniuntur aſini ſylveſtres: incedunt nudi: fœminæ quoque nudæ & communes, tantum rex [5] eas maritat primo. Et corpus ſuum inungunt adipe caprarum cum ſucco [ſeu preſſurâ] alicujus herbæ ad corroborandum cutem carnis ſuæ.

והרבים האלו האמצעיים נקראים
בחודדי כושים פוטים ולובים
והמקומות האלה אשר בשפתי ים
אוקיינוס הזה ובכל הערוות האלו
יש להם ישובים רבים וגדולים
וארוכים לאין מספר באמור ויש להם
שמות חדשות אשר קראו להם
הנוצרים מלבד השמות אשר קראו
להם יושביהם בלשונם אשר אין
דעתי להאריך בזכרונם כי יצטרך
לספר גדול וגבוה לחזיק פרטי כל
גליל וגליל וכל מחוז ומחוז רק
אסתפק בהכרחי ובמה שיכשר
הידיעה ממנו העקר ואת השפל
אניחנו לאותך הפרטים אל האנשים
המעיינים במלאכת ומה שנאמר בזות
באלה המקומות אשר בשפתי ים
אוקיינוס יש בו דברים רבים
מועילים ואילנות גדולות מה שלא
ישוער עביים וגודלם יען נמצאו
אילנות שצריכים עשרים איש לחבק
אחד מהם בין שיהיו אילני סרק
או עושי פרי ורה לרוב רטיבות
הנהרות הנגרות וטוב האויר
במקם טוב אמרו המלחים כי הים
במקום הזה כסביבות שפתי ענולי
היבשה הנאת שהים רץ ויורד
במרוצה רבה מה שלא ישוער
בחוץ מצריך למלחים להתרחב בים

monteri isti mediani vocantur in Lege Cushim, Putim, & Lubim. Et loca ista quæ sunt in ripa maris Oceani & in omnibus areis istis, habent habitationes multas & magnas & longas in infinitum, ut dictum est. Et sunt eis nova Nomina quæ ipsis imposuerunt Christiani, quibus non est numerus, præter nomina quibus ea vocarunt incolæ eorum linguâ suâ: nec est mens mea prolixe agere de commemoratione eorum; nam necesse esset habere Librum magnum & altum ad commemorandum particularia cujusvis regionis & provinciæ. Sed contentus ero necessariis, eoque quod convenit scire tanquam principale: & quoad accessorium, relinquam illud cum prolixitate particularium viris hanc Artem considerantibus. Quoad id quod de hoc dicturi sumus, sunt in istis locis quæ ad ripas Oceani, res multæ perutiles, & arbores magnæ quarum craffities & magnitudo non potest imaginari: reperiuntur enim arbores quæ requirunt viginti homines ad amplectendum unam ex eis; eæque sunt tam arbores steriles quam fructiferæ: hocque ex copiosa humectatione fluminum diffluentium, & ex bonitate climatis cum [Cœli] aspectu bono. Dicunt nautæ, mare in hoc loco esse in circuitu riparum rotundarum Continentis hujus, idque esse mare currens & descendens tam forti cursu ut vires ejus æstimari [seu exprimi] nequeant: debent itaque nautæ latius expatiari in mare & longius

ולהתרחק

ולהתרחק ממרוצתו ויש בגלילות
האלה אלמאדיא ולו ספינות רמות
אשר גם הם יתרחקו מן המרוצה
הזאת:

עוד ראוי לדעת כי בתוך הים
הכושי חוזר נגד כל המקומות
והפרומונטוריאי האלה יש איים
רבים נפרדים זה מזה ויש מהם
איים יעמדו בשלוש משולש גדולות
וקטנות מישבות רחוקות מהיבשה
גם קרובות וגם בלתי מישבות
אשר נמצאו שם רבוי יערות היערין
ועזים ותחשים גדולים ויונים רבים
לאין מספר גדולים טובים ושמנים
ואין פחד אדם עליהם כי לא
הורגלו גם הם בראיית אדם כמו
שהזכרתי באיי הים האחרים והנה
ער באן הכלית ערוכה שפת ים
חכושי וקאוו רושו ראש ארמוני
ונהרי קאסאמאסא:

ab ejus cursu recedere. Suntque in istis regionibus multæ [1] Almadiæ, i. e. naviculæ quæ etiam procul se continent ab hoc cursu.

Præterea sciendum est, quod in medio maris hujus Æthiopici adversus omnia loca & Promontoria ista, sunt insulæ multæ separatæ una ab altera: & sunt ex eis quæ stant sicut [2] trinitas triangulata, tam magnæ quam parvæ, habitatæ, procul à Continente & quoque prope illum, & etiam non habitatæ, in quibus reperitur multitudo sylvarum Verzini, & aliæ res; & serpentes magni, & columbæ infinitæ magnæ & bonæ & pingues, quæ non timent ab hominibus, quia non sunt assueti visui hominum, uti mentionem feci in aliis insulis maris. Et en huc usque est complementum areæ litoris maris Æthiopici & Capo rosso seu Capitis rubri, & fluviorum Cassamassæ.

1 *Almadiæ*] i. e. parvæ incolarum Cymbæ quæ ex uno cortice grandiore constant. Est nempe Betulæ cortex, ex quo tam Cymbas quam alia vasa parare solent.

2 *Trinitas triangulata*] i. e. in formâ triangulari.

פרק כג יודיע עוד מה שנשאר ברוך משך היבשת הזאת הכושית וכל הנמצא בים אוקיינוס הזה והנהרות הגדולות עד דרך מבוא תחלת הכנסת לשון ים סוף כיבשת ארביאה:

CAP. XXIII. *Docet id quod reliquum est per viam continuationis Continentis hujus Æthiopici, & totum quod invenitur in mari isto Oceano, & fluvii majores usque ad viam introitus in initium ubi intrat lingua* [i.e. Sinus] *maris Sûph in Continentem Arabiæ.*

למען נשמור סדר המהלך הזה האמתי ודרך ישובו הסובב את כל ארץ החולה אשר שם הזהב בארץ כוש השפלה נודיע בזה מה שנמצא בצלע שפת הים הזה וללכת לסבוב היבשה אשר מראש ארמוני ומלכות נהרי קאסאמאסא יש שני איים בים על ימינם בלתי מיושבות מלאות אילני וירזין ואילני קאסיאה פיסטולא ואחרי המלכות הנזכר קאסאמאסא יש מקומות רבות מיושבות לאין חקר ונהרות נרולים לאין מספר ופרומונטוריאי נרולים ורבים ואמרו המלחים במקום הזה שיש נהרות רחבים יותר מארבעים מילין והנהרות נקראים כיסינוי ואחר נמצא פרומונטוריאו נרול בים נקרא קאוו די וירנא ראש וירנא ומזה מאה וארבעים מילין לקאוו סאנרים אשר אין כמוהו ביבשת צלעי הים לנבהותו וכל הראשים האלה מעוטרים ומכוסים מכל טוב וירוקים סביבותיהם באילנות

UT servemus ordinem itineris hujus veri [seu realis], & viam habitationis ejus quæ circumit totam terram Havilæ ubi est aurum in terrâ Cush inferioris, hic notificabimus id quod reperitur in costâ oræ hujus maris, eundo per circuitum Continentis qui est à Capite rubro & regno fluviorum [1] Cassamassæ. Sunt ibi duæ insulæ in mari ad dextram eorum non habitatæ, plenæ arborum Verzin & Cassiæ fistulæ. Et post prædictum regnum Cassamassa, sunt multa loca habitata in infinitum, & fluvii magni innumeri, & Promontoria magna & multa: & dicunt nautæ quod in hoc loco sint fluvii ultra quadraginta milliaria lati, qui fluvii vocantur Bessegevi. Et postea reperitur Promontorium magnum in mari, vocatum Caput Verga. Et hinc sunt centum & quadragiota milliaria ad Capo Sagres, cui non est simile in Continente laterum maris præ altitudine sua. Et omnia hæc Capita circundata sunt & tecta omni bono, & viridia sunt circa ea, cum arboribus magnis: & magnæ

1 *Cassamassa*] Europæis Navigatoribus dicitur *Casamansa*.

באילנות רבות גדולות והישובים
גדולים למטה קריב לשפת הים
ויותר מישבים לשפתי הנהרות
תיוריים בין היבשה ישובים ארוכים
לאין קץ הנהר והנהר מפה ומפה
והם רעננים ורטובים ממימי הנהרות
רק כי למעלה בין היבשה חום
גדול מאוד לשבענו ובמוצא מורד
הנהרות מן ההרים שם הזהב
והכסף ואבני הברולח וגם אבנים
טובות רבות והנה במקום הזה קאוו
סאגריס הל ראש קדוש בנה עליו
השר הנוצרי דון אנריק מפורטוגאל
בנין נדול וחזק וכל אלו הגלילות
עובדי אלילים המה מעשי חרשים
כלם אלילי עץ ואבן והם שחורים
וחטומי פנים בשרשות אש כמו
שעושים הברזילי והולכים ערומים
ומכנסים להם מקליפות אילן ובלא
כלי זין להם רק קשתות לורוק
חצים ואבני קלע מאכלם הרב
הרוב להם אורז ודוחן וכל מיני
קטניות יש להם מאד ורבש לרוב
עוד אין חקר עם פירות אחרות
נבשר פרים ועזים:

ונגר הראש הקדוש סגרים הוה
יש בים נגרו שתי איים קטנים

habitationes ſunt inferius ad oras maris, ſed plures habitationes ſunt ad ripas fluviorum deſcendentium inter Continentem, habitationes inquam longæ in infinitum hinc & illinc, huc & illuc: ſuntque virentes & humectatæ aquis fluviorum. Verum ſuperius inter Continentem, eſt nimis magnus calor pro naturâ noſtrâ: & in exitu deſcenſus fluviorum ex montibus, ibi eſt aurum & argentum & Lapides Bdolach, & quoque [2] lapides pretioſi multi. Et en in loco iſto eſt Capo ſagres, quod eſt dicere, Caput ſanctum, ſuper quod Princeps Chriſtianus Don Henricus de Portugal ædificavit ſtructuram magnam & fortem. Et in omnibus iſtis regionibus colunt idola quæ ſunt opus artificum: omnia illa ſunt idola lignea & lapidea. Suntque nigritæ, faciebus ſuis ſignati ſtriis igneis, uti faciunt Bretini: & incedunt nudi, niſi quod habeant fœmoralia ex corticibus arborum. Suntque abſque inſtrumentis armaturæ: ſunt autem illis tantum arcus ad ejaculandum ſagittas, & lapides fundæ. Cibus eorum [3] ut plurimum eſt ex Oryzâ & Milio & omni genere Leguminum quæ ſunt eis pulcherrima, & mel infinita copia, cum fructibus aliis, & carne juvencorum & caprarum.

Adverſus iſtud Caput Sagres ſeu Sanctum, ſunt in mari è regione ejus, duæ inſulæ parvæ refertæ omni bo-

2 *Lapides pretioſi*] Falli videtur noſter Author, cum Æthiopia (teſtante D. Ludolpho & noſtratibus qui ibi vixerunt,) nullas Gemmas gignat: eas enim, ſi quas habent oram maritimam incolentes, aliunde per mercaturam accipiunt.

3 *Ut plurimum*] Heb. *per viam latitudinis*, q. d. ut cum aliquâ latitudine loquar, viz. non nimis ſtricte, ſcrupoſe, & accurate loquendo.

מלאים כל טוב כלא ישוב ושם עצי
וירזין ומחצבים ועופות גדולות
ופאוני גיונים לרוב ותחשים והמשים
זרים ורחוקות האיים כמו ששה מילין
ד מזו והישוב הזה מראש קדוש
הוא מאנשים אנשיהם העשירים
נושאים נזמי זהב עם אבנים טובות
באזניהם ובאפם ובשפתותיהם אשר
בעת האוכל יסירו אותם בנקלה כי
כן דרכם להסירם ונם כי הנקבים
אשר בבשר האנשים בעד מהנזמים
ומהאבנים הנזכרים הם נקובים
ברחב:

ואחר קאנו מאגרים הזה ארבעים
מיל נמצא נהר ס ויצינצו החבו
מ מילין בראיה ונסיון ואצלו הר
גדול מכוסה אילנות גדולות
וירוקים ואחריו בצלע חיבשת חוצת
נהר ירוק וירדי והוא רחב מן האחר
ונם בזה יש הר גדול ויפה ומעוטר
בכל טוב וכננדו בתוך הים שמונה
איים במקום הזה נגד היבשה
מלאים דברים הגונים לסחורה
ומלאים פראים רבים ואלה השמנה
איים הם מניעים להיות נגד היבשה
למקום אחר נבוה הנקרא קאנו
אלינרו לל ראש שמח יען כי כל
תסיבוב הזה הטוב יפה ושמח ואחר

ac, sine habitatione: ibi sunt arbores *Verzin*, & ♦ minerolia, volucres magnæ, & pavones, & columbæ plurimæ, & serpentes, & reptilia peregrina: & hæ insulæ à seinvicem distant circiter sex milliaribus. Et in habitatione hac de Capite Sagres seu sancto, homines eorum sunt divites portantes monilia aurea cum lapidibus pretiosis in auribus suis & in naso & in labiis suis, quæ tempore cibi removent facillime: sic enim est vis eorum removere illa: nam foramina illa quæ in hominum carne sunt propter monilia & lapides prædictos, sunt foramina lata.

Post Capo Sagres hoc quadraginta milliaribus, reperitur Fluvius S. Vincentii, cujus latitudo est quadraginta milliarium per demonstrationem & experientiam: & prope eum est mons magnus opertus arboribus magnis & virentibus. Et post illum in costa Continentis istius est Fluvius verde seu viridis, qui est altero latior. Et hic etiam est mons magnus & pulcher & omni bono circumcinctus. Et fere adversus illum in medio maris sunt octo insulæ in loco isto è regione Continentis, quæ sunt plenæ rebus idoneis ad mercaturam, & plenæ onagris multis. Istæ octo insulæ perveniunt donec sint è regione alterius loci alti in continente dicti Capo allegro, quod est dicere, Caput alacre, quia totus iste circuitus est humidus pulcher & lætus. Et postea in costa oræ ma-

♦ *Minnalia*] Sic in More Novochim --- *Minerolia* notat: alias vero sæpe quævis *Lapicidinæ* significat.

ור

וז"ל בצלע שפרט היכם ביבשת
מראש שמח יש הר גבוה ותלול
נקרא הר אהי"ה ליאון והיא ארץ
שפלה חוליית ונהר נהול אצלו
נקרא נהר רושו ארמוני לפי שתחתיו
הנהר החול ממנו אדום ובן הקאוו
והראש אשר הנהר נקרא ארמוני
ובן יש אי אחר בים נגד זה הראש
קראוהו הנוצרים אי ארמונית אינסו
לא רושא ואחר הקאוו רושו הזה
הוא ראש ארמוני ומצאו נהרות
הפורת וראשי הרים רבים נמשכים
בים הרבה מאד ואצל סביבותיהם
יש מרוצת מים בתוך הים רבה
מאד נסבבת תפוך סבובי הראשים
המכרים ורבוי מי הנהרות הנגרים
ובן יש איים רבים נרם בתוך הים
וכל אלה יקראו מנבול ים אוקיינוס
מכוש השפלה ער שיניע הצלע
ושפרט היבשה הזאת למצוא פה
התחלת ים סוף אשר זכרנו פעמים
רבות ואשר מהר נמצא מקומו והוא
בי אחר ראש ארמוני הזה הנוכר
והנהרות והנוכרים נמצאו בשפרטי
הים הזה בכל הראשים האלה והיער
הגדול הנפלא בשפולי תחתיה
מלכות בארבאריקו ואלה קצת
שמות הנהרות והראשים נהר פלמי
מרוב תמרים אין חקר ועוד שתי

titimæ in Continente Capitis alacris, eſt mons altus & tumefactus, dictus Mons Leon ſeu Leonis : hæc autem terra eſt depreſſa arenoſa : & juxta eam eſt fluvius magnus dictus Fiume roſſo ſeu Fluvius ruber, quia in inferiore parte [i. e. fundo] fluvii, arena ejus eſt rubra. Et ſic eſt Capo ſeu Caput quod hic vocatur Rubrum. Et ſic eſt inſula alia in mari è regione hujus Capitis, quæ à Chriſtianis vocatur Inſula roſſa ſeu Inſula rubra. Poſt Caput iſtud rubrum inveniuntur fluvii magni & Capita montium multorum quæ valde multum protrahuntur in mare : & apud circuitus eorum eſt valde magnus aquarum curſus in medium maris, propter gyrationem circuituum prædictorum Capitum & multitudinem aquarum fluviorum decurrentium. Et ſic quoque ſunt inſulæ aliæ, multæ è regione earum in medio maris. Et hæc omnia ſic vocantur à termino maris Oceani Cuſh inferioris uſque dum perveniat quis ad coſtam & oram iſtius Continentis ad inveniendum ubi ſit initium maris rubri (cujus mentionem fecimus multoties,) quorum loca facile inveniuntur : quia nempe poſt Caput iſtud rubrum prædictum & fluvios prædictos, omnia hæc Capita hic in ora maritima reperiuntur ; ut & Sylva maxima & miranda in infimis inferioris partis regni Barbarici. Hæc autem ſunt quædam ex Nominibus fluviorum & Capitum : Fluvius Palmæ, propter infinitam multitudinem Palmarum. Suntque

נהרות

נהדורת במשך הים אורך שבעים מילין קאוו די מונטי ראש הר קאוו קורטיס והיער הגדול הנזכר מלא חיות קטנות עם גדולות בסוף מלכות הנקרא ריניאו באראריקו לטולומיאו מישב מאנשים זרים לא נשמע לשונם לתורגמן הנוצרי מוצא רבוי האליקורניאי ואיים רבים בים נגד המקום הזה והים רחב מאד עם מוצא תשעים ים נוראים אשר פעמים רבות יפחידו רוכבי הים באניות ויפסידום בהרף עין ובמקום הזה ביבשה נמצא עיר גדולה בנויה אלא מוריסקא ושמה מילינדי וכן שם העם נקרא גוי מילינדי מקום מוצא כל טוב זהב וכסף ומחצבים ופשושים ועצי וירזין ואלמוגים:

praeterea duo alii fluvii post protractionem maris per longitudinem septuaginta milliaria. Capo de monte seu Caput montis: Capo Cortes: & prædicta sylva magna quæ plena est animalibus tam parvis quam magnis in fine regni quod Ptolemæo dicitur Regio Barbarica, habitata ab hominibus peregrinis quorum lingua non intelligitur ab ullo interprete Christiano. Ibi est productio multitudinis [5] Unicornium. Et insulæ multæ sunt in mari è regione istius loci, ubi mare est valde latum, cum productione Draconum marinorum & piscium terribilium qui sæpissime terrefaciunt eos qui per mare in navibus vehuntur, eosq; perdunt in nictu oculi. Et in isto loco in Continente invenitur urbs magna ædificata alla Morisca, cujus nomen est Melinde: & sic est nomen populi qui dicitur Gens Melindensis: ibi est productio omnium bonorum, auri, argenti, mineralium, simplicium, & lignorum Verzin & Almugim.

וערת במקום הזה ראוי להודיע כי כל מה שכרנו מפורטוגאל עד הנה שהוא התחלת ים מלכות ברבריקו בכאן הוא תכלית וסוף יבשת כוש השפלה הנק אטיאופיאת באשא ובכאן כשפת הים בעליית מלכות באראריקו הזה ולעלות למעלה הוא בתחלת הגולפו הגדול הזה אשר ממנו יתחיל לעשות

Et nunc in hoc loco convenit docere quod totum id cujus mentionem fecimus à Portugalliâ huc usque ubi est initium regni Barbarici, est complementum & finis Continentis Cush inferioris quæ vulgo dicitur Æthiopia bassa. Et hic in orâ maritimâ superioris partis regni hujus Barbarici & qua superius ascenditur, ipsum est initium Golfi magni qui exinde incipit

[5] *Unicornium*] Author hoc utitur Italicâ voce *Alicorni*. Ea quidem bestia quæ Unicornem vulgo pictam maxime æmulatur, est *Onager* seu Asinus Indicus. Qualis autem sit Unicornis Biblica, bene docuit Doctiss. Bochartus in Hierozoico.

לשון

facere linguam maris Suph (quæ ascendit in Continentem & maxima ex parte hinc illinc inhabitatur usque ad montem Sinai) sunt circa triginta milliaria longitudine directa. Verum infra hunc magnum Golfum necesse est transire per totam ejus latitudinem per septingentas Parasangas ut invenias Continentem Indiæ & Sinum Persicum. Et ibi est urbs Iq Mecca, & Calecut, quarum negotium explicabimus Capite sequente. Et post transitum Golfi istius magni, tota pars illa terrestris dicitur esse de Asiâ majore & inferiore, & continuatur ad Persiam & Indiam, ut explicaturi sumus.

לשון ים סוף העולה ביבשה ומישב רובו מפה ומפה ער אצל הר סיני כשלשה אלפי מילין בארך ישר אמנם למטה בגולפו הזה הגדול צריך לעבור כל רחבו כמו ת"ש פרסאות ולמצוא יבשת הודו וסינום פירסיקום ושם עיר לאמיקא וקאליקוט אשר נבאר ענינם בפרק הבא ואחר מעבר הגולפו הגדול הזה נקרא כל החלק הארציי הזאת מן האסיאה הגדולה והשפלה ותמשך לפרס והודו כאשר נבאר:

CAP. XXIV. *Exponit tractum finis termini [Regni] Barbarici prædicti: & mare rubrum ejusque oras: & transitum ulterius ad Golfum Barbaricum & totum quod in illo: sic enim vocavit eum Ptolemæus, & huc usque explicavit in Libris suis, & non ultra. Et quoque de transitu ad Golfum, ubi est inventio la Meccæ & Calecut. Et post ista, de regionibus Indiæ, & inventione Judæorum, & flumine Sabbatico. Et hæc omnia sunt in parte quæ est Asia.*

AD declarandum inventionem istorum exituum secundum id quod scripserunt nautæ hujus artis periti, dicemus, quod in magno hoc Golfo supra commemorato, post finem regni Barbarici in Continente, ipsum est initium linguæ maris rubri, quod intrat in medium Continentis desertalis usque ad montem Sinai, itinere circa ducentorum millia-

פרק כד יבאר משך סוף גבול בארבאריקו הנ"ו ים סוף ושפתיו ומעבר להלאר"ת בגולפו בארבאריקו וארת"כל אשר בו כי כן קראו טולופיאו וער כאן פירש בספריו ולא יותר ומעבר לגולפו היא מציאורת לאמיקא וקאליקוט ואחר אלר"ת גלילות הודו ומציאות היהודים ונהר סבטיון וכל אלר"ת בחלק האסיאה:

להודיע מציאורת המוצאות האלר"ת כפי מה שכתבו המלחים החכמים במלאכה הזאת נאמר כי בגולפו הגדול הזה הנזכר למעלה אחרי סוף למלכורת בארבאריקו ביבשורת הוא התחלת לשון ים סוף אשר יכנס היבשורת המברירת ער

הר סיני במהלך אלפים מילין וכו
בים סוף חזרה איים רבים הנרא
והנה רובם אין קאלאמישאה הם
אשר הספינות שיהיה בם ברזל
לא ילכו בם בסמוך להם ונם הים
סוף הזה מימיו אינם עמוקים ורוב
חתול אשר בשפתי הים הוא
ארמוני ונם כי באמצע ארכו יעיו
לתחום מדברי החול אשר לפעמים
ברוח קדים חרישית יחרוש הרוח
את היבשה והיא ותחול יעלה
באויר וישאהו הרוח וינביההו ויכסה
בחול אנשים רבים וימותו ובזה
תמצא המומיא לעוברי מדבריות
אולם על שפתי צלעי ים סוף הזה
מפרה ומפרה יש ישובים ועירות
נדולות ביבשה לסיבת מוצא מי

rium. In iſto mari rubro ſunt inſulæ multæ hinc & illinc: multæ ex eis ſunt inſulæ Calamitæ [ſeu Magnetis:] adeo ut naves in quibus eſt ferrum, non audeant ire prope illas. Maris iſtius rubri aquæ non ſunt profundæ, ſed [1] arenæ maxima pars quæ in maris litoribus, eſt rubra. Et in medio longitudinis ejus pervenitur ad terminum deſerti arenoſi, quod aliquando eſt ſub vento orientali [2] aratorio, ubi ventus ita exarat Continentem illum, ut arena aſcendat in aerem: ventus enim rapit illam elevatque, ita ut arena tegat multos homines & moriantur. Et hic eſt quod inveniatur Mumia ab iis qui tranſeunt per Deſerta. Verum ad oras coſtarum iſtius maris rubri hinc illinc ſunt habitationes & magnæ urbes in Continente, propter egreſſionem aquarum fluvialium dulcium qui deſcen-

[1] *Arena --- eſt rubra*] Fallitur hic noſter, ut & alii multi qui de *Maris Rubri* nomine fruſtra diſquiſiverunt. Eſt enim Θαλασσα ἐρυθρὰ, nil niſi *Mare Edom* ſeu *Idumæum*, quippe ad cujus littus adjacet Regnum *Edom* quod *Rubrum* ſignificat. Ita ut *Mare Rubrum* idem ſit ac ſi *Mare Edomæum* diceretur. Noſtram ſententiam quod attinet, *Gen.* XXV, 30, legitur *Idcirco vocatum eſt nomen ejus Edom*, i. e. *Ruber*. Sic etiam Verſio Samar. אדום, & Verſio Arab. الاحمر, quorum ſingulorum Interpretatio eſt ὁ ἐρυθρός: is eſt *Eſau*, qui (ut cum profana hiſtoria res conciliatur,) fuit Rex, ſc. regionis *Idumæa* ſeu *Edom* ab hoc mari non ita remota: quin ut id ab ea denominata fuerit Θαλασσα ἐρυθρά. Alias hodierni Judæi in ſuis Libris per invidiam nomine *Edom* totam ditionem Rominam intelligere ſolent.

[2] *Vento aratorio*] Hinc explicari poteſt locus *Jonæ* IV, 8, ubi idem adhibetur vocabulum notans Ventum illum furioſum qui Jonam vexabat arenam exarando & in faciem ejus ſpargendo, ita ut pene ſuffocaretur. Herbertus & alii in Itinerariis Orientalibus mentionem faciunt talium in arenoſis Deſertis flantium Ventorum, qui virorum & camelorum tota agmina aliquando obruere & opprimere ſolent, & in arena ſepelire. Si autem arenoſa procella non ſit nimis vehemens, poſteriora vento obvertiſſe ſufficiet camelis & hominibus, ne ſuffocentur. Idem fere D. Wanſleb de præſente Statu Ægypti Anglice p. 22, prodit de Vento *Meriſi*, qui adeo urens & procelloſus ut ferme ſpirandi facultatem hominibus adimat, in minimas quaſvis rimas penetret, & totum aerem quiſquiliis & arena obnubilet & obſcurum reddat, & morbos lethales generet. Inſigne incolis gaudium, quando iſti Venti Auſtrales vel rarius vel ſæpius ſpirant, dicti خمسين *Kamſin* qua inter Paſcham & Pentecoſten Coptitarum; & à Novembri ad Februarium: tunc autem non quotidie, ſed aliquoties tantum accidunt. Sed & ejuſmodi Venti ab Ortu flantes eodem nomine vocantur. Prædictus itaque Ventus Jonam impetens, eum arenâ & quiſquiliis obruebat & ferme ſuffocabat.

נהרות

נחלים מתוקים ירדו מהתרים אשר
בתוך היבשה מזה ומזה וישתיבו
רוב חמקומות כלם ואחרי כן כל
הנחלים הולכים אל הים והנחלים
והנהרות טובים ליושבי הארץ:

ועתה נניח עסק ים סוף ונשוב
למשל בגולפו הגדול אשר בסוף
מלכות בארבאריקו האמור שהוא
סוף ארץ כוש השפלה ללכת לאמי-
קא או לקאליקוט אשר אלה הם
בגלילות יבשת האיטיאופיאה
התחתונה בצלעי ים הודו אוקיינוס
ונאמר כי צריך לעבור הגולפו הגדול
הזה אשר רחבו יותר מתשׁ פרסאות
ושמה יניע לבא למצא שפתי
צלעודת ים לאמיקא ואחריו מהלך
כמו מ׳ ימים ארץ קאליקוט אשר
דרך היבשה ההיא ימשכו ללכת לים
פרס הוא סינוס פירסיקוס ואחריה
ברצועה ההיא בים הודו ים נאניש
עד סוף רצועת הים המזרחי ושם
סינוס מאניוס:

אמנם לבאר פרטות המקומות
הראשיות אשר על שפת ים הודו
ואוקיינוס הזה ואשר למעלה מהם
ביבשת היא אינדיאה העליונה
נצטרך לחזור בראשונה בסדר הזה

dunt ex montibus qui in medio Continentis hinc inde, & humectant maximam partem locorum illorum omnium. Et deinde omnes torrentes in mare eunt: nam torrentes & fluvii boni sunt pro habitatoribus terræ.

Et jam relinquemus negotium maris rubri, & revertemur inferius ad Golfum magnum qui est in extremitate dicti regni Barbarici, ubi est finis terræ Cuſh inferioris, ut eamus ad Meccam aut Calecut quæ sunt in regionibus Continentis Asiæ inferioris ad costas maris Indici Oceani. Dicemus itaque, quod necessarium sit transire Golfum istum magnum qui latitudine excedit septingentas parasangas: & ibi pertingat aliquis ut veniat ad inveniendum oras costarum maris la Meccæ: & postea est iter circa quadraginta dierum ad terram Calecut, ubi per viam illius Deserti continuant ire ad mare Persicum, quod est Sinus Persicus; & postea per eandem lineam ad mare Indicum & mare Gangis, usque ad [3] finem lineæ maris Orientalis: & ibi est Sinus magnus.

Verum ad explicandum particularitates locorum principalium quæ ad oram maris Indici & Oceani istius, & eorum quæ sunt supra ista in Continente seu Indiâ superiore, necesse est ut revertamur primo ad [4] hunc ordinem, & dicamus quod

3 *Finem*] Author hoc prætendendo ducere tantum ad Calecut, ducit longe ultra eam in extremum Orientem.

4 *Hunc ordinem*, &c.] D. Bartholocitus in suâ Bibliothecâ Rabbinica pag. 124, egregie exspirat in hujus loci interpretatione, uti ibi videre licet.

ונאמר כי אחר מעבר הגולפו הנז
ילכו ויניעו ליבשת מחוז גליל לא-
מיקא אשר קרוב לים הודו ואם ירצו
לעלות בגליל הזה העליון אשר ביבשה
הזאת שם ימצאו מדברות גדולות
וגם ישובים מהיהודים היושבים על
נהרי נאניים כאשר כבר כתבתי על
זה וכמו שנתבאר לנוצרים וכן
כתוב בספרים החדשים כי בגלילות
האלה אשר למעלה מנבולות
לאמיק וכן למעלה ממדברות
קאליקוט נמצאו יהודים רבים לאין
מספר ומלכות מלכים רבים יש
להם ונבדלים ורחוקים אלו מאלו
היינו בין היהודים אשר למעלה
מלאמיק ובין היהודים אשר למעלה
על קאליקוט כי יש מהלך רב ביניהם
אולם בין האיים אשר בתוך ים
הודו אין קצה למספרם ולהם
בים וביבשה עושר זהב ובשמים
ואם יאמרו מכתבי הנוצרים האלה
כמכתביהם כי אם יש מקומות רבים
מאלו היהודים שהישמעאלים
והשחורים ההם צערו אותם ויבזום
וירדפום מם די לומר שיש ליהודים
מציאות להם בוודאי בעושר וכבוד
ובמלוכה ובמציאות רבים ובשמים

post transitum Golfi prædicti, procedent & pervenient ad Continentem territorii regionis la Meccæ quæ prope mare Indicum. Et, ſi voluerint aſcendere per regionem iſtam ſuperiorem quæ eſt in iſto Continente, ibi invenient Deſerta magna, & quoque habitationes Judæorum qui ibi habitant ad 5 fluvios Gangis, uti jam ſcripſi de hoc, & ſicut explicatur à Chriſtianis: & ſic ſcribitur in Libris recentioribus, quod in iſtis regionibus quæ ſunt ſupra terminos la Meccæ, (& ſic ſupra Deſerta Calecut,) reperiantur ibi Judæi plurimi donec non ſit numerus, & regnum multorum Regum eſt illis. Sunt autem ſeparati & longinqui iſti ab illis, hoc eſt, inter Judæos qui ſupra la Meccam & inter Judæos qui ſupra Calecut: nam eſt iter maximum inter eos. Verum inter inſulas quæ ſunt in medio maris Indici, infinitus eſt numerus eorum: & ipſis tam in mari quam in Continente, ſunt divitiæ, aurum & aromata. Si vero dixerint Scriptores Chriſtiani iſti in Scriptis ſuis, quod quamvis ſint multa loca horum Judæorum, tamen Iſmaelitæ & Nigritæ iſti moleſtent ipſos eoſque contemnant & proſequantur; nihilominus ſufficiens eſt dixiſſe quod ſit Judæis ipſis pro certo exiſtentia in divitiis & honore & regno; & exiſtentia rerum & aro-

5 *Fluvios Gangis*] Sic etiam infra in plurali effert, eo quod Ganges ubi in Sinum Bengalenſem effunditur, in plures ramos ſeu rivos dividatur. Hujus Libri exemplar quod citat D. Bartoloccius, hoc addit, הוא נהר גנון *ipſe*, (nempe Ganges) *eſt fluvius Genan.*

יקרים

יקרים וחשובים בירם וכן כתב
החכם החוקר הנוצרי בספר עולם
חדש נדפס זה ימים רבים בויניציאה
ואם כי הנוצרים יעלימו כל אלח
וכן כתב בספרו עולם חדש בספר
שני קפיטולו ששים אמר שם
שנתגלה להם מציאות יהודים רבים
ומלכים גדולים עליהם ומציאות
בשמים רבים והוב הפלפל בירם
ומתחיל הקפיטולו בלשונם צירקא לי
קוסי רילא אינדיאה רל סביבות
עניני האינדיאה:

וכן נבאר מוצאי נהר סמבטיין בגלי-
לות האינדיאה הזאת העליונה בין
נהרי נאניים אשר בלשוננו נזן כאמרו
וינלם קירה וכו בלחלח וחבור והרי נזן
וערי מרי והמקומות האלה הם
למעלה ביבש חער לאמיק ועל קא-
ליקוט ונהר סמבטיין למעלה מקא-
ליקוט מוצאו ומפסיק בין האינדיאני

matum pretioſorum & præſtantium. Et ſic ſcripſit Doctor ille Philoſophus Chriſtianus in Libro de Mundo novo impreſſo ante multos dies Venetiis. Et quamvis Chriſtiani occultent hæc omnia, tamen ſic inquam ſcripſit in Libro de Mundo novo, libro 2do, capite 60mo, ubi dicit quod detecta fuit ipſis exiſtentia [ſeu inventio] Judæorum multorum & Regum maximorum ſuper eos; & quod ſit exiſtentia aromatum multorum & copia piperis in manu eorum. Incipit vero Caput illud in lingua eorum *Circa le coſe del India*, i. e. circa res Indiæ.

Et ſic explicabimus egreſſionem fluvii [6] Sambation in regionibus Indiæ iſtius ſuperioris inter fluvios Gangis, quæ linguâ noſtrâ eſt Gozan, ſicut dixerunt, [7] *Et tranſportavit eam ad Kir*, &c. *ad Chalach & Chabor & montes Gozan & urbes Mediæ.* Iſta autem loca ſunt ſuperius in Continente ſupra la Meccam, & ſupra Calecut. Fluvii quidem Samba- tionis ſcaturigo eſt ſupra Calecut, & diſcriminat inter Indos illos &

6 *Sambationis*] D. Bartoloccius pag. 117, 118, fluminis Sabbatici hiſtoriam refutat, & omnes Authores qui talis Fluminis vel meminerunt vel de eo plenius tractarunt, ad numerum vicenarium recenſet. Addo, quod talis alicubi detur fluvius quem Judæi ſic aliquando vocaverint, veriſimile videtur: ſed talem nominis rationem afferre, quaſi tunc olim ſic dictus fuerit quod die Sabbati quieſceret, eſt mera fabula, quam ſequentem originem habuiſſe exiſtimo. Cum nempe Judæi à Senacheribo ducerentur Captivi, primo inter deportandum non potuerunt celebrare Sabbata ſua. Poſtea vero cum aliquam requiem & reſpirationem obtinerent, prima qua potuerant occaſione Sabbatum celebrarunt ad ripam fluvii *Gozan*, qui itaque à quibuſdam dictus *Fluvius Sabbaticus*. Deinde alii poſtea hujus nominis veram cauſam & originem ignorantes, finxerunt (ut Judæi fabuloſi ſunt,) iſtum Fluvium ſic nominari, quaſi die Sabbati quieſceret, & reliquis diebus flueret; vel è contra, quaſi ſola die Sabbati flueret, reliquis vero diebus curſum fiſteret, nam Authores de hoc variant, & poſteriorem ſententiam affert Joſephus. *Gozan* autem fuiſſe *Fluvium Sabbaticum* propter allatam rationem ſic dictum, nullus dubito. Qualis autem is ſit, & ubi ſit, alibi (volente Deo) docebitur; cum longiorem poſcat diſcurſum.

7 *Et tranſportavit* &c.] Noſter heic miſere tractat hunc locum Biblicum, inſerendo *Kir* ex 2 *Reg.* XVI, 9, & XVII, 9; & quoque ſubſtituendo *Montes* loco *Fluminum*, &c. Rabbi Benj. p. 97, ſubſtituit *Montes* pro *Urbibus*, ויגלם בלחלח וחבור והרי גוזן והרי מרי *Deportavit eos ad Lachlach & Chabor & fluvios Gozan, & ad montes Medorum.* In his autem (ut & in Targum *Cant.* V, 4, male legitur להלח *Lachlach* pro חלח *Chalach*, quæ hodiè vocatur حلوان *Hulvân.*

ההם לקצת מלכות היהודים ושם
תמצאם כודאי ומי שיכפור בזה ויטכל
ענינו ויהחל ברברי אשר נאמר עליו
נמי שיכפור ברברי התלמוד לרזל
תנא שאל קיסר לר׳ מה יום מימים
אמר לירד מאן גבר מגוברין ואחר
המשא והיכוח השיבו ואמר
לו נהר סמבטיון יוביח ואיש שלא
יתרצה באלהא אומר אליו בני
אתה אם לא תתרצה במכתבי
קדש עלה נא וראה מה שכתוב
בספריהם וברפוסיהם ליוסף בן
גוריון הגדול להם נקרא אצלם בילו
יוראיקו לל מלחמת היהודים ושם
בחלק שני בספר אחרון קפישולו לה
בשוב טיטוס מפרס ומרי אמר שהלך
ומצא את היהודים האלהא מעבר
לנהר סבטיון השוברת אחר מימי

partem regni Judæorum: & ibi illum reperies pro certo. Quicunque negat hoc & ſtultum putat negotium ejus, & ludificat in verba quæ dicuntur de illo, is negat verba Talmudis Doctorum noſtrorum b. m. [8] Traditur, *Rogavit Cæſar Rabbinum* [Sanctum,] *Quid eſt dies* [unus] *pra aliis diebus? Reſponait ei, Quid eſt vir pra aliis viris? Et poſt tranſactionem & diſputationem, regeſſit ei dixitque, Fluvius Sambation arguit aliquid.* Et quicunque non eſt contentus iſtis, dicam illi, O Fili mi tu, ſi non acquieſcis in Scriptis ſacris, [9] aſcende nunc & vide id quod ſcriptum eſt in Libris eorum & Impreſſionibus [10] eorum Joſephi filii Gorionis qui magnus apud eos, [libro] ipſis vocato De bello Judaico. Ibi enim parte 2da, libro ultimo, cap. 35to, cum [11] Titus reverteretur ex Perſiâ & Mediâ, dicit, quod iverit & invenit Judæos iſtos ab altera parte fluvii Sabbation, qui

8 *Traditur*] viz. in Talmude, Tract. *Sanhedrin fol.* 65, 2, *in Gemara*, ubi agitur de præſtantia Sabbati, his verbis, שאל טורנוס רופוס הרשע את ר׳ עקיבה אמר לו מה יום מימים אמר לו ומר׳ גבר מגוברין אמר לירד ומר׳ צבי שבתי נמי ומר׳ צבי אמר לירד הכי קאמינא לך מי ימר דהאידנא שבתא אמר לו נהר סבטיון יוביח בעל אוב יוביח קברו של אביו יוביח שאין מעלה עשן בשבת *Quæſivit Tyrannus Ruſus ille impius à R. Akiba, dixitque ei, Quid eſt Dies unus pra aliis Diebus? Reſpondit ei, Et quid eſt Homo unus pra aliis Hominibus? Regeſſit* Tyr. *Quia Dominus ſic voluit.* Alter, *Sabbathum etiam, quia Dominus ſic voluit. Dixit* Tyr. *Hoc tibi dicam vel regeram, Quis dicet hoc tempus eſſe Sabbathum? Reſpondit* alter, *Fluvius Sabbaticus arguit; Tyrho arguit; Sepulchrum patris ejus arguit; quia fumus ejus non aſcendit in Sabbatho*: uti etiam Pythones ſeu Engaſtrimythi non dabant Reſponſum die Sabbathi.

Iſte *Tyrannus Ruſus*, apud Bucholzerum anno Chriſti 133, ſcribitur *Tynius Ruſus*, tunc temporis Præſes Judææ, ab Imperatore cum exercitu miſſus ad reprimendos Judæos rebelles. Sed forte propior fuerit tempori Chriſti: quia multoties cum eo diſputaſſe dicitur R. Akiba, qui eum ſemper cum rubore dimiſit; de qua re lepidam refert hiſtoriam D. Buxtorfius in Lex. Talm. voce טורנוס רופוס.

9 *Aſcende*] Sic Arabes per تعال *Taâl, aſcende*, volunt dicere, *Veni huc, Adeſdum.*

10 *Eorum*] viz. Chriſtianorum.

11 *Titus*] Hæc hiſtoria paulo aliter narratur apud Flavium Joſephum Belli Judaici *lib.* 7, *cap.* 24. Ibi contra noſtrum, dicitur hunc Fluvium quieſcere 6 diebus, & fluere ſolo Sabbatho: & iſtam Fluvium quem Titus pertranſiit, eſſe in Syriâ inter Arcæas & Raphanæas Agrippæ regni civitates. Noſter vero quaſi ex Joſepho, ponit Titum tranſeuntem ſupra Indiam. Quomodo autem Titus illuc pervenerit, ipſe videat.

חשבוע וחמתין שביתתו ועבר מעבר
לנהר וקיבלוהו החכם קבלתו
וכבדוהו בכבוד וקרא שם הנהר
סבאטינו והוא שארצה לדבר עתה
בדרוש הלז מהיהודים ההם ומלכיהם
ועושר הבשמים והזהב והפלפם
שם מנהר סבטיין אשר הוא והם
בגלילות הודו ולך קצתם מהם על
תוך יבשת קאליקוט למעלה מזה
כאשר באתי להשב בספרי אשר
חברתי ליוכוח קראתי שמו מגן
אברהם בשמי וברבי רובל הם אמת
וברבריהם אמת וכבר כתב חכם נוצרי
הנז כי מצא יהודים רבים סוחרים
בקאליקוט מכל מיני בושם ורבדים
אחרים והם מן חשבטים אשר
למעלה מקאליקוט בין הרי נחן ונהרו
ושם למעלה מהן נהר סמבטיון הנז
המבדיל בין האנדיאני וער יבשת
גליל לאמיק שם מרבר חבור מן הצד
האחר היותר קרוב לנו ובין שתי
הכתות האלה מן היהודים אשר
מצבם בין הרי נחן ונהריו ובין
היהודים בחבור מתחת אראביאה
פיליצי כי יש ישובים וגלילות רבות

ceſſat uno dierum ſeptimanæ, & quod expectaverat quietem ejuſdem & tranſivit ad alteram partem fluvii; ubi Judæi honore ipſum affecerunt & exceperunt illum honorifice: & vocavit nomen iſtius fluvii, Sabbatinum. Et hoc eſt quod volui nunc dicere in hac Diſquiſitione de Judæis illis & regibus eorum, & divitiis Aromatum & auro eorum & argento eorum, & quoqūe de fluvio Sabbation; quod ſc. ille & illi ſint in regionibus Indicis: hoc eſt dicere, quidam illorum ſunt in medio Continentis Calecut, illo ſuperius, ſicut bene expoſui in Libro meo quem pro Diſputatione compoſui, & vocavi Nomen ejus [12] Clypeum Abrahami, ſecundum Nomen meum. Et verba Doctorum noſtrum b. m. vera ſunt, & eorum res veræ. Et jam [ut vidiſti] ſcripſit Doctor Chriſtianus prædictus, [13] ſe inveniſſe in Calecut Judæos mercatores omnium generum Aromatum & aliarum rerum, & illos eſſe ex illis tribubus quæ ſupra Calecut inter montes Gozan & fluvios ejus, & ſupra illos eſſe fluvium Sambation prædictum qui diſcriminat inter [Judæos] & Indos. Et ibi in Continente regionis la Meccæ eſſe Deſertum Chabor, eo ſcil. [Continentis] latere quod eſt nobis magis propinquum. Et inter duas iſtas Judæorum ſocietates quarum ſtatio eſt intermontes Gozan & fluvios ejus, & inter Judæos qui in Chabor infra Arabiam ſelicem, eſſe habitationes &

12 *Clypeum Abrahami*] Dictus Liber MS extat in Bibliotheca Bodlejana, mole huic (quem damus) ſuppar. Eſt nempe Diſputatio contra Chriſtianos Hebraice ſcripta.

13 *Se inveniſſe in Calecut Judæos*] Hinc origo totius hujus male fundatæ Hiſtoriæ, ducta ex veris Præmiſſis falſa Concluſione: ſcil. quia erant in Calecut aliquot Mercatores Judæi, ergo & Judæorum decem Tribus erant in Calecut; quod tamen non ſequitur.

מפוזרות

מפחדות מכת ישמעאלים אשר יזיקו
ומנעו היהודים האלה להדבק
יחדיו באשר בארתי למעלה ולכן
אפשר לומר ולפי הנשמע מרומא
כי משם בא היהודי מחשבטים
באיטאליאה מחבור דרך ארביאה
פיליצי שהיא למעלה מלאמיק
ומלאמיק הזאת אשר היא למטה
קרוב לים הדרומי האוקיינוס אשר
הזכרנו וללכת דרך המזרח בקאלי-
קוט דרך ים פרס להודו והוא
קאליקוט העיר הגדולה מוצא מקום
כנוס כל בשמים והסחורות וכל
העניינים יקרים המובאים שמה
ממקומות קרובות ורחוקות ושמעתי
מספריהם כי מלאמיק לקאליקוט
מהלך מ׳ ימים לפי דברי החוקרים
והתרים אשר לדעתי יש הרבה
מזה ועתה נדבר על קאליקוט וקצת
הצריך אליו:

regiones magnas conſperſas ſocietatibus Iſmaelitarum qui nocent & impediunt Judæos iſtos ne coaleſcant ſimul, ſicut ſupra expoſui. Ideoque poſſibile eſſe dicere ſecundum id quod à Româ auditum eſt, quod Judæus iſte à Tribubus inde [14] venerit ad Italiam à Chabor per viam Arabiæ felicis quæ eſt ſupra la Meccam: Et à la Meccâ (quæ inferius eſt ad mare auſtrale Oceanum, cujus meminimus,) redeundum eſt per viam Orientis in Calecut, viz. per viam maris Perſici in Indiam. Iſta Calecut eſt urbs magna, ubi eſt inventio loci collectionis omnium Aromatum & mercium, & omnium rerum pretioſarum quæ illuc importantur ab aliis locis propinquis & remotis. Et audivi ex Libris eorum, quod à la Meccâ ad Calecut ſit iter quadraginta dierum, ſecundum verba Scrutantium & Explorantium [talia:] ſed meâ opinione eſt plus quam hoc. Nunc autem loquemur de Calecut, & de quibuſdam ei neceſſariis.

14 *Venit ad Italiam à Chabor*] Via tranſitus ſeu itineris ejus plenius narratur ſupra *Cap.* XIV. Nam noſtro non inſuetum eaſdem hiſtorias bis referre.

CAP. XXV. *De negotiis Calecut, Rege ejus & Principibus ejus, & mercibus ejus; & de regno Pretigiani quod ei confine est à latere quo est versus Fluvium Sabbaticum prædictum.*

INveni ſcriptum in Libris eorum & in Libro qui vocatur [1] Novus orbis, lib. 2do, cap. 58vo, quod à Liſbona quæ eſt principium regni Portugalliæ, ad Calecut quæ in Aſiâ in initio Indiæ, ſint ter mille & octingentæ Paraſangæ, quæ ſunt circa quindecies mille & ducenta milliaria: eſtque iter ſexdecim menſium ad minimum conveniente tempore eundi & revertendi. Et ſic in hoc Capite explicat, & dicit, quod [2] Preti-Giani invenitur ſupra Calecut in Continente in Provinciis ſuperioribus

מצאתי כתיב בספריהם ובפרק נח מספר שני מהספר הנקרא עולם חדש כי מליסבונה ראשית מלכות פורטונאל עד קאליקוט אשר באסיאה בתחלת חודו יש שלשת אלפים ושמונה מאות פרסאות שהם כמו חמשה עשר אלף ומאתים מילין והוא מהלך ששה עשר חדש לפחות בזמן הגון ללכת ולשוב וכן בפרק הזה מפרש ואומר שהפרי-

טי ייאני הוא נמצא למעלה מקאליקוט ביבשה במרינות העליונות

פרקכה על ענייני קאליקוט מלכה ושריה וסחורותיה וגלילי פריטי ייאני הנסמך עליו מן הצד לנהר סבטיון חנוכ:

1 *Novus Orbis*] Author eſt *Albericus Veſputius* qui linguâ Portugallicâ ſcripſit: non autem habemus niſi ejus Epitomen, eamque Italice tantum.

2 *Preti-Giani eſt ſupra Calecut in Continente*] Urbs Calecut eſt in citeriore Indiæ litore in Regno Malabar, ad Long. 105, Lat. 12. Nomen ut Perſiæ volunt, Perſicum eſt, كالا كوث *Calâ-cût* id eſt, *Craſſa tela*; vel etiam *Telarum acervus*, ut includat quoque tenuem illam telam quam ab hac urbe vocamus *Calico*, cum ea non ſit ſola & unica quæ ibi texitur.

Noſter Peritſol (ex Libro *de Novo Orbe* fere ducentis ab hinc annis Portugallice exarato) reſte heic ſtatuit *Pretigiani* regnum in *Aſiâ* eſſe, vel ſaltem ibi olim fuiſſe; contra receptam opinionem. Nuſquam vero hodie reperitur talium Regum ſeries, ut quidam perperam exiſtimant; ſed is erat tantum unus, qui (ut aliqui volunt,) Regno ſuo reliquit Nomen ad hodiernum uſque diem continuatum. Quod autem hujus Principis Sedes à quibuſdam exiſtimetur fuiſſe in Africâ, eſt tantum receptiſſimus error, & mera fabula à pluribus hodie abunde refutata. Et nos in calce hujus Diſſertationis, omnes Regum Abyſſinarum Titulos in medium adduximus, inter quos nullus huic ſimilis reperitur.

Author *Relationis de Origine Nili*, (Sacerdos nempe Romanus qui diu in Habaſſiâ vixit,) cum hanc hiſtoriam falſam eſſe compereret, fatagebat diſquirere qua ratione tantus error primo irrepſerit: & tandem dicit ſe potuiſſe nullam invenire cauſam probabiliorem, quam quod inter variarum Provinciarum homines ad Curiam Regiam pro Juſtitiâ impetrandâ accedentes & diverſis à ſeinvicem Dialectis utentes, aliqui ſint coram Curiâ ſtantes qui ſemper clament *Jan ey*, id eſt, *Rex meus*, ſeu *ô Rex mi*, donec tandem à Rege exaudiantur, & Petitionis reſponſum accipiant. Alias dicit ſe nullam reperire poſſe cauſam in qua tam fabuloſa hiſtoria fundaretur.

Nomen quod apud Europæos vulgo circumfertur, Belgice ſonat *Prieſter-Hans*, Gallice *Preſter-Jean* ſeu *Prêtre Jean*, Italice *Preti Gioan* ſeu *Preti-Gjâni*, quæ omnia *Presbyterum Johannem* notant; quod tamen nomen quibuſdam videtur eſſe *Pretioſus Johannes*: ideoque D. Kircherus Æthiopice exprimere ten-

tans, eo sensu effert *Belul Johanna*. Author anonymus Æthiopicæ Grammaticæ in 8vo, hunc Imperatorem nominat *Belûl Jan*, quo dicit significari *Pretiosus lapis*, nempe Gemma Annuli Salomonis, à quo Æthiopes suos Reges descendisse credunt, propterea quod eorum Babæ Regina illum visitans, ab eo impregnata fuit. Alii æque infeliciter tentarunt id explicare ex linguâ Persicâ, quæ tamen Æthiopibus adeo prorsus ignota est, ut non vel unum aliquod ex ea vocabulum sibi adsciverint vel linguæ suæ admiscuerint. Et cur hujus Regis Titulus ex lingua incolis inusitata & ignota petitus fuerit, divinare nescio. Utcunque dictæ opinionis Authores id scribunt فرستجانی *Phrisstagiani*, quod revera nihil significat, nec talis vocabuli forma in Pers. lingua reperitur Grammaticæ analogiæ conciliabilis. Volunt autem detorquere à فرستادن *Phrisstâdèn*, i. e. *mittere*, quasi *Apostolicus Johannes* seu *Legativus* seu *Missivus* vocatus fuerit. D. Golius defunctus, scriptum reliquit hujus Principis Nomen esse Persicum پرستار خان *Presstâr Chan* seu *Hân*, i. e. *Ministrans Princeps*, q. d. Minister Evangelii vel Ministrans ad altare, cum Evangelii Præcones *Ministri* vocentur: vel ut alii exponunt *Serviens* seu *adorans Princeps*, quia adorabat Crucem. Proh misera effugia! Certe پرستار *Presstâr* est nil nisi *Servus* vel *Serva*, *Famulus* seu *Famula* sive *Ancilla*. Et quod liber Princeps tali vocaretur Titulo, non bene sonat; & quod Tatari ex linguâ Persicâ illis ignotâ, Principi suo Titulum peterent, minus probabile. In mendosissimo illo Lexico Persico quod D. Castellus maxima ex parte à D. Golii exemplari edidit, scribitur quod پرستار *Prisstâr* (male pro پرستار *Presstâr*) in Libro *Shahnâma* & alibi, sit *Legatus*, q. d. *Legativus*, ut supra. Id autem ex sola authoritate *Hacwerlii* mendacissimi hominis Persæ, qui tam hoc quam alia multa falsa imposuit D. Golio; qui quidem falsa illa ibi ad edendum scripta reliquit, quamvis alias fateatur se non multum ponderis in illius authoritate posuisse. Ego autem dictum Librum *Shahnâma* sæpius evolvendo & variis occasionibus scrutando, nihil tale unquam reperi. His itaque rejectis, meliora & probabiliora eorum loco substituere conabimur: & primo quis fuerit dictus Princeps, deinde ubi fuerit, & quale sit dictum Nomen, disquiremus.

Circa annum Domini 1253, à Lud. IX Galliarum Rege ad Magnum Tatariæ Chamum missus est Guil. de Rubruquis, qui narrat, *Quo tempore Galli Antiochiam ceperunt, quidam nomine* Con Can *dominabatur in Kara Kithai & contiguis ad Septentrionem regionibus unde egressi sunt Turca. In eadem Kara Kithai quidam Nestorianus Opilio, potens Princeps populi Tayman fuit: & post obitum* Con Can, *regnum Cataja invasit, &* Johannes *dictus est à Nestorianis, qui multa de ejus magnitudine confinxerunt & mentiti sunt, unde tot in Europam fabulæ de illo* Presbytero Johanne *dimanarunt. Ei frater fuit, & ipse potens Opilio, nomine* Unt, *qui habitavit trans montes Kara Kithai, itinere 3 septimanarum à fratre suo* Johanne *remotus. Subjecti ejus vocabantur* Crît *seu* Merkit, *& etiam erant Nestoriani. Oppidum ejus erat Caracorum. Sed ipse defecit à Christo ad idola, & fratri suo* Johanni *sine masculâ prole defuncto successit, & nomen* Chan *assumpsit*, &c. Sic ille. Sed pro *Unt*, proculdubio rescribendum est *Unc*, qui ipse, (non vero ejus frater, ut heic statuitur,) fuit *Presbyter Johannes* vulgo celebratus. Idque ex authoritate Pauli Veneti, qui dicto Authori opponendus, cum & ipse etiam in illas regiones penetravit: & Lib. 1, cap. 51, 52, plane dicit *Uncham* eum esse qui *Presbyter Johannes* vocitatur. Is in Tatarorum Historiâ penes me in privato Musæo Persice conscripta, nominatur اونک خان *Unc-Chân* seu *Ung chân*: eique frater fuit جاکمبو *Jacobus*; quod etiam erroris arguit dictum *de Rubruquis* statuentem *Presbyteri Johannis* fratrem dictum fuisse *Johannem*, cum revera ipse *Unchân* sit celebratissimus ille *Johannes*: & quo tempore جنگیز خان *Gjenghiz-chân* ad imperium aspiraret, præerat duabus Tribubus کرایت *Corâyat* seu *Kirâyat*, (seu *Cerits* vel *Crit*,) & ساقیر *Sâkir*. Sed inter duos hos Principes primo optimos amicos, de ducendâ virgine (*sc. Gienghizi* filiâ quam *Unchân* in matrimonium expetebat,) contentio orta est, & tandem isto summoto & depositio, alter Imperium adeptus est, quod contigit anno *Hegj.* 109, Christi 1202, Mogulensium anno *Porci*. Alii dicunt hos duos de eadem virgine ducenda contendisse. Omnia autem cum personarum & locorum nominibus particularius narrantur in dicta Tatarorum Historiâ Persicâ, ubi memoriæ proditum est, hos duos principes per 8 primos annos amicitia fuisse conjunctissimos, donec tandem illius filii & fratres & aulici invidia ducti, ægre ferrent Gjenghizi potentiam, præsertim cum noluerit in matrimonium dare filiam quam Unchân deperibat; sed illum sprevit & deridiculo habuit, quod talis Regulus ad tam potentis Regis filiam adspirare voluerit. Unde Jacobus Unchâni frater conscripto contra Gienghizum exercitu, fusus & fugatus est. Tunc autem Unchân qui invidiam celaverat, apertam inimicitiam quoque prodens, cum suis inivit consilium alterum oppugnandi; quod tamen duo juvenes proditores ad hostem fugientes revelarunt. Et tandem inter duos exercitus talis fuit conflictus & cædes, ut nulla fere Historia talem memoraverit. Et victo Unchano, Imperator evasit Gienghiz, &c. Sic Scriptor Persicus.

Apud

Apud D. Martinium in Atlantis Sinici pag. 2, deſideratus Princeps vocatur *Preſte Jhan*, quem pag. 29, collocat circa regnum *Tebbet* ſeu *Tabbet*, ſive *Tab*, i. e. *proſperitas* (apud Sanſonium corrupte TOBROT, apud alios TUMOT,) ſic dictum, quia ibi anno 1202 devicto & occiſo *Ungh-Cham*, primæ monarchiæ ſuæ fundamenta jecit *Gjenghiz-Chân*, ideo cognominatus تبت تنكرى *Tebbet Tangri*, i. e. *Proſperitas Dei* ſeu *à Deo proſperatus*. Ipſe enim Tatarorum diviſa Tributim Dominia, in monarchiam redegit.

Referente dicto Martinio, *Presbyteri Johannis* regnum olim fuit quod Sinenſibus hodie dicitur *Si-fan*, ſeu Confinia occidentalia Sinarum, continentia regiones *Ugurang*, *Kiang*, & *Tibet*, quæ nomina plurimas involvunt Gentes, quas ſupra centum eſſe diverſas perhibent Sinenſes: inter ea *Geo* & *Cangingu* magnum, quod *Presbyteri Johannis* Venetus vocat. Sic ille. Quin & regnum *Tangut*, ſeu potius *Tangu* ſive *Tanyu*, ejus dominio accenſendum erat.

Gregorius Abulpharagius Syrus in Dynaſtiarum Hiſtoria quam Doctiſſimus Pocockius Arab. Lat. edidit, dicit iſtum Principem Chriſtianum fuiſſe nominatum *Johannem*. Alii voce *Eriſſre* decepti, volunt fuiſſe *Sacerdotem*. Talia autem de eo dicta Tatarorum Hiſtoria Perſica non agnoſcit. *D.* Golius ſupra citatus, recte quidem (ut mihi videtur) ſtatuit nomen *Johannes* factum eſſe ex خان *Hân*. Sed altero nomine *Preſbâr*, plane deceptus eſt, ſe extricare neſciens. Nam quod fuerit *Sacerdos* ſeu *Presbyter*, in errore fundatum videtur, dum ſc. Itinerantes ſeu Viatores noſtri Europæi inſuetis auribus male (ut ſolent) captaverint ignotos & peregrinos Orientalium Nominum ſonos; quod ex linguarum ubi verſentur ignorantia provenire ſolet, eos variis erroribus implicando, ut hoc fit: dum nempe perperam audierint *Preſter* ſeu *Prieſter*, pro فرستوه *Pbriſtoa* ſeu فرستو *Priſtoa*, quod fuit & etiamnum eſt Titulus Regum ditionis Tataricæ prope Sinarum confinia, ubi dictus Princeps regnaſſe ſupra perhibetur in Atlante Sinico Doctiſſimi Martinii, qui in China plus quam 40 annos vixit. Hujus autem Tituli uſus docetur in Libro *Pherhangh Gihângbiri* Authore *Anjou*, (qui gente Perſa, patria Indus,) ubi legitur, فرستوه نام پادشاه شهر فغنشور *Priſtoa eſt nomen Regum urbis Phoganſhur*: in iſta ſc. urbe Reſidentiam habent. Ipſe enim non erat totius Tatariæ monarcha, ſed Liber princeps alicujus Ditionis ſeu Principatus, antequam Tataria tota à Gjenghizo in unam Monarchiam redigeretur. Cumque (ut vidimus) *Presbyteri Johannis* vulgo ſic dicti patria fuerit circa Tatariæ regnum Tibetanum Sinis confine, & Tataria ac China aliquando diverſis aliquando eidem domino paruerint, id inter Hiſtoricos confuſionem peperit, ita ut alterutrius regni nomen pro altero ſubinde ſubſtituerint; dum id quod de Tatarorum aliquo regno aut Principatu verum fuit, Chinæ tribuerint, & vice verſa: idem quod apud Paulum Venetum & alios factum videmus, ut & apud dictum Authorem Indicum, ubi rurſus legitur,

فغنشور نام شهريست از ملك چين كه مردمان انجا بغايت جميل وخوب صورت باشند وپادشاه انجا فرستوه نام دارد

Phoganſhur eſt nomen urbis regni Chinenſis, ubi homines ſunt valde pulchri & bonâ formâ praditi. Et ibidem Regum Titulus eſt Priſtoa. Ubi planum eſt, hunc dictum locum in Tataria eſſe, (non autem in China,) cum utrumque Nomen in ſe habeat literam *r* quæ non ſonatur apud Sinenſes: ideoque non poſſunt eſſe Nomina Sinica, ſed omnino Tatarica. Cumque dictus locus ponatur in China, pronum ſit credere ab ea haud procul diſſitum, ei confine eſſe, (uti eſt regnum Tibetanum,) cum à citato authore ad ejuſdem ditionem pertinere cenſeatur. Deinde ulterius notandum eſt, quod Tatariæ Principum Titulis ſemper ſubjungi ſoleat خان *Chân*, ſeu ut ſonant *Hân*; quod Europæi illuc migrati audientes, putarint dictas voces junctim ſonare *Prieſter Hâns*, quod Belgice eſt *Presbyter Johannes*, quod certe proclive erat.

Non poſſum quidem noſtræ ſententiæ veritatem nec contrariæ falſitatem apodictice aſſerere: ſed tantum problematice ventilare: cum imaginari quod Liber aliquis Princeps aut Rex fuerit Presbyter, abſurde ſonet; & multo magis quod Itinerantes noſtri audierint eum eodem nomine Europæo vocatum à ſuis Tataris, quorum lingua nullas Europæas voces in ſe continet. Alias mirum eſt neminem unquam ejus Titulum quo eum *Presbyterum* vocabant, lingua Tatarica notaſſe, ſed tantum Europæa. Si autem (ut dicitur) fuit Chriſtianus Neſtorianus, (ut & aliqui ſub eo Tatari,) & quoque Sacerdos, poteſt eſſe ut in Baptiſmo habuerit nomen *Johannes*. Sed cum poſtea in Principatu à Chriſtianiſmo ad idola defecerit, valde improbabile eſt ipſum nomen Chriſtianum agnoviſſe & retinuiſſe, aut eodem ab aliis vocatum fuiſſe; ſed potius *Priſtoa Han*, Tatarorum Ethnicorum more idola colentium. Dato autem & non conceſſo, quod primo olim aliquis Rex fuerit *Sacerdos* nominatus *Johannes*, & tali traditione ſparſa & noſtratibus inſuſurrata, hoc credulis facile ſuaſerit ſe poſtea in Principatu audiviſſe nomen *Hans* ſeu *Johannes*, cum revera audirent tantum Titulum *Hân*, dum ab omnibus tunc in Principatu vocaretur *Priſtoa Hân*. Utcunque tamen res ſe habuerit, talis inter Tataros de Sacerdotali Rege traditio olim extitiſſe & etiamnum

etiamnum extare videtur. Nam (qui hoc ſeculo in Regno Tibet peregrinati ſunt,) referunt *ibi in Regno Tibet eſſe Regem qui ſimul etiam ſit Sacerdos, ſupra omnes Lamas*; quod certe de dicto *Presbytero Johanne* ſubintelligendum eſt. Unde quis colligat ignorantes illos Tataros talem apud ſe traditionem habere, eamque omnibus illuc adventantibus venditare. Sed iſto jam ſeculo Tibetanos adhuc talem Sacerdotalem Regem aut Regalem Sacerdotem habere, non debet credi, ſed potius proceſſiſſe ab ignorantia ſermonis & colloquii Tatarorum quibuſcum collocuti ſunt Jeſuitæ, præteritum tempus *quod habuerint*, pro præſenti *quod jam habeant* perperam intelligentes; quod ſæpe accidit colloquentibus in lingua utriſque confabulatoribus non ſatis nota. Quod autem Rex, ſive ſit Sacerdos ſive non, ſit ſupra omnes in ſuo regno Lamas ſeu Sacerdotes Tatarorum idololatricos, non eſt mirum. Ideoque hac in parte verum dixerint.

Supradicti Principis extare dicitur *Liber de Regionibus Orientalibus*, quem Rev. P. D. Couplet (ut mihi dictum eſt) ex Oriente ſecum attulit in linguam aliquam Europæam verſum, cujus forma eſt in 8vo.

Et ſane, (ut res ulterius illuſtretur,) eodem modo Germaniæ Rex ſummus ſucceſſive dictus eſt *Imperator*, Romæ *Cæſar*, Perſiæ olim *Coſroes* hodie *Sophi*, ſic (ut Lectori conſtare poſſit quam frequens ſit in variis Tatariæ Principatibus ejuſmodi Titulorum uſus,) Regum Chatai & Choten Titulus in Orientalium Scriptis occurrens, eſt تنكو *Tenghu*. quod plane Sinicum eſt *Tien-fu*, i. e. *Cæli filius*, quod apud eos eſt Regum Epitheton; alias aliquando dictum طمغاج *Tamgâgj*, à familia *Taming* corrupto nomine. Eodem modo Regum Turciſtaniæ Titulus eſt خاقان *Châcan*, Regum Pherganæ in Sogdiâ اخشيد *Achſhid*, (ut & Series quædam Præfectorum urbis Damaſci dicti fuere اخشيدي *Achſhidi*,) Regum Mogulenſium Titulus eſt ايلخان *Ilchân* & قاان *Kân*, quod Arabum ignorantes ſcribæ aliquando verterunt in قارن *Kâran*, unde *Κάραν* Xenophonti. Et quoque à Tatarico قاان *Kân* factum eſt Perſis خان *Chân* ſeu *Hân*, quod ſubinde eſt generalis Titulus omnium Regum *Chatai* & *Samercand* & *Turciſtân* & *Tibbet*, &c. Alias ſubinde Regum *Tegmæ* Tit. eſt ايلك *Ilek*, Regum *Tabariſtân* اسپهبد *Iſpahbad*, Regum Peguenſium پيغو *Peighu*, Imperatorum Indiæ ſeptentrionalis مغول *Mogûl*, Regum Lahor جپال *Tchapâl*, Regum Calicut *Samorin*, Regum Nahrowâræ & Kanûgj in India auſtrali بلهرا *Belhera*, & aliquando *Kanûgj* ex nomine urbis. Reg. Kuhiſtaniæ Tit. eſt ملاحده *Molâhida*, Regum Chotlan & Talican in Provincia Badachshan, eſt هياطله *Heiâtila*, Regum Ghilan تيتي *Titi*, Regum Tatariæ minoris كراي *Gherâi* ſeu *Gray*, Regum Ghargjiſtân in Mawaralnahra شاره *Shâra*, Regum Japoniæ Sinice *Ta wam*, Malaice مها راج *Maha Radgia*, quæ omnia ſignificant *Magnus Rex*; qui quidem Titulus etiam videtur tribui Regi τῆς سوريسون *Suroſoân*, qui dictus eſt عبد القهار ابو النصر *Abdulcahhâr Abulnaſr*, cujus Legati 1683 in Angliam miſſi, eum Malaice ſcripſerunt راج بسر بسر *Radgia beſar beſar*, i.e. *Rex maximus*. Regum inſulæ Selan (quæ vulgo ceylon) Tit. eſt *Dewi maha Radgurawo*, i. e. *Divinus magnus Regius*. ſubauditur *Vir*. Et ut in extremo Oriente, ſic idem mos unum generalem Regibus tribuendi Titulum, in Arabia, Ægypto, & Aſſyria & alibi obtinuit. Nam Regum Philiſtæorum Tit. erat אבימלך *Abimelech*, Regum Arabiæ felicis تبع *Tobba*, Regum Omman الجلندي *Algialandi*, Regum Ægypti Παρὼ, i. e. ὁ βασιλεύς.

Abyſſinorum Regum Titulus eſt נגש *Neghûs*, i. e. Rex, qui olim dicti ſunt נגשי *Naghâſi*; quamvis hodie *Prorex* tantum hoc poſteriore nomine notetur, ut dicit Doctiſſimus Ludolphus. Et hinc eſt quod in Arabum Hiſtoriis, Abyſſinorum Rex quivis abſolute ſemper vocetur النجاشي *Al Nagjâſhi*. Et in Perſarum Hiſtoriis ubi Regum Abyſſinorum mentio fit, ملك حبشة *Rex Habaſhia*, & نجاشي *Nagjâſhi* promiſcue uſurpantur. Ex quo autem iſte Titulus in uſu eſſe deſiit, incolæ Imperatori

peratori ſuo tribuunt Titulum حطي *Hati*: qua de re nos certiores facit *Ibn Abdulhâki* in Libro Hiſtoriæ Abyſſinorum Arabice ſcripto, جميع فرق السودان يعطون الطاعة لملك الحبشة وكان قديما يلقب بالنجاشي واما الان فيلقب بالحطي *Omnes Tribus Nigritarum præſtant obedientiam Regi Habaſſiæ, qui olim cognominabatur AlNegjâſhi, ſed hodie cognomento eſt AlHati.* Quia vero Æthiopes Reges ſuos à Salomone deſcendiſſe credunt & gloriantur, apud plurimos eorum ſolemne eſt ut vocitetur ابن الحكيم *Ibn Alhakim*, i. e. *Filius Sapientis*, quo nomine tanquam proprio eum Titulo ſubinde ornare ſolent. Hoc modo altiore facta indagine, non comperimus Abyſſinos ipſos ullum *Presbyteri Johannis* Titulum agnoſcere nec ſuis Regibus tribuere. Quodque is qui vulgo illo nomine circumfertur, nunquam fuerit in Æthiopia, ſed certe in Tartaria, abunde monſtravit D. Kircherus in ſua *Chinâ illuſtratâ*, & D. Ludolphus in ſua Habaſſiæ ſeu Æthiopiæ interioris Hiſtoria doctiſſima.

D. Bartoloccius in ſua Bibliotheca Rabbinica pag. 126, meminit Epiſtolæ ſeu Tractatuli inſcripti פרשטרי גואן *Preſtre Gjoan*, ex India Hebraice ad Papam Romanum ſcripti, & Conſtantinopoli impreſſi, ubi Scriptor deſcribit monſtroſos homines, Gigantes, Pigmæos, Amazones, Phaunos, Centauros, Phœnicem, &c. Additque ibi eſſe Maria & flumina referta pretioſis lapidibus; ibi quoque eſſe Aromata, Simplicia, Fluvium Sabbaticum, & Judæorum multitudinem, robur & Imperium; adeo ut ſi Pretigian non cohiberet eos perpetuis exercitus ſui vigiliis & cuſtodiâ, totum orbem terrefacerent & invaderent. Proh fabulas!

הרחוקות מהים ואת ראיה
אמיתית וידיעה מפורסמת על
היהודים הנמצאים שמה בקרוב
להפרשי ייאני אשר שמענו כל ימינו
מפי הכומרים השחורים אשר באו
ובאים כל היום ומגידים בבירור
מציאות יהודים רבים אצלם ונם
מהכומרים האלה יש ברומי כת
אחת ממספר קרוב לשלשים יושבים
בבמה אחת חרשה נתיסדה מחדש
לשמם וכל אלה שמעתי מהאנשים

procul diſtantibus à mari. Et hæc eſt demonſtratio vera & notitia manifeſta Judæis ibi inventis in vicinia Pretigiani, uti audivimus omnibus diebus noſtris ab ore Sacerdotum nigritarum qui venerunt & veniunt ſingulis diebus, & narrant pro certo inventionem multorum Judæorum apud ipſos. Et quoq; in Roma eſt iſtorum 3 Sacerdotum Societas una, numero fere 30, habitantes in Excelſo uno novo quod de novo fundatum eſt Nomini ipſorum. Omnia hæc audivi à viris Doctis qui fuerunt in Ca-

3 *Sacerdotum Societas — in Excelſo fundato Nomini ipſorum*] Seu alias, *Numini ipſorum*: nam שם emphatice eſt *Deus*. Propter habitum nigrum (in contrarium Sacerdotum Judæorum qui Albis induí ſolebant,) loco *Cohanim*, Chriſtianos miſſionarios vocat *Cumarim*, i. e. *atratos, pullatos*, vocabulo Idolorum Sacrificulos ſemper notante. Deinde eorum Conventum vocat *Bama* ſeu *Exceſſum*; ſc. talis excelſus locus in quo idola olim colebantur. Sic etiam in calce Capitis XIV, eodem Titulo decorat D. Petri Templum in Vaticano, id vocans *Bama* ſeu *Excelſum idololatricum*. Deinde per *Nomini ipſorum*, beatiſſimi JESU Nomen intelligit iſte verſus, qui invidia ductus noluit niſi hoc modo obſcure exprimere.

Qualem autem Societatem heic intelligat, diſquirendum. Non poteſt intelligere *Societatem Jeſu* hodiernam, quia iſte Liber ſcriptus eſt anno 1525, antequam fundaretur Jeſuitarum Societas quam tandem erexit Ignatius Loyola circa 1542 aut 1543. Noſter itaque intelligit *Societatem Jeſuatorum*, de qua Jac. Phil. Bergomas in Supplemento Chronicorum, qui quidem Liber ab iſto Judæo alibi citatur. Is inquam p. 330, 331, ſic narrat: 'Ordo Jeſuatorum ſecularium Urbano ipſo præſulante, apud Senam Hetruriæ 'urbem initium ſumpſit. Hi quippe Religioſi à principio per domos turmatim ſimplici habitu induti,

'eum

'eum ingenti charitate & ſimplici quadam religioſitate ſuo in ſudore & manuum ſuarum labore, ad inſtar Apoſtolorum & Diſcipulorum Chriſti, in unum vivere & Deo ſervire cœperunt. Quos cum Summus idem Pontifex Urbanus V ad ſe, Romam vocaſſet, intellecta hominum integritate & animi ſimplicitate, eorum vivendi modum plurimum laudavit, & ita etiam approbavit: & à ſe laudatos cum Tunicis albis & Caputio contemptibili ſibi pro Habitu datis, abire permiſit. Et ad eorum protectionem, confeſtim Nepotem ſuum virum graviſſimum & religioſiſſimum in Protectorem aſſignavit: qui & ipſe mox ad honeſtandum ipſius religionis Habitum, authoritate ſibi conceſſa, Griſeam Chlamydem deſuper deferendam ſine Calceamentis contulit, atque eos & Gratiis & Privilegiis Apoſtolicis plurimis communivit, & per ſpecialem Prærogativam illos *Apoſtolicos Clericos*, ex Privilegio nuncupari voluit. Nunc autem mirum in modum multiplicati, & per omnem Italiam mirabiliter diffuſi, &c. Hæc ille. Hanc Hiſtoriam Polydorus Virgilius fere eodem modo narrat, quem videas.

חכמים אשר היו בקאליקוט בשנתים
ימים בשני פעמים והנידו הנה לפני
הדוכוס אירקולים פרי פיראדה ענין
קאליקוט ולאמיק והפריטי ייאני ונם
רוב היהודים הנמצאים שם ומלכיהם
ומעשיהם:

האמנם לדבר ער ענייני קאליקוט
מלכו ושריו ומנהגיה ומאכלו
וסחורותיה הם אלו המלך נדול
במלכות רב ומכובר מאד ובית
תפארתו בנוי בנין יפה מאבני שיש
ולבנים מחומר ומעוטר בכותלין
מאד בבנד משי וזהב יפים ומטתו
גם כן בבנדי זהב מה שלא ישוער
ואינו אוכל דבר משום בעלי חיים
אשר יהרגום לא בהמה ולא חיה
ולא עוף ולא דנים רק מאכלו פירות
טובים ומיני מאכלי דנן ושעורים
ומיני קשנית יפים וטובים שמה עם
צוקארו ורבש וחמאה וחלב העיר
הזאת בנויה מבתים מאבני שיש
וחומר הנוים ורובם בלא עליות ואין

lecut bis intra biennium dierum, & hic coram Hercule Duce Ferrarienſi narrarunt negotium Calecut & la Meccæ, & Pretegiani, & de multitudine Judæorum ibi inventorum, & de Regibus eorum & actionibus eorum.

Verum ad loquendum de negotiis Calecut, Rege ejus, & Principibus ejus, & moribus ejus, & cibo ejus, & mercibus ejus, hæc ſunt: Rex magnus eſt in regno amplo, & valde honoratus: domus gloriæ ejus extructa eſt ædificio pulcherrimo ex lapidibus marmoreis & lateribus ex luto; & 4 circundati ſunt parietes ejus multum panno ſerico & auro, pulcherrimis: & Lectus ejus quoque conſtat pannis aureis inæſtimabilibus. Non edit aliqua quæ vitâ prædita fuerant quæ interficiant, nec beſtiam, nec animal, nec volucrem, nec piſces: ſed cibus ejus ſunt fructus boni, & ſpecies ciborum ex frumento & hordeo & ſpeciebus leguminum quæ ibi ſunt pulchra & bona; & Saccharum, & mel, & butyrum, & lac. Et hujus civitas extructa eſt ædibus ex lapidibus marmoreis cum cæmento bene convenientibus: pleræque

4 *Circundati ſunt*] ſc. intus veſtiuntur parietes panno ſerico.

לעיר

לעיר חומה ולא רלתים ובריח יתר
העם והעמים אוכלים מה שירצו
אולם הרינת הבהמות פרות וצאן
מאד רע וקשה להם מחורות
הבשמים ריבם מובאים שמה מבחוץ
וכן רוב מיני הסחורות כלם יבאו
שמה מאיים רבים בים ההוא
קרובים ורחוקים כבר נמנו וכתבו
חכמי רוכבי הים ההוא אוקיינוס
ההודיי שנמצאו ומצאו יותר
מאלף ותק איים הנקראות יחדיו בשם
אחד איי זילויי איסולי זילויי ואלה
הם הסחורות המובאות שמה
בקאליקוט בספינות אשר לפעמים
יגיעו שמה בבת אחת שלש מאות
וארבע מאות ספינות קטנות
וגדולות כמנהגם נושאות קנמון
הטוב והקנילה פלפל נארופולי אשר
הם מרחוק יבאו ביותר מן איי
המזרח לאקא אמברא

autem earum non habent τειχέα. Civitati nullus eſt murus, nec portæ nec vectes. Reliquus populus & vulgus comedunt quicquid volunt: verum mactatio beſtiarum, vaccarum & ovium, mala & difficilis eſt illis. Mercium aromatum major pars importatur ab extra: & ſic major pars omnium generum mercium, quæ illuc importantur ab inſulis propinquis & remotis in illo mari. Jam autem [5] ſi enumerentur [Authores, ſcripſerunt peritiſſimi navigantium illud mare magnum Oceanum Indicum, quod reperiantur & ipſi repererunt ultra mille & quingentas inſulas, quæ ſimul vocantur uno nomine, Inſulæ Zelue. Et hæ ſunt merces quæ importantur ibi in Calecut navibus quæ aliquando illuc perveniunt una vice 300 vel 400 naves tam parvæ quam magnæ ſecundum conſuetudinem eorum portantes Cinnamomum bonum & Canellam, Piper, Caryophyllos, quæ à longinquo apportantur ab ultra inſulas orientales: Lacca, [6] Ambra,

5 *Si enumerentur*] a: v. numerantur, & ſcripſerunt, ſc. numeratis ſuffragiis, Authores omnes ſcripſerunt & concordarunt.

6 *Ambra*] Orientalibus عنبر *Anbar*, i. e. *Ambarum* ſeu *Ambra*. An vero heic intelligatur ἀνθραξάτος ſeu ἤλεκτρον *Succinum*, vel alias عنبر اشهب *Ambra cinerea* ſeu *griſea*, non dicitur. Illud omnibus bene notum, Perſice vocatur كهربا *Cah-ruhâ*, i. e. *paleam rapiens*, quia fricando calefactum, paleam aut ſtramina aliaſque tales minutias & quiſquilias ad ſe trahit rapitque. Hoc autem (Giggeio & Dom. Germano dictum *Embradunum*,) eſt longe diverſum quiddam, de cujus origine æque ac de altero maxime dubitatur, necdum inter doctos tam in Europa quam in Oriente de ea convenit. Quale etiam ſit Nomen, & ex quanam lingua petitum, dictu difficile. Mihi videtur Arabes illud feciſſe ex Perſico كنبر *Hanbar* ſeu *Hambar*, quod ſignificat *bonum, elegans, pulchrum*, ſpecialiter *cæruleum*, quaſi dicas, eſſe rem bonam & elegantem cærulei coloris: talem enim colorem ſupius habere ex ſequentibus monſtrabitur.

Quid Europæi Scriptores de ea ſtatuerint, quivis ſuopte labore poteſt conſulere: integri enim Tractatus de ea excuſi extant. Meum itaque erit Orientalium ſententias referre. Et primo Sâid Gjurgianenſis

ſis Perſice ſcribit, *Ambram generari ex melle & cera quæ congeruntur ab Apibus in fiſſuris rupium mari proximantium nidificantibus, & quæ poſtea à Sole colliquata à rapidis ventis in mare dejiciuntur, ubi Ambra conſiſtentiam acquirunt: & particulas favorum aliquando cum ea mixtim cerni: eamque reperiri in litore maris Indiæ & Perſiæ & Ommân, & quoque maris Heſperii in Andaluſiâ, & maris Græci.* Eandem opinionem ex aliis Authoribus Perſicis refert D. Gentius in Notis ad Librum *Guliſtân*. Et huic opinioni etiam favetur in Tranſactionibus Philoſophicis anni $168\frac{3}{4}$ Oxonii editis, pag. 1031.

Chadr Ibn Ali Arabice ſcribit Ambram eſſe fruſtulum in aliqua arbore Indica repertum, tam conſiſtentia quam colliquatione ceræ ſimillimum. Secundum alios, eam eſſe ſimum beſtiæ marinæ, aut ex ſpuma maris: Ibn Sinam tamen ambas has ſententias rejicere. Secundum alios, eam eſſe ex certis quibuſdam fontibus in fundo maris. Secundum alios, eam eſſe ex cera & melle apum in rupibus nidificantium, &c. (ut ſupra ex Sâid Gjurgjanenſi.) Aliquando accidere poſſe, ut eam piſcis aliquis propter dulcedinem deglutiat, cui tamen Colicam generat eumque enecat: & deinde [mare] eam evomitam & à partibus piſcis ſeparatam in littus rejicere: pejorem vero eſſe eam quæ in ventre piſcis manens reperitur. Hactenus Chadr.

Paulus Venetus in Oriente acceperat, Ambram ex Cetis eſſe circa Inſulam maſculinam & Madagaſcar. Ecteri Turcice ſcribit, Ambram eſſe maximi alicujus piſcis nomen. Secundum alios, eam eſſe certæ alicujus arboris lacrymam ſeu gummi. Alios referre, eam ex ſpuma maris naſci. Secundum alios, in fundo maris naſci plantam, & beſtiis marinis eam depaſcentibus, earum ſimum deinde ambram fieri. Zeino 'lAttâr in Libro Miphtâho 'lChazain Perſice ſcribit, Secundum Ibn Haſan, Ambram eſſe ſimum alicujus beſtiæ marinæ depaſcentis aliquam herbam in fundo maris naſcentem; pleroſque autem affirmare, eam in ventre alicujus piſcis reperiri. Sed Sheicho'rRâis (is eſt Avicenna) affirmare quod emanet ex fonte in imo maris. Dein plures eſſe opiniones. Suam autem opinionem eſſe, eam ex cera naſci; præſtantiorem ejus ſpeciem eſſe cineream & vocari ceruſſeam; aliam eſſe cœruleam, & vocari piſtaccinam; aliam eſſe flavam, & vocari papaverinam. Ibno'lCutbi Author optimus in Libro Malayeſa Arabice ſcribit, Ambram ſcaturire ex fonte picifera in fundo maris Indici; & propter unctuoſitatem, in aquæ ſuperficie innatare. Nullum autem fundamentum habere opinionem eorum qui affirmant eam eſſe ſimum vituli marini. Optimam ejus ſpeciem eſſe cineream inclinantem ad albedinem; deinde cœruleam claram; poſtea flavam; dein viridem; peſſimam autem eſſe nigram. Eam inſuper nominari المبلوع *Al Mablû*, i. e. *Deglutitum* quiddam, eo quod per πῶν Cete in mari verſantium ora hiantia in ventres deſcendat una cum aqua & piſciculis & aliis rebus; tum ore recluſo, aquam per branchias exire, manente in ſtomacho Ambra, quæ aliquando ipſum enecat, aliquando vero eam evomit antequam enecet. Alias rupto ventre exit. David Antiochenus Arabice ſcribit, Rectum eſſe quod ſint in fundo maris fontes evomentes pinguedinem quæ in aquarum ſuperficie ſupernatans, à mari in littus ejicitur. Dici quoque, eam eſſe rorem in mare cadentem, qui poſtmodum concretus evadit; vel eſſe ſimum certi alicujus piſcis; hæc autem eſſe meras nugas. Sed rectius credendum, piſcem quendam eam deglutire, & deinde evomere; vel mori, eamque reperiri in ventre ejus. Præſtantiſſimam ejus ſpeciem eſſe cineream; ei proximam eſſe cœruleam, deinde flavam, tum piſtaccinam; quæ autem corroſa aut ſugillata apparet, aut quæ ſecta non apparet ſincera, & ejuſmodi alias, eſſe pravas. Eam adulterari Gypſo, Ladano, & Cera; neque diſcerni poſſe, niſi ex guſtus acrimonia ſeu mordacitate. Eam reperiri in mari Omman & Mandab, & in litore Sinus maris Heſperii. Eam plerumque evomi in menſe Niſan. Fruſtum ejus valere mille Siclos. Et in ſinceriori Ambra reperiri unguiculos avium, quos in ſe cadentes excepit. Hoc ultimum eſſe ex qualitate glutinoſa, qua apum aut avium exuviæ in eam natantem cadentes, ei adhærent & cum ea miſceri videntur.

Omnium autem copioſiſſime de Ambra diſſerit Arabice *Calcaſhendi Ægyptius* tom. 1, p. 340, viz. Secundum Mohammed Ibn Ahmed Al Temini, &c. الاصل الصحيح فيه Fundamentale & verum eſt de ea, quod ſcaturiat ex rupibus & fontibus qui ſunt in terra fundo maris collecta: & quando condenſatur, extrahitur ejuſdem pinguedo propter avulſionem à loco ſuo ubi hærebat, & tum ſupernatat in ſuperficie aquæ: cumque ibi calida ſit & liquebunda, ventorum & fluctuum violentia eam in tam parva quam magna fruſtra dividit, & in litora projicit. Et nemo poteſt ad eam accedere, propter vehementiam fervoris & æſtuationis ejus. Cum autem ibi manſerit per aliquot dies, eamque aer perſtrinxerit, concretior evadit, adeo ut incolæ litorales eum colligere poſſint. Dicit Ahmed Ibn Jaacob, Aliquando eam deglutit piſcis quidam magnus dictus اكبال *Ikbâl*, (forte leg. اكبال *Icvâl*, pro *whale*,) eaque non deſinit in ventre ejus æſtuare, donec moriatur, & ſupernatet, eumque mare projiciat in littus, ubi diffiſſo ventre exit Ambra; quæ ideo vocatur العنبر السمكي *Ambra piſcina*, & العنبر المبلوع *Ambra deglutita*. Dicitque Al Temîmi, eam colore referre ignem, malam eſſe in odora-

odoramentis propter هوام insipiditatem quam à pisce contraxerat. Dicitque, Mare aliquando ejicere Ambræ frustum, quod videns avis quædam nigra sicut Hirundo, mortuæ circa eam alas, & mox rostro eam raptura in illam incidit; rostrum vero & ungues tenaciter ei [viz. Ambræ] adhærere, donec [avis] moriatur & vetustate consumatur, rostro & unguibus in ea [Ambra] manentibus; quæ ideo vocatur العنبر المناقيري *Ambra rostrata*. Dicit AlTemimi, Incolis litoralibus illius maris ubi invenitur Ambra, est نجيب cortex quidam quam conscendunt ne lædantur [i. uranatur] particulis Ambræ; super eum itaque noctibus cunctis incedunt in litoribus maris; & quando aliquis videt Ambram, (dormitante aut negligente eo qui conscenderat,) innuit socio suo ut descendat pro ea, & capiat eam. Dicit AlTemimi, Ambræ colores sunt variæ: est enim Alba, quæ est Grisea: estque cœrulea, & cinerea, & الجزاري *Sicata* seu *Sicla*, quæ est variegata; & الصقايح *Lamineris*, quæ est rubra; quæ duæ sunt pretio viliores. [Hæc respiciunt formam ejus.] Dicit autem, Meliorem & præstantiorem Ambram eam esse quæ contraxerit fortiorem odorem & acris sit absque depravatione ulla. Ahmed fil. Jacob dicit, Ambræ genera esse varia, & species diversas, & loca unde eruitur esse distincta; eamque præstantiorem esse secundum loca sua & materiam seu substantiam suam. Id autem de quo circa eam convenit, est quod species ejus sint sex: quarum prima est الشحري *AlSbihrensis* quam sc. mare Indicum ejicit in littus [urbis] شحر *Sbihr* regionis יהו Jemen: additque, eam esse omnium specierum Ambræ optimam & excellentissimam, colore pulcherrimam, substantia limpidissimam, & pretio carissimam. Secunda est الزنجي *Zingjensis*: & ea est quæ mare Barbaricum mari Indico ab Austro contiguum rejicit in littus יהו Zingj & loca adjacentia. AlTemimi dicit esse opinionem Al-Hosein filii Jezid Siraphensis, hanc esse optimam & præstantissimam; eamque hinc deferri ad Aden, & colorem ejus esse album. Tertia est السلاهطي *AlSalâhitensis*, de qua Temimi dicit meliorem esse cœruleam pinguem oleaginosam, hancque eam esse quæ usurpatur in odoramentis. Tertia est القاقلي *Kaculensis*, quæ à mari قاقلة Cáculæ in regione Indiæ, adfertur ad Aden יהו Jemen; eamque esse Griseam, optimi odoris, pulchram aspectu, & levem; inque ea esse parum aliquid ficcitatis; hancque esse pejorem Salâhitensi, nec idoneam esse ut adhibeatur in alimentum nisi ex necessitate; esse vero idoneam pro الذرارير *insperforiis* & المكلسات *calcinationibus*, [quæ sc. in vulnera inspergatur ut calcinatæ res exiccantes.] Quinta est Indica, quæ affertur à littoribus Indiæ interioris, & defertur ad Basram: dari quoque ab India allatam speciem dictam الكركي بالوس *Kerk Bâlus*, quam adferunt prope יהו Ommân, ibique eam emunt magistri navium. Sexta est المغربي *Occidentalis*, quæ affertur à mari Andalusiæ, unde per mercatores defertur in Ægyptum: & hoc est omnium [generum] pessimum, colore referens Ambram Shihrensem. Dicit autem Temimi, circa illud errari. Additque, dari Ambræ speciem dictam الند *AlNed*: & quod جماعة اهل معرفة *virtuosorum societas seu doctorum eorum* narret, dari è mari egredientem bestiam similem bovi sylvestri, quæ eam ejicit è podice suo, unde desumitur: & eam esse lenem extensibilem, & quicquid ex ea est dulce odore, & pulchrum substantiâ, esse optimum & præstantissimum; ex speciebus autem, esse unam aliquam Shihrensem, quæ est nigra, cui inest flavedo quæ manus tingat quando tangitur; ejusque odorem esse sicut odor Ambræ ficcæ, nisi quod is non duret, si igni apponatur; & tamen usurpari in odoramentis, quando rarior est Ambra Salâhitensis. Esse quoque speciem Zingjensem, quæ Shihrensi par seu æqualis est aspectu, at infra eam odore; hancque esse nigram absque ulla flavedine. Dari etiam الحميري *Himyarensem* [forte حميري *Himyarensem*,] quæ manus & pilorum radices tingit tinctura bona; sed in odoramentis non est usui. Dico autem ego, Nostro tempore de ea quam fœminæ gestant Ambra dicta الند *Ned*, notum est in ea esse aliquid Ambræ. Dicitur in Libro نهاية الارب *Nihayato'lArib*, hanc esse trium generum, quorum trium primum est optimum & odoratissimum, & componitur ex tribus[partibus, sc. una parte Ambræ odoratæ, una parte Agallochi Indici odorati, & una parte Moschi odorati. Secundum est hoc inferius, eique inditur ex Ambra cruda odorata decem مثاقيل *Sicli*, & ex *Ned* vetusta & bona de-

cem

cem مثاقيل *Sicli*, & ex Agallocho bono viginti مثاقيل *Sicli*. Tertium quod omnium infimum, pro decem مثاقيل *Siclis* [Ambræ] crudæ, habet decem مثاقيل *Siclos*. Nedda vetuſtæ, & triginta مثاقيل *Siclos* Agallochi, & ex Moſcho quantum requirit hoc genus tertium. Continet autem مثقال *Sicli unc.* درهم *Dirhem* ſeu Drachmas 1½. Hactenus Calcasbendi.

Sed forte omnis Ambra odorata non ſit ejuſdem originis; nam Ambra alba quæ ab Inſulis Caribeenſibus venit, (fœminis Anglis uſitata,) revera creditur quorundam Animalium excrementum: præſertim eſſe ſimum volucris magnitudine Anſeris, lingua inſulæ Madagaſcar dictæ *Aſchibobuch*. Tranſact. Philoſ. vol 2 ex. *Od. Barboſa* Dicitur, quod interius ſumpta lubducat alvum.

Quid in tanta opinionum varietate & incertitudine ſtatuendum ſit, temere definire nolo; ſed Lectori (quantum poterit) judicandum relinquo. Societatis Mercatorum Belgicorum Informatores ante aliquot annos (ut ex eorum vulgo *Journal* conſtat,) ex India Orientali ipſos certiores fecere, *Ambram emanare ex radicibus arboris in maris litore creſcentis, cujus radicum extremitates in ipſum mare extenſa effundunt Ambram*. Hæcce Ambra de qua loquimur, vulgo vocatur عنبر اشهب *Ambra griſea* ſeu *cinerea*, quia una ejus ſpecies, eam habet colorem. Eſtque molle & odorifera. Altera flava quæ dura & inodora, vocatur كهربا *Cábrobá*, vulgo *Carabe*, Græcis ηλεκτροφόρος.

בלוואי חנמשל כמעט לעפר להם
וננביל הרבה ונמצא ממנו צמיחתו
שמרה בקאליקוט ממש אגוזי מוס
קאטו ואנחי הודו זיבישו ומוסקו לרוב
כי שם מוצא החיות האלו מאר

7 Belzui, quæ habentur fere ſimilia pulveri apud ipſos: & Zinziber multum, de quo reperitur cujus germinatio eſt ibi in Calecut certiſſime: nuces moſchatæ, & nuces Indicæ, Zibethum & moſchus magnâ copiâ, nam ibi eſt productio iſtorum ani-

7 *Belzui*] Ab Europæis alias ſcribitur *Benjui, Bengui, Bengivi, Benjovin, Benguin, Benzuin, Benzoin, Bengevin, Benjuinum*, &c. unde Anglis *Benjamin*, Hiſpanis *Menzoin*; quæ omnia ſunt vocabula corrupta. Nec mirum, cum apud Orientales etiam hujus nomen varie ſcribatur & corrumpatur: viz. vitioſe ſcribitur انكبران *Engbirân*, & انكوان *Enghuwân*, & انجوان *Engjuwân*, & انكوزه ſeu انكزه *Engbuze*, & انكسا *Enghuſá* ſeu *Enghiſá*; & انكسك *Enghuſſe*, ut vulgus apud Perſas & Armenos ſæpe pronuntiat. Syris omiſſo *Nun*, dicitur لجوا *Aghdono*. Recte autem & legitime ſcribitur Perſice انكذان *Enghuzân* ſeu انكدان *Enghudân*, unde Arabizatum eſt انجذان *Engjuzân* ſeu انجدان *Engjudân* ſive *Angjudân*, & in Latinis libris *Anjuden*, id eſt Perſice *Tenens* ſeu *continens* τὸν *Engh* ſeu كنك *Hengh*. His enim nominibus intelligitur planta ipſa ſeu Ferula qua continetur tam *Aſſa fœtida* quam *Aſſa dulcis*, dictæ هنسك *Hengh* ſeu انك *Engh*, & انكزن *Enghuzbid* ſeu *Anghuzbid*: namq; زن *zbed* videtur vetus vocabulum expreſſo & concreto ſucco ſignificando accommodatum: ut à كنكر *Kenghber*, i. e. *Scolymus*, (i.q. Arab. حرشف *Harſhaph*, Hiſp. *Alharſafe*, an *Articboke*,) fit كنكرزد *Kenghber-zbed*, i. e. *Scolymi ſuccus inſpiſſatus*, &c.

Aliquis primâ fronte putaret *Benguin* depravatam eſſe انجوان *Enguen*, præmiſſo *B*, ut in Aviceannæ Indice Latino pag. 421 pro انجره *Angjora*, i. e. *urtica*, male legitur *Bangjora*: nec mirum, cum in

in ejus & Serapionis Indice, fere omnia Simplicium nomina corruptè & falsò scripta legantur. Sed revera aliter se res habet. Nam *Benguin* seu *Bengui*, est nomen urbis & regionis ubi Laserpitium copiosè provenit, & inde ad alia loca defertur. Est nempe urbs بنجوان *Bengjuan* in extremis limitibus Persiæ prope Indiam, de qua Geographus Nubiensis Clim. III. part. 7. sub finem, Lat. pag. 134. (postquam locutus est de urbe *Bengjuan* & locis ei finitimis,) dicit وبجلبي منها دار بارضها الحلتيت الذي لا نظير له وبجبي منه الشيء الكثير الذي لا يتحصل لكثرته *Et à partibus ei terra circumjacentibus affertur Laserpitium planè incomparabile, quod tanta copia non provenit alibi, nec ejus multitudines non colligantur.* Hoc plane videmus unde hujus gummi nomen ortum est: nam exoticorum nomina unà cum ipsis rebus ad nos aliunde deferri solent. D. Varenianus Lib. 2. cap. 15. meminit Laserpitium etiam ab Indiæ urbe Sarnau deferri ad Bengallam (sc. *Bengalam*) unde Europæi mercatores accipiunt. Et Cadamustus cap. 83. ex India citeriore ad nos asserri refert. Quia vero aliquando per Levantinos mercatores ad nos veniat, Schroderus Pharm. p. 606. scribit *quod ex Terra Sancta veniat*, (quod verum sit, nam non in uno tantum loco nascitur,) & *quod Benzoin sit Assa dulcis ex arbore procera manans; calidum esse in quarto gradu; & quod forte sit Agallochi lacryma.* Prob, pessima conjectura! Nam *Benzoin* non est *Assa dulcis* sola, sed & fœtida; est nempe *Assa* in genere. Deinde non est ex aliqua arbore, multo minus procera; sed ex Frutice seu Ferula. Nec est lacryma Agallochi, cujus arbores, magnæ & proceræ, ligno albo, quæ cæduntur, decorticantur, terra sepeliuntur aliquot annos, donec exterior pars succosa putruerit, manente tantum mediullio seu corde arboris, quod durius, quod est ipsum Agallochum: non bene olens nisi ustum. Unde sunt ex nostratibus qui credunt nunquam reperiri nisi terra sepultum. De عود *Oûd* seu Agallocho fusè agit Calcashendi tomo 1. p. 350. omnesque ejus species enumerat.

Sed ut à D. Schroderi confutatione ad rem redeam, *Benzoin* revera est lacryma seu concretus succus *Silphii*, quod (notante Dioscoride 3. 94.) in Syria, Armenia, Media, & Libya nascitur: & (ut notat D. Martinius Atl. p. 24.) in regno *Lao quo*, vulgo *Laos* ad austrum Sinarum, prope *Kiao chi* seu Cochin-chinam. Differt autem loc. locum seu solum in quo nascitur: nam dictus succus in Libya natus, benignus est & odoratus colore albus, Græcis dictus ὀπὸς Κυρηναϊκὸς *Succus Cyrenaicus*, à *Cyrene* regione Libyæ: Medicis dicitur *Assa dulcis*. Medicus autem & Syriacus, virosus est, gustu & odoratu ingratus: qui tamen longo usu gratior fit, adeo ut apud Orientales æque ac apud nos dulciaria, avide voretur & in deliciis habeatur. Hic est ὀπὸς Μηδικὸς, sc. *Assa fœtida*, Arabibus dictus حلتيت *Hiltit*, Turcis قاصني *Câsni*. Quin & *Hiltit* utramque *Assam* tam طيب *dulcem* quam منتن *fœtidam* notat: præcipue autem fœtida intelligitur Indico nomine هينك *Hingh* seu هنك *Hengh*, unde fit Persicum انگ *Engh*, Dialecto Shirazensi in Persida dicta انگنك *Enghinik fœtida*; & alias Persice راو ماند *Kâw-mâda*. Quin & Ὀπὸς simpliciter dictus, solet denotare *Succum Cyrenaicum*; & aliquando *Silphium* ipsum Hippocrati, qui *Silphii Succum* ὀπὸν καρπαῖον vocat.

Σίλφιον Latine dicitur *Laser*: & ex eo extractus Succus, *Laserpitium*. Ex nomine *Laser*, Galli corruptam cuderant vocem *L'Asse* seu *L'Ase*, literâ *l* in Articulum abeunte, & ultimæ literæ sono pereunte Gallico more; eodem plane modo quo Galli & Itali ex Persico لاژورد *Lazurd*, fecerunt *L'Azur*; & rursus mutando *r* in *l*, Lapis *Lazuli*. Solino *Laserpitium dulce* dicitur *Sirpe*. Hinc Doctiss. Plempius in Notis ad Avicennam, dicit Græce mutando *r* in *l*, fieri Nomen Σιλφὶ seu Σιλφιον; & ab illo Latinorum *Sirpe* seu *Serpe*, fieri *Laserpitium*, pro *Lac Serpitium* seu Silphii succo albo; aliquando tamen apud Authores *Laserpitium* ipsam plantam denotare solet. Dicta notatio à Lacte sumpta, adhuc planior & certior fit, si animadvertimus, quod dictus Succus Syris dicatur سحا بالبوا *Lac Silphii*, & سحا ممونسا *Lac Cyrenaicum*; idque eadem ratione qua apud Bar-Bahlûl *Gummi Arabicum* albescens vocatur سحا وحدا *Lac Arabicum*, & *Sagapenum* est سحا مديا *Lac Medicum* seu ex Media. Alias forte nomen *Laserpitium* factum fuerit ex *La Serpe*, Articulo tandem coalescente cum ipso nomine. Ejus meminerunt Cato de re rustica, Catullus, & Plinius.

Italis *Silphione* est ipsa planta: Dioscoridi ejus Caulis tantum dicitur *Silphium*, Radix *Magydaris*,

(Persis اشترغاز *Uſtarghâz*,) Folia *Maſpeta*. Arabice tota planta ſubinde nominatur محروث *Mahrûs*, quod tamen præcipue de ejus Radice intelligitur. Apud Zeino'lAttâr Perſice ſic legitur & definitur, حلتيت صمغ محروث ومحروث را انجدان خوانند وبشيرازي دراقه خوانند و حلتيت ار بپارسي انكيزه خوانند وبهندي هنك خوانند وبشيرازي انكيزه كنده خوانند *Hiltît eſt gummi* ταῦ *Mahrûs*: & *Mahrûs eſt Engjudân. In dialecto ShiraZenſi, vocatur 'Dråſa. Aliàs Hiltît Perſice dicitur Enghizbîd, Indice Hengh, & in dialecto Shirazenſi Enghizbîd fœtens.*

Totius itaque ſumma eſt, quod *Silphium* ſeu *Laſer* ſit Ferulæ ſpecies illa, quæ in Libyæ Cyrenaica regione naſcens emittit *Laſerpitium dulce*, quod *Benzoin* & *Aſa dulcis* vocatur: eadem vero planta in Media & Syria naſcens, *Aſam fœtidam* producit. In Libro Nuzhato'lNophus ubi hæc planta copioſe deſcribitur, *Silphium* ſeu planta ipſa æque ac ejuſdem Gummi, diſtinguitur in album ac dulce, & in nigrum ac fœtidum, & colligendi modus docetur. وجمع هذا الصمغ بان يشرط اصله وساقه فيخرج منه لبن فيجفف ويستعمل فالحلتيت الطيب الابيض والحلتيت المنتن من الانجدان المنتن الاسود *Colligitur hocce gummi incidendo radicem & caulem plantæ, unde egreditur Lac, quod exiccatum reſervatur in uſum. Et quidem Hiltît dulce, eſt album; & Hiltît fœtens eſt ex Engjudân ſeu Laſere fœtente & nigro.*

Pharmacopœi Germanici *Ligu ſticum* & *Oſtruthium* (i. e. *Aſterantium*) ſeu *Imperatorium* pro *Silphio* ſubſtituere ſolent; & quoque *Angelicam majorem*, quam Dodonæus perperam putat eſſe verum *Laſer*. Peſſime autem errat B. da Parigi, ponens *Belzuinum* eſſe حصلبان *Haſalbân*; cum hoc Arabice revera ſit *Roſmarinum*, quod Turcice dicitur دديش اوتي *Dentata herba*, quia multis dentibus conſtare videtur. Et idem vice versâ errat vocando *Roſmarinum* ببريه *Piperitin*, propter quandam (ut videtur) mordacitatem, male conficto & impoſito nomine.

ריאו ברבארו לרוב וכל מיני אבנים
טובורת ומרגליורת אינצינסו ואלואי
לרוב פורצילאני וירזין בעצי סרק
ואילני יער סנדאלי ועאא ופשוטים
רבים ומחצבי מרה שלא ישוער וכל

malium valde: [8] Rhabarbarum multum, & omnia genera lapidum pretioſorum, & [9] margaritæ: Incenſum [ſeu Thus] Aloe magnâ copiâ, Verzin, Porcellana, cum lignis infrugiferis & arboribus ſylveſtribus: [10] Santalum, & res aliæ, & Simplicia

8 *Rhabarbarum*] i. e. Rha exoticum extra Græciam natum: ii enim omnia præter ſe & ſua, Barbara vocare ſolebant. Græcis pro Nomine ſufficiens fuit prima Syllaba: integrum enim Nomen Perſice eſt راوند *Râvend*, ſeu راوند چيني *Ravend Chinenſe*, quod Michovius effert *Cini Revent*. Alias ex Tartaria advehi ſolet. Porcellana eſt herba *Purcellain*, refrigerans & in calidis regionibus grata.

9 *Margarita*] Nomen *Margarita* origine Perſicum eſt مروارید *Murvârid*, i. e. *Unio*. Et tale eſt etiam Nomen Proprium *Margareta*, amabilem & pulcherrimum *Unionem* denotans.

10 *Santalum*] Lignum eſt tam rubrum quam luteum, Arabice صندل *Sandal*, Syris mutando literam لصهو *Sandæ*, & Anglis *Saunders*. Hæc autem omnia depravata ſunt & detorta à Perſico hujus Ligni nomine چندل *Tchandal*, ſeu ut minus recte aliquando ſcribitur چندن *Tchandan*. Arabes enim, ut ſupra dictum, literam چ pronuntiare non valentes, eam ſemper mutant in ſuum ص *Sâd*.

אלה

אלה למכור ביניהם לסוחרים הקונים להוליך למקומות הצריכים או לסוחרי הקארובאני הרגילים לעבור המדברו הארוכות עם רבוי גמלים הולכים להוריד מצרימה או לרמשק או לבארוש או לאליכסנדרי או שהסחורות האלה יתנום וימכרים לנוסעים ההולכים היום עד המקומות ההם:

אמנם הסחורות הטובות להביא שמה מגלילותינו הם כל מיני מירצירי"ה מפלאנדרים וממילאן וכל מיני בגדי צמר ופשתים דקים וכל מיני משי צאנדאלי וטאפטא בחי עינים נמכרים שם ביוקר מאד בראשונה וניר לכתוב יין טוב המשומר בכלי לימים רבים ומיני שמנים טובים ומיני כל מתכות וחטה:

אמרו המלחים תדי המדינות כי למעלה ביבשה על קאליקוט מלך תקיף ורם מגלילות ועמים רבים תחתיו נצב על מחוז קאליקוט וזה בטרם יניעו למלכות פרישי ייאני ומהם באים בכל עת דרך יבשה בעיר קאליקוט עם רוב הסחורות

plurima alia, & mineralia quæ non poſſunt [11] æſtimari. Et omnia hæc ut vendant inter ſe mercatoribus ementibus ad portandum ad alia loca quæ eis indigent, vel mercatoribus Caravânæ qui ſolent tranſire per Deſerta longa cum multitudine Camelorum euntibus ad deportandum in Ægyptum, & Damaſcum, & Berytum, & Alexandriam; vel ut tradant merces & vendant illas Chriſtianis qui hodie proficiſcuntur uſque ad loca illa.

Verum merces bonæ ad importandum illuc ex regionibus noſtris, ſunt omnes ſpecies [12] merceriæ à Flandriâ & à Milano: & omnes ſpecies pannorum laneorum & lineorum ſubtilium: & omnes ſpecies Serici, ut [13] Sandali & Tafata. Perſpicillæ olim ibi vendebantur valdè care, & Charta ad ſcribendum: Vinum bonum reſervatum in vaſis multis diebus: & ſpecies oleorum honorum, & ſpecies metallorum, & triticum.

Aiunt nautæ harum provinciarum Luſtratores, quod in Continente ſupra Calecut ſit [14] Rex fortis & excelſus propter regiones & populos multos qui ſunt ſub illo, præſidens ſuper territorium Calecut: hoc autem eſt antequam perveniant ad regnum Pretegjani. Et ex illis ſunt aliqui ſemper venientes per viam Continentis

11 *Æſtimari*] i. e. recenſeri, propter magnam copiam.
12 *Merceriæ*] viz. Panni linei, &c.
13 *Sandalum*] Serici panni ſpecies quæ vulgo dicitur *Sarcenet*. *Tafata* origine Perſicum eſt تافته *Tâfta*, i. e. *contortum*; viz. fortiore filo duplicato & contorto conſtans + teh.
14 *Rex fortis*] Magnus *Mogul* heic intelligitur.

הנזל כי בארצם ובנהרותם ובתוך
יערי אילניהם מוצאם והם שחורים
ועשירים ותקיפים ושמתים ול-
בושיהם מכסים חצי הגוף או רובו
והם מבגדי משי שחורים או לבנים
וקצת מן המעיל אשר עליהם
ימשיכוהו דרך הארץ וינרהו ואמרו
שהם עובדי אלילים ואני אומר לפי
מה שחקרתי ובינותי כי הם יהודים
בודאי לפי שחקרתי מתורגמן אחד
ערבי אשר דברתי עמו פה פירארא
ואמר כי בהיותו בקאליקוט ברבו
עם העם הזה על עסקי סחורה
שהרים ידו באצבע אחת אל השמים
וישבע באחד חי העולם והתורגמן
מפרש שנשבע בשמש לבלתי תת
מעלה ליהודים ונפן הוא בחקם
שאין ראוי לפי הקדמותיהם היום
ליחס כבוד עם רב ומלכות לישראל
עד יערה ה׳ רוח ממרום עלינו
וחרפת עמו יסיר ושבו בנים
לגבולם ודי בענין זה וכבר דברתי
זה שלש רגלים׃

ad urbem Calecut cum multis mercibus prædictis: nam in terris eorum & fluviis eorum est productio talium. Et illi sunt [15] nigri, & divites, & robusti, & hilares: & vestes eorum tegunt dimidium corporis, aut majorem ejus partem: suntque ex pannis sericis nigris aut albis: & partem pallii quod est super illos, trahunt per terram, pertrahuntque illud. Et aiunt eos esse cultores idolorum. Sed ego dico secundum quod inquisivi & intellexi, quod [16] pro certo sint Judæi. Inquisivi enim ab Interprete aliquo Arabico quocum locutus sum hic Ferraræ: & dixit, quod cum ipse esset in Calecut, cum loqueretur cum aliquo ex isto populo de rebus mercaturæ, quod ille levavit manum suam uno digito ad cœlum, & juravit per unicum viventem in seculum. Et iste Interpres explicavit quod juraverit per Solem, ne daret gloriam Judæis. Nam certum est quod in statutis eorum non decet secundum principia eorum hodie, attribuere gloriam populi magni aut regni Israelitis, donec excitet [seu infundat] Deus spiritum ab alto super nos, & opprobrium populi sui removeat, & redeant filii [Israelis] ad terminum suum. Et hoc sufficiat de isto negotio: nam jam locutus sum de hac re tribus vicibus.

15 *Nigri*] Potius dixisset Olivastri.
16 *Proterve sint Judæi*] Proh stulta credulitas & judicium temerarium!

פרק כו יודיע ממיכורת וקירוב לאסיקא לגולפו התחלת ים סוף ומציאו ראש יבשרת קאליקוט סמוך לסיצר התחלת ים פרס והערת כוללת לכל ארץ הודו ואיי חים בפלל ומעשרת חקארובאני מהגמלים להעלורת הבשמים ביבשה העליונה:

כבר באתי על הסובבים

ביבשה מכוש השפלה בים אוקיינוס כי בהגיעו לסינוס ברבאריקוס אחר עבור היער תגרול הנזכ אשר אצל ראש ארמוני ואחר עכור כל פיורת הנהרות הגרולות צריך שיעבור כל הגולפו באברריקו אשר כו למעלה מיצר התחלרת ים סוף ואחר עבור כל אלה יסובב היבשה וירד לדרום בים וימצא ראש יבשרת לאמיק ואל הראש השני אשר כנגדו הוא ראש יבשרת קאליקוט כמו מהלך ארבעים ימים דרך ים ובין שני הראשים האלה מלאמיק וקאליקוט יש מיצד ים אחר הנכנס ועולה ביבשרת הרברת מאר ומתרחב ועושרת סכוב גדול ביבשרת פרס בכל ובשרים וסובב הים הזה קרוב לאלפים מילין ונקרא סינוס פירסיקום

CAP. XXVI. *Declarat confinitatem & approximationem la Meccæ ad Golfum initii maris Suph, & [1] inventio Capitis Continentis Calecut propt Fretum initii maris Perſici; & monitio generalis de tota terra Indiæ & inſulis maris in genere. Et opus Caravanarum cum Camelis, ad deferendum Aromata per Continentem ſuperiorem.*

JAm explicavi de circumeuntibus Continentem Æthiopiæ inferioris per mare Oceanum, quod quando perveniunt ad Sinum Barbaricum, poſtquam tranſierint ſylvam magnam prædictam quæ eſt apud Caput rubrum, & poſtquam tranſierint omnia oſtia fluviorum magnorum, neceſſe ſit tranſire totum Golfum Barbaricum qui eſt in eo ſupra Fretum initii maris Suph. Et poſtquam tranſierit quis omnia hæc loca, circumibit Continentem, & deſcendet ad auſtrum per mare, & inveniet Caput Continentis la Meccæ. Et ad Caput ſecundum quod eſt adverſus illud, ſc. Caput Continentis Calecut, eſt iter circa quadraginta dierum per viam maris. Et inter duo iſta Capita de la Mecca & de Calecut, eſt [2] Fretum maris unum quod intrat & valde multum aſcendit per Continentem, & amplificat ſe, & facit magnum circuitum per Continentem Perſiæ & Babylonis & Chaldææ: hoc mare circumit per fere bis mille milliaria, &

1 *Inventio Capitis*] i. e. quomodo inveniatur attingere illum locum ſeu illud Caput

2 *Fretum maris*] viz. Fretum juxta هرموز *Hormuz*, ſeu Anguſtior introitus maris vel Sinus Perſici, alias Arabice باب المندب *Babo'l Mandab*, i. e. *Porta enſis*, propter periculoſa & nimis frequentia naufragia.

מארצות

מארצות הסופי באמונת הנביא עלי
קרוב מעט לאמונת מחמד:

ועל צלעות הצד המזרחי לים
פרס הזה הוא הדרך והרצועה לעלות
הודו העליונה במלכות דראנגיאנא
ואראגוסיא אמנם יתר גלילות הים
פרס הזה אשר למטה ממנו ימשכו
כלם אחרי צלעי שפת ים הודו
הגדול אשר טולומיאו רבר בם וקרא
את שמם הודו איסטרא רל
אינדיאה איסטרא והודו נאניים
רל הודו הנמצא בין נהרי נאניים
אשר בלשוננו נחן וימשכו אלה
המדינות מהודו עד סוף העולם דרך
שפתי הים אוקיינוס הדרומי עד

vocatur Sinus Perſicus ex terris [3] Sophii qui eſt in Fide prophetæ Ali proximè ad Fidem Mohammedanam.

Et ad coſtas lateris Orientalis hujus maris Perſici, eſt via & linea ad aſcendendum in Indiam ſuperiorem per regnum Drangianæ & Arachoſiæ. Verum cæteræ regiones hujus maris Perſici quæ ſunt infra illud, protrahuntur omnes poſt latera oræ maritimæ Indiæ, de quibus Ptolemæus locutus eſt: & vocat nomina eorum Hodu eſtera, i. e. India extra, & India [intra] Gangem, i. e. India quæ invenitur inter fluvios Gangis, qui in noſtra lingua eſt [fluvius] Gozan. Et protrahuntur iſtæ Provinciæ ab Indiâ uſque ad extremitatem Mundi per oras maris Oceani auſtralis, uſque dum pervenia-

3 *Sophii qui in fide prophetæ Ali*] Nempe Perſarum Rex *Iſmael* fuit ex Religioſa familia eorum qui à gerendo veſtes ex صوف *Sôph*, i. e. *Lanâ*, (nam Sericum non induunt,) dicuntur صوفي *Sophi*, q. d. *Laniferi*, *Lanoſi*, *Lanearii* ſeu Laneas gerentes veſtes. Unde & uſque hodie Perſarum Reges (utpote qui ex eadem familia orti) *Sophii* vocantur. Multum autem falluntur illi, qui propter moderniorem aliquem Regem proprio nomine *Sephi* dictum, Reges omnes rectius vocari debere *Sephii*: id enim nominis ante *Schâh-Sephii* tempora obtinuerat. Dicta Sophiorum Secta talis eſt, *qua res Divinas & ad amo[illegible] Dei ſpectantes quotidie meditari, eaſque viſibilium rerum figuris obſcurè & figurate adumbrare ſolet.* Ab illo nomine fit Verbum Arab. صاف *laniſer & lanoſus fuit*, & صوف *more Sophorum velavit & obvolvit ſermonem*, & Paſſive تصوف. Hinc in Sophiorum Inſtitutis peritia & ſcientia vocatur علم تصوف *Scientia Sophiiſmi* ſeu *Inſtituti Sophiorum*, quod quidem Inſtitutum præcipue continetur in Libro Perſico cui Titulus معنوي ومثنوي *Mahnavi & Meſnavi*. Quoad Religionem, tam Turcæ quam Perſæ ſequuntur fidem Mohammedis, & Coranum amplectuntur, diverſè autem explicant. Maxima autem differentia, propter quam Turcæ & Perſæ ſeinvicem odio habent & convitiis proſcindunt, eſt de quatuor immediatis ſucceſſoribus, quorum tres priores *Abu bcr*, *Omar*, & *Othmân* Turcis chari & honorati, & quartus *Ali* deſpectui habetur: è contra, Perſæ iſtum ultimum pluſquam tres priores & quam Mohammedem ipſum æſtimant, honorant, & Sanctiſſimum fuiſſe exiſtimant; reliquos vero ut nebulones vilipendunt. Hinc & ſolennis illa qua ſe Muſlimos eſſe profitentur Formula, quæ etiam in Nummis inſcribi ſolet, Turcis eſt لا اله الا الله محمد رسول الله *Non eſt Deus niſi ipſe Deus, & Mohammed eſt propheta Dei*; Perſæ vero his verbis ſubjungunt علي ولي الله *Ali vero eſt Amicus Dei*. Deinde in Alcorani expoſitione, multa oriuntur Diſſidia, unde ſeinvicem Schiſmaticos eſſe proclamant, majorem ſpem eſſe de Chriſtianis eſſe quam de Perſis, & in die Judicii aſinos à Judæis inequitandos eos futuros eſſe pronuntiant Turcæ.

הגיעו

תגיעו בסוף הנק סינוס מאניום לדברי
טולומיאו וסינארום רגיאו ביבשה:
אולם מעלה מהגלילות האלה
ההודיות ולעבור כל המוברות
וללכת לצפון העולם ילך ויגיע
אצל גלילות סקשאניאה וסרמאציא
סופיריאור ואינפריאור ער ארץ המגוג
ויסובב בלכתם לגלילות מדי
ושושיאנה היא שושן הבירה
בקארטוגה וגלילות הטארטארו
הגדול:

האמנם לשוב למטה לים קאליקוט
בארץ הדרום לחודו ער סינוס
מאניום בסוף העולם הדרומי כלו
מיושב מישובים גדולים ומלכיות
רבות ותקיפות וכל טובות המציאות
בידם מלבד זהב האיים אשר
בים לאין חקר ואין מספר כלם
כאחד בספינות ירובקו אלה מארץ
מזרח יבואו ואלה מרומו של
עולם יגיעו לעשות הסטיפולי
והקבוץ הכולל מכל הסחורות לעיר
קאליקוט הגדול שמה ינוחו יגיעי
הים שמה ימצאו מרגוע לסחורותיהם
אם במכר או במחיר חזר דרכם

atur ad finem qui vocatur Sinus magnus, juxta verba Ptolemæi, & ad Sinarum regionem per Continentem.

Sed ſupra regiones iſtas Indicas, ad pertranſeundum omnia Deſerta, & ad eundum ad ſeptentrionem Mundi, ibit & perveniet quis ad regiones Scytaniæ & Sarmatiæ ſuperioris & inferioris, uſque ad terram Magog: & tum circumibunt in profectione ſua ad Provincias Mediæ & Suſianæ, (quæ eſt Suſan Palatium quod eſt in [4] Corduenis,) & Tartariæ magnæ.

Verùm revertendo infra mare Calecut ad terram Indiæ auſtraliorem uſque ad Sinum magnum in fine Mundi auſtrali, totum eſt habitatum habitationibus magnis & regnis magnis & fortiſſimis: & omnium bonorum inventio eſt in manibus eorum: præter inſulas quæ ſunt in mari tanta multitudine ut perſcrutari & numerari nequeant; quæ omnes ut una [5] conjunctæ ſunt navibus, viz. iſtæ à terra Orientis veniunt, illæ ab auſtro Mundi appellant ad faciendum Stapole & Conventionem generalem pro omnibus mercibus in magna urbe Calecut. Ibi quieſcunt defatigati maris: ibi inveniunt ſolatium mercibus ſuis vel per venditionem vel per [6] pretium; & hæc eſt via conſuetudinis eorum. Et poſtmodum unuſquiſque revertitur ad viam ſuam cum argen-

4 *Corduenis*] ſc. eſt prope *Cordyaam* quæ eſt كرن *Curd* ſeu كردستان *Curdiſtân*, ſcil. Curdorum regio montana inter Aſſyriam & Perſidem, de qua plurima in Notis Biblicis, ſi Deus vitam & vires ſuppeditaverit.

5 *Conjuncta ſunt*] Seu cohærent, nempe omnes iſtæ (i.e. iſtarum incolæ) inter ſe conveniunt in hâc re, ſc. ut navibus veniant ad mercandum in Calecut, eamque faciant *la Stapole* ſeu ſtabilis mercaturæ locum.

6 *Per pretium*] ſc. in permutatione pro aliis mercibus.

מנהג למו ואחרי כן איש לדרכו ישובו
עם כספי מכרם כיום או מתיריהם:

אמרו כי האיים האלה אשר סביבות קאליקוט רובם עובדי אלילים הם לפי דעתם ויש בהם עירות גדולות וקבוצים רבים ונהרות מושבי חול שם והב לרוב עם אבנים טובות ומרגליות ויש מקומות אשר יש משפט מות להורג פרה או שור או בהמה דקה באמרם כי יש ברכה בם ובאמצעותם סמוך לסינוס פירסיקום הוא ים פרס יש שם איים מלאים יהודים לאין מספר ושחורים מלאים כל טוב וסחורה רבה ויערי בשמים וירזין וקאסיאה תרי הים והאיים בספינותיהם:

וראוי לדעת כי בטרם חקירות מלחי פורטוגאל יולדו זה כשלשים שנה לסבוב בים כל יבשת כוש והודו התחתונה הזאת ולבא אל קאליקוט מקום קבוץ כל הסחורות האלה היה מנהגם אצל הסוחרי הגדולים והרבים ההם לעשות השיירות הגדולות עם רבוי הגמלים הנקראים קארובאני והיו עוברים המדבריות ער בואם סביבות ים סוף בעציון גבר או להר סיני ומשם היו מתחלקים קצתם להוליך לדמשק או

to venditionis ſuæ in manu ſua, vel cum pretiis ſuis [in aliis mercibus.]

Dicunt iſtas inſulas circa Calecut eſſe pleraſque earum idololatricas opinione ſua. Suntque in eis magnæ civitates & multæ Societates, & fluvii trahentes arenam auri magna copia, cum lapidibus pretioſis & margaritis. Suntque loca ubi judicium eſt mortis interficienti vaccam aut bovem aut parvum aliquod animal: dicunt enim, quod benedictio eſt in illis. Et in medio earum prope Sinum Perſicum qui eſt mare Perſicum, ſunt ibi inſulæ plenæ Judæorum innumerorum & quoque Nigritarum, refertæ omni bono, cum negotiatione plurimâ, & ſylvis Aromatum & Verzin & Caſſiæ, [quarum incolæ] ſunt luſtratores maris & inſularum navibus ſuis.

הכל אל הציור השכלי והמקובל
ממנו ועל הדרכים כמו אלו נחלקו
בו גדולי גאוני ישראל אחרונים
במציאה אין כמותם אחריהם עד
היום הזה והרמבן האחד כתב
במורה בספורי האבות על וירא
אליו באילוני ממרא והנה שלשה
אנשים ואל הבקר רץ אברהם וגו
כלם מראות אלהים ולא כפשוטן
רק במראות הבתרים שאימה נפלה
על אברהם וכן בלוט ומצות אפה
ויאכלו וגו והרמבן השיגו בפרשת
וירא בתוכחת מגלה ואומר כי כלן
כפשטן הן ורבים כמו אלה אליו
ביניהם בחדושי התורה להרמבן כן
אומר מה לי עתה באגרת הזאת
בספוריזה כי יהיה ספור בראשית
כלו רומז אל המקובל והנסתר ממנו

onem meam; nam [12] licentia eſt in manu eorum: ſed dicam, Accipite verba Legis ſecundum ſimplicem [i. e. literalem] ſuum ſenſum & ſecundum conſuetudinem ſuam, & ſupra omnia, Accipite verba Legis ſecundum explicationem [13] Doctorum veritatis, qui innuerunt [i.e. retulerunt] omnia ad ideam intellectualem & Cabbalâ receptam apud illos. De iſtiuſmodi autem viis diviſi ſunt magni excellentes Iſraelis poſteriores, de inventione hac, non ſunt ſicut illi poſt eos ad hunc uſque diem, viz. Maimonides & Nachmanides. Unus horum ſcripſit in ſuo More, ad enarrationes patrum ad [14] *Et apparuit ipſi Dominus in quercubus Mamre*, &c. *Et ecce tres viri*, &c. *Et ad armentum cucurrit Abraham*, &c. quæ omnia ſunt viſiones Dei, & non ſecundum ſimplicem ſuum ſenſum, ſed tantum ſicut viſiones diſſectorum-animalium, ubi [15] *terror incidit ſuper Abrahamum*: Et ſic de Lotho, *Et azyma coxit*, &c. Nachmanides vero animadvertit in illum in Paraſha *Et apparuit*, reprehenſione manifeſtâ, dicitque omnia iſta eſſe ſecundum ſimplicem ſuum ſenſum: & ejuſmodi multa inter eos ſunt apud Nachmanidem in ſuo Chidduſhe-hattora. Sic itaque dicam, Quid mihi nunc eſt in hoc Tractatu in iſta enarratione mea? [dicamque inquam]

12 *Licentia*] Nempe licentia non credendi.

13 *Doctorum veritatis*] i. e. *Cabbaliſtarum*. A קבל cabal *accepit*, eſt קבלה Kabbala *Acceptio*: quo nomine intelligitur Doctrina ore tenus tradita & accepta, quæ eſt Theologia quædam myſtica de Divino auditu, ut vocant, & de Arcanis ac Myſteriis Legis Divinæ.

14 *Et apparuit*] Ex *Gen.* 18. 1, 2, 7.

15 *Terror incidit*] Putant nempe Abrahamum revera non vidiſſe talia; ſed ſopore in eum cadente, illum vidiſſe viſionem tantum. Sed bonus hic dormitat Maimonides, ſomniatque vigilans. Recte itaque in illum animadverrit Nachmanides, eumque merito reprehendit, in Libro ſuo dicto *Chidduſhe Tora*, id eſt, *Innovationes* ſeu *Novæ expoſitiones Legis*.

ולא כפשוטו או שיחירה כמשמעו
וברוך קול פסוקי התורה ממש
ועל זה באתי ואומר שהאדם נברא
למטרה בארץ והי הכניסו בגן עדן
לעבדה ולשמרה וזהו מקומו באופן
הגון לדעתי ומתקרב לדעת האמת
הנע הזה הוא בגליל חרי הלבנה
במקום אחד מיוחד שמרה אשר
הוא מקום סגולה מאת ה אדון
כל הארץ אשר לא יעבור בו איש
ורגל בהמה שורה המזג וטוב
המצב וגן ערן שמו אשר נטעו ה
מקדם בראשונה לנוח בו האדם
אשר יצר ואם לא חטא כבר היה
ידוע מה שימשך מזה ומהמקום
ההוא נהר יוצא מערן להשקות
את הגן והיה לארבעה ראשים
אשר שנים מהם פישון וגיחון
יסובבו הגלילות ההמה מארץ כוש
העליונה והתחתונה כאשר המה
עושים היום הזה ממש האחד
נילוס יורד לארץ כוש במצרים
והשני לכוש לדרום אופיר וחוילה
אשר שם הזהב בוראי וגיחון של
ירושלים גיחון אחר הוא כאשר
נראה היום נהרים רבים נקראים
רינוס בצרפת ואשכנז ואיטאליאה
והשנים האחרים חדקל ופרת ילכו

quod sc. sit enarratio rei Bereshith tota illa, innuens sensum Cabbalisticum & occultum à nobis, & non secundum sensum-literalem suum? vel, quod sit [16] secundum auditum suum & secundum sonum versuum Legis proprie? Ideoque venio & dico, quod Homo creatus fuerit infra in terra: Deus vero introduxit ipsum in Hortum ad colendum eum & ad custodiendum eum: & iste erat locus ejus modo conveniente, mea opinione. Quod autem magis accedit ad opinionem veram, est quod iste Hortus Eden sit in regione montium Lunæ in loco aliquo appropriato ibi, qui est locus peculiaris à Domino qui Dominus totius terræ, per quem nunquam transit vir nec pes bestiarum, æqualis temperamenti & boni situs: & Hortus Eden est nomen ejus, quem plantavit Deus ab antiquo olim, ut in eo quiesceret homo quem formaverat. Et, si non peccasset, jam notum esset quid inde † traheretur. Et ab illo loco prodiit fluvius, ab Eden, ad irrigandum Hortum, fuitque in 4 capita, quorum duo sunt Pison & Gihon qui circumeunt regiones istas terræ Cush superioris & inferioris, sicut hodie faciunt ‡ certissime. Unus nempe est Nilus descendens per terrã Cush in Ægyptum: & secundus per Cush ad meridiem Ophir & Havilæ, ubi est aurum pro certo. Gihon vero Hierosolymæ est alius Gihon, sicuti visitur hodie quod plures fluvii vocentur Rhenus, viz. in Gallia & Ger-

16 *Secundum auditum suum*] i. e. prout audimus pronuntiatum, & sec. sonum verborum in Versibus seu Textu Legis. † Id est, *sequeretur*. ‡ Seu *proprie*.

קרמת אשור אסיריאה בלעז ומיסו-
פוטאניאה וכן ציירוהו וכתבו עליו
כל החוקרים בארחות עולם
וכן כתבו החכמים בתלמוד על פרת
שהוא נוטה לדרך בבל וחדקל
עובר בגלילות שושן הבירה אשר
שם דניאל ראה מראות אלהים:

אולם לדעת איך ילכו שתי
הנהרות האלה הנולדים מהרי
הלבנון באמצע כוש ואפריקא
והנם היום נמצאים באמצע
האסיאה בארצות אשור ובבל ושושן
הבירה ובין כוש ואסיאה יש לשון
ים סוף למצרים וארץ פלשתים
וכנען ואין נהר מהם נגרר במהלך
הזה ונאמר אנחנו בו כי הפסוק
ממש מסייע אל הביאור הזה
באמרו ההולך קרמת אשור וזה
שילכו השתים הנהרות האלה
מתחת לארץ לדרך אשור בדרך
מבוע טבעי וכמשפט וטבע קצת
נהרות בעולם להיות הולכות מהלך
מה על הארץ ואחר יסתתרו ויהיו
נובעים אל מקום אחר וקרוב לזה
כתב הרמבן זל בפרשת בראשית
בחדושי התורה אשר באר וכן
מצאתי בדברי חכמי הטבע שהים
המסתיר מימיו למטה ומקבצם

mania & Italiâ. Duo itaque alii Hiddekel & Phrât eunt per Anteriorem-partem [i.e. Orientem] Assur vulgo Assyriæ, & per Mesopotamiam. Et sic depinxerunt eum & de eo scripserunt omnes scrutatores in [17] in semitis Mundi. Et sic scripserunt Doctores in Talmud de Euphrate, quod sc. inclinet ad viam Babylonis; & quod Tigris transeat per regiones Palatii Susan, ubi Daniel vidit visiones Dei.

Verum ad sciendum quomodo duo isti fluvii qui nascuntur ex montibus Lunæ in medio terræ Cush & Africæ, jam hodie inveniantur in medio Asiæ in terris Assur & Babel & Palatii Susan, (cum inter Cush & Asiam sit lingua maris Suph versus Ægyptum, & terra Philisthæorum; & Canaan, & neuter horum fluviorum [18] fluat per hoc iter,) dicemus nos hic de eo, quod Versus [i.e. Textus] directe juvet hanc expositionem, cum dicit, *Qui ascendit versus Assyriam:* & hoc est, quod eant duo isti fluvii sub terram ad viam Assyriæ per viam Scaturiginis naturalis, & secundum morem & naturam quorundam fluviorum in Mundo, qui eunt per aliquod iter super terram, & postmodum occultantur & scaturiunt in alio loco. Et huc prope accedit id quod scripsit Nachmanides b. m. in Parasha Bereshith in Innovationibus Legis quas explicuit. Et sic inveni in libris Peritorum naturæ [i.e. Physicorum,] quod mare occultat aquas suas infra, & colligit eas continetque illas, &

17 *In semitis Mundi*] i. e. in Itinerariis suis.
18 *Fluat*] נגרר *ducatur* seu *trahatur*.

ומחזק

ומחזיק בם כבר יוליכם למרחוק
ויהיו נובעים דרך המעינות
הנובעים ויתחדשו להיות מתוקים
ויצאו לאור ויולידו נהר וכן מצאתי
ברבריהם ממש על נהר נילוס
הנחל מהרי הלבנה כאמור ובאמצע
המורד יפקר מקומו ויחסר ידידתו
לעינים בהגיעו למעלה ממירואי
בהרים הרמים והגבוהים וממקום
אחר יצמח ויבא למצרים ואולי כי
אפשר לבאר עור על פי האופן
הזה על חדקל ופרת אשר מקורם
מהרי הלבנה עם פישון וגיחון
ולא יראו החוצה עד בואם מתחת
לארץ קדמת אשור ושם יעשו
פעולתם על הארץ להראות חדקל
בשושן הבירה ובארץ בבל והרביעי
הוא פרת ה׳ יפרנו וירבנו:

זהו מה שכוונתי אני אברהם
פריצול יצו גר פירארה לכתוב באגרת
הזאת היום רח כסליו רפה ואתנה
שלוחים לשר חשוב בישראל לזכרון
תם תלחי ישׁממוע לקי:

dein defert eas in longinquum ut ſint Scaturientes viâ fontium qui ſcaturiunt, & renovantur ut ſint dulces: & tandem prodeunt in lucem & producunt fluvium. Et ſic inveni in ipſiſſimis verbis eorũ de fluvio Nilo, quod ſc. defluat à montibus Lunæ ut dictũ eſt, & in medio deſcenſionis deſideratur locus ejus, deficitque deſcenſus ejus [19] ad oculos cum pervenit ſupra Meroen ad montes excelſos & altos, & ex alio loco oritur & venit in Ægyptum. Et fortaſſis ſit etiam poſſibile explicare hoc ipſo modo de fluvio Hiddekel & Phrât; quorum fons eſt ex montibus Lunæ una cum Piſon & Gihon: nec apparent extra donec veniant ſub terrâ ad Anteriorem-partem Aſſyriæ. Et ibi faciunt operationem ſuam ſupra terram, ut appareat Hiddekel circa Palatium Suſan & terram Babel. Et quartus fluvius eſt Phrât: Deus [20] nos fructificet noſque multiplicet.

Et hoc eſt quod intendi ego Abraham Peritſol (cuſtodiat eum rupes ſua & redemptor ſuus,) commorans in Ferrara, ſcribere in hoc Tractatu, hodie in [21] novilunio Chiſleu 285: & dedi eum ut Munera Principi alicui honorabili in Iſraele, in memoriale.

[22] Finitus eſt. Laus Deo vivo: & ſit nomen Dei benedictum ex nunc & uſque in ſeculum. In ſalutem tuam ſperavi Domine.

19 *Ad oculos*] ſc. ad viſum oculorum, i. e. plane & perſpicue.

20 *Nos fructificet noſque multiplicet*] Eſt alluſio ad nomen *Phrât*, ſine juſta cauſa; vult enim his inſinuare deductum eſſe à פרה *fructuoſus fuit & fructificavit*; quod falſum.

21 *Novilunio*] Abbrev. רח eſt pro ראש חדש *caput menſis*.

22 *Finitus eſt*] Alii Authores ſolent ſubjungere tantum, תם ונשלם תהלה לאל בורא עולם *perfectus* [ſeu *finitus*] & *abſolutus eſt*. *Laus Deo Creatori Mundi*.

Exemplaris MS Veneti Transcriptor hanc sequentem Conclusionem subjungit,

וכבן נשלם ספר אגרת ארחות עולם
להחכם השלם התורני ר׳ אברהם פריצולו
זלהה: ברוך אלהי עליון מראשית אחרית
הוה אשר לא עזב חסדו ואמתו מעמנו
לתת לנו כח להתחיל ולהשלים הספר הנחמד
הזה חכו מתקים וכלו מחמדים ואם מצער הוא
והקוראים בו במיעוט רברים ימצאו הרבה
מים קרים על נפש עיפה שמועה טובה
מארץ מרחק ישמח לב הקונה ואשר זכנו
בוה למען רחמיו חרבים וחסדיו הגדולים
יתן ויחזור לנו עוז ותעצומות להרפיס
עוד ספרים לרוב כאשר עם לבבנו ויצמיח
לנו ישועה בקרוב ב״ר׳ א׳:

Et sic perfectus est liber Iggereth Orchoth Olam Doctoris perfecti Theologi Rabbi Abr. Peritsol, memoria ejus sit in vitam futuram. Benedictus Deus excelsus qui à principio ad finem est; qui non desernit misericordiam & veritatem suam à nobis, dando nobis vires ad inchoandum & perficiendum Librum hunc desiderabilem, palatum ejus dulcia continet, & totus desiderabilia comprehendit. Et quamvis parvus sit, Legentes in eo paucis verbis reperient multum aquarum frigidarum super animam defatigatam, nempe auditum bonum à terrâ longinquâ: lætabitur cor emptoris. Et qui nos dignos fecit hoc propter misericordias multas & benignitates suas magnas, det nobis robur reddatque fortitudines ad edendum adhuc multos libros, sicut est in animo nostro: & germinare faciat nobis salutem præsto. Sic sit voluntas ejus, Amen.

FINIS.

TRACTATUS

ALBERTI BOBOVII

Turcarum Imp. MOHAMMEDIS IV^ti olim
Interpretis primarii,

DE TURCARUM

LITURGIA,

PEREGRINATIONE MECCANA,

CIRCUMCISIONE,

ÆGROTORUM VISITATIONE, &c.

Nonnullas ANNOTATIUNCULAS, pro ut occasio se obtulit, passim adjecit THOMAS HYDE S. T. D. è Coll. Reginæ *Oxon.* Protobibliothecarius Bodlejanus.

Subjungitur *Castigatio* in *Angelum à Sancto Joseph*, Carmelitarum discalceatorum in Persida Præfectum olim generalem.

OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO 1690.

TRACTATUS

ALBERTI BOBOVII

Turcarum Imp. MOHAMMEDIS IV. olim

Interpretis primarii,

DE TURCARUM

LITURGIA,

CIRCUMCISIONE,

AD LECTOREM

PRÆFATIO.

Sequentes de Ritibus Turcarum obſervationes accepi ab amico Doctiſſimo D. Thoma Smith S. T. D. qui ab Itinere Conſtantinopolitano redux, eas ante aliquot annos mecum communicavit, ſuadens ut aliquando publici juris facere vellem; quod jam tandem factum eſt. Eas autem illius rogatu ſcripto prius conſignaverat Albertus Bobovius, *patria dialecto* Bobowski *dictus, gente Polonus, aliquot ab hinc annis defunctus. Cujus mors dolenda, tum quia noſtratibus ſemper erat amiciſſimus & in omnibus officioſiſſimus, tum quia erat impenſiſſimus Linguarum amator & aſſiduus cultor, & in earum multis tam Europæis quam Aſiaticis verſatiſſimus & peritiſſimus: unde habitus eſt dignus qui ſub Turcarum Imperatore* Mohammede IV^to *Stipendium mereretur ut* ترجمان باشی Tergjumân Baſhi, *i. e.* Interpres primarius. *Maximè autem dolendum eſt, quod morte præreptus eſſet antequàm ad Chriſtianiſmum rediiſſet; quod facere ex animo anhelabat, cupiens ut in Anglia inter Chriſtianos honeſto aliquo modo panem luerari potuiſſet, & ab Infidelium conſortio recederet. Juvenis quidem primò Tataris ductus eſt Captivus, & venditus Turcis, à quibus (explorato ejus ingenio dotibuſque) in Seraglio educatus eſt 20 annis, unde ut Magnatis alicujus Famulus abiit in Ægyptum, & hoc modo factus Liber, tandem ad Conſtantinopolim rediens, in dictum officium adſcitus eſt. In Iſlamiſmo autem initiatus, una cum Religione (ut mos eſt) Nomen mutans vocatus eſt* علی بیگ Ali-Beigh, *ſeu ut vulgo efferunt* Ali-Bei.

Studioſus fuit, & multa ſcripſit; præſertim Grammaticam & Lexicon pro Lingua Turcica: & circa annum 1653, rogatu D. Baſire, Eccleſiæ Anglicanæ Catechiſmum Turcice vertit, & tota S. Biblia in eandem linguam tranſtulit pro D. Levino Warnero, qui (ut Typis mandari poſſent) tranſmiſit ad Leydam, ubi hodie in Bibliotheca Leydenſi ſervatur MS exemplar. Pſalmos Davidis ipſius manu ſcriptos ipſe Turcicè poſſideo.

Hæc quæ de Turcarum Ritibus ſcripta reliquit, poſſunt eſſe curioſo Lectori grata, quia eædem res ab aliis nondum tam bene deſcriptæ, nec quidem ab ullo Chriſtiano accurate deſcribi potuere: cum nemo niſi Muſlimus abſque ſummo vitæ periculo poſſet admitti ad tales Ritus videndum. Nam ſi Chriſtianus ſe admiſceret eorum Sacris, præſertim Peregrinationi Meccanæ, omnia haberentur profanata, & ille morte mulctaretur, nec poſſet à ſe viſa referre. Alias verò extra Religioſam illam Peregrinationem, Mercator forte Urbem adeat & redeat. Cum itaque à Mohammedano hæc ſcripta ſint, probatam & veram eredamus relationem; præſertim eum totam eorum ſtultitiam tam libere prodat, & arcana nobis Chriſtianis ridenda propinet; unde poſſumus plenius de eorum Fide & Moribus & Indole judicium facere. Et quidem illorum (ut et Pontificiorum) ineptias et ſtultitiam vidiſſe, poteſt omnes alios in veriore Religione melius confirmare. Nam fere omnes illorum Ceremoniæ, præſertim Meccanæ, ſunt plane ridiculæ et ſuperſtitioſæ, ab aſtutis nebulonibus excogitatæ ad ſeducendum inani religionis ſpecie palantium Arabum animos eoſque demulcendum. In dictis Ceremoniis quam ridiculum eſt Templi peribolum toties circumitare, cum humerorum agitationibus, &c. Imo et tota panegyris eſt tanquam inſanorum et fatuorum turma nugis occupata. Quam deploranda eſt cæcitas miſerorum, qui amicos ægrotantes monent de præſcindendis unguibus, quia poſt mortem factum non valet; et quod credant mortuos ſubjici duorum Angelorum Examini in ipſo Sepulchro, ibique vapulare; et quod defunctum moneant ut pergat

gat ſtrenue negare Trinitatem, et fortiter aſſerere Fidem Mohammedanam in altero Mundo, eadem firmitate qua hæc fecerat in hoc Mundo; et ut memor ſit Profeſſionis ſuæ, quod acceptaverit Deum pro Domino, Mohammedem pro Prophèta, et Alcoranum pro Libro ſuo, &c. (quaſi mortui eos loquentes audire poſſent,) metuentes ſuos defunctos apoſtatizare poſſe, et à ſua fide deſciſcere. Hæc autem faciunt credentes animam pro 3 aut 4 diebus corpori aſſidere vel circa illud volitare, donec factum fuerit dictum Examen. Ideoque feles arcent, fœtores et fragores et omnes inconditos ſonos prohibent, ne forte talia circumvolitantem Animam turbare et juſto citius fugare et abſterrere poſſint.

Sed interim, ut quod juſtum eſt ipſis Turcis faciamus, agnoſcendum eſt eos verum Deum colere. Nam Mohammed Arabes ab Idololatria ad veri Dei cultum et cognitionem partim vi et partim ſubtilitate adduxit: qua in parte bene fecit, et Aſſeclæ ejus pro Dei Unitate contra omnes fortiter contendunt et ſcribunt. Imo Mohammedanorum plurimi in amore Dei excellunt, et de Amore Divino plurimos Tractatus pathetice ſcriptos ediderunt. Præterea multi ex eis Eleemoſynis et Juſtitia aliiſque virtutibus tam moralibus quam Theologicis elucent: et, ſi quid mali eis accidat, id ſtatim pro peccatis ſuis contigiſſe agnoſcunt & exponunt. Fruſtra autem ſunt qui credunt eos colere Mohammedem, quod non faciunt: ſed tantum ut omnium maximum Prophetam æſtimant. Nam qui ex Turcicâ Secta ſunt, ita prorſus ab omni Idololatriæ ſpecie abhorrent, ut ne quidem in Nummis propriis aut in Libris picturam faciant, aut Scachis figuratis ludant, ne forte in uſum Idololatricum trahantur; quamvis Perſica Mohammedanorum Secta ubique picturas faciat eiſque utatur. Iſti autem Turcæ, veræ Religionis fundamini (ſc. Dei Unitati) ſuperſtruunt ſtramen & ſtipulam, quæ in die diſtinctionis ignem probationis non ferent.

Harum obſervationum Textus eſt in ipſiſſimis Authoris verbis, quæ raro mutavi, niſi forte leviora, & quæ Grammaticæ repugnarent, aut ubi Arabicorum interpretatio nimis laxa & perfunctoria. Si quid Textui inſertum, id diſtinctionis cauſa Uncis incluſum. Notas adjeci paucas in ea quæ ab Authore tacta: multa alia addi potuere: ſed quæ ille non tetigit, ego plerumque intacta reliqui; ne Opus nimis prolixum foret, & ne meum potius quam illius eſſe cenſeretur.

Et quia Mecca & ad eum Peregrinatio in prædictis ſæpius memoratur, qui de ea plura videre cupit, urbis & Templi deſcriptionem videat in Itinerario Lud. Vartomanni Patritii Romani, qui omnia ex αὐτοψίᾳ nobis tradit, Cap. 15, 17, 18, 19, 20. Videatur quoque L. de Barthema p. 151, Italicè. Vale Lector, & his qualiacunque ſint utere & fruere.

DE PRECIBUS

MOHAMMEDANORUM.

QUinquies per diem orare debent Mohammedani ex Alcorani præscripto horis constitutis; nempe I, *Horâ matutinâ ante ortum Solis*, quæ Turcicè vocatur صباح نمازي† Sabâh namâzi *Oratio matutina*. II, *Horâ meridianâ* in declinatione Solis, quæ est اوبله نمازي Oile namâzi *Oratio Meridiana*. III, *Horâ* [1] *vesperarum*, quæ ايكندي نمازي Ikindi namâzi *Oratio pomeridiana*. IV. *Horâ post occasum Solis vespertina*, quæ اخشام نمازي Achshâm namâzi *Oratio vespertina*. V, *Sesquihorâ intra noctem*, quæ ياتسي نمازي Yatsi namâzi *Oratio decubitoria* seu ante decubitum.

Has Orationes præcedere debet طهارت Taharet *Lustratio*; nempe *Lotio* [2] *faciei, manuum usque ad brachia, pedum usque ad talos & tibias, ablutio oris & narium dicta* مضمضة mezmeze *oris collutio* seu *ablutio*, & استنشاق Istinshâk *narium insufflatio* seu *ablutio narium* aquam intrò attrahendo, مسح الراس meshu'rrâs *abstersio capitis*, مسح الرقبة meshu'rrécaba *abstersio cervicis*, quæ madidarum manuum superinductione fiunt. Hæ Lustrationes sunt Ceremoniales, quæ additis brevibus orationculis fiunt, nec verbis tam facile demonstrari possunt, nisi cum magna sermonis prolixitate: visu autem facile percipiuntur & addiscuntur.

Pollutio [3] quæ nocturna est seu in somnio, vel ex coitu vel ex quavis spermatis emissione, vocatur جنابت *Gjenébat*; & hoc modo *polluti* vocantur جنوبلر *Gjunûblér*. Talibus non licet interesse precibus nec quibusvis negotiis civilibus, antequam peregerint غسل *Gusl*, quæ est totius corporis *ablutio*. Inauspicatum enim

Editoris Notæ.

† Aliàs quibusdam dicta *Salèm namâzi*.

1 Sic scribit Ali-Beigh, in plurali more Hebræorum veterum, quibus Pomeridianum tempus vocabatur בין הערבים *inter duos vesperas*, quæ sc. erant Declinatio Solis post meridiem & post occasum. Hæc Precatio Arab. dicitur صلوة العصر Salâto 'lUtsr *Oratio pomeridiana*. Estque exactè medio temporis pomeridiani, sive dies sint longiores sive breviores. Et sic oratio matutina quovis tempore anni est sesquihorâ ante ortum, & vespertina est sesquihorâ post occasum Solis: vel secundum alios, unâ horâ ante ortum & post occasum. Quotidiè toto tempore Ramazân, his additur تهجيد Tamgjîd *Doxologia*, hora quarta matutina, aut media nocte. Et circa nonam matutinam die Veneris & Mercurii toto anno est *Salâ* precatio peculiaris.

2 Quæ quidem Lotio fit ex مطهرة Mathare *Purificatorio* seu *Lustratorio vase*, quod est Gutturnium lustrale seu Aqualis rostratus ex quo membris affunditur lustralis aqua. Hoc creditur conferre ad animæ purificationem ab omni immunditia spirituali, ut olim apud Judæos. Vocatur hæc lotio ابدست *Abdest*.

3 Nec quidem Coranum suum tractabunt tangentve qui hoc modo pollutus sunt; ideoque ad talem temeritatem præcavendum, externo ejusdem operculo aliquando inscribi solent hæc verba لا يمسه الا المطهرون la yamussoho illa 'lmutahharuna, *non tangant eum nisi puri*.

eſt inter illos polluti faciem videre, vel cum eo comedere, aut aliud quodvis negotium tractare: unde Proverbiale dictum ايشم راست كلميور شايد بو كون برجنوبك يوزينة باقدم *Res mea non benè ſuccedit, forte hodie polluti faciem inſpexerim.* Hæcce lotio eſt etiam Ceremonialis, ſuiſque ſuperſtitionibus ornata. Et eodem modo ſe habent حيضلو Haizlu *menſtruata* & نفساء Nopheſa *puerpera.*

Orationes ſunt duplicis generis, ſc. vel ex obligatione سنتى Sunæ, i. e. *conſuetudinis* ſeu Legis traditionalis, (quæ conſtat ex Mohammedis dictis peculiari [4] volumine ſcriptis;) vel ex obligatione فرض *Pharz*, i. e. *Præcepti* Dei textu aliquo Coranico comprobati. Inter iſtas utriuſque generis Orationes fiunt اقامات Ikamât *Stationes*, ركعات Rekaât *Inclinationes* Capitis & mediæ partis corporis, سجدات Segjdât *Proſtrationes*, قعودات Kuûdât *Seſſiones* quæ poſt binas quaſque *Proſtrationes* fieri ſolent. Interponitur quoque قراءة Kar'a *Lectio* ſeu *Recitatio* Corani, & تشهد Teſhahhud [5] *Teſtificatio*, & تسليمات Teſlimât *Salutationes* quibus Angelos ſuos Cuſtodes humeris orantium inſidentes ſalutant. Caput ad humeros dum hoc faciunt vertendo.

Preces matutinæ ex obligatione *Sunnæ*, ſunt ايكي ركعات *duæ Inclinationes*, quælibet cum binis *Proſtrationibus* in faciem, & una قعود *Seſſione*. Et ex oblig. ٣ *Farz* etiam ſimiliter. In *Sunna* tacite recitantur Corani Suratæ minores, in *Farz* autem eadem clara voce. Fiunt ergo in toto, quatuor *Inclinationes*, [& [6] octo *Proſtrationes*, & duæ *Seſſiones*, quæ cum *Lectionibus* ſeu *Recitationibus* Coranicis. Preces matutinas abſolvunt; præmiſſis etiam *Luſtrationibus* cum adjunctis *Oratiunculis* privatis.]

Preces Meridianæ conſtant ex quatuor *Inclinationibus Sunnæ*, & duabus *Seſſionibus*. Poſtea peroratur *Farz*, quæ etiam eſt quatuor *Inclinationum*, & duarum *Seſſionum*. Deinde iterum ſequitur *Sunna* duarum *Inclinationum*. Fiunt ergo in ſumma, decem *Inclinationes*, [& quatuor *Seſſiones*.] Et Alcoranus in his omnibus tacite recitatur.

Preces pomeridianæ conſtant ex quatuor *Inclinationibus Sunnæ*, & duabus *Seſſionibus*.

Editoris Notæ.

4 Hoc opus vocatur سنة *Sunna*, (cum Judæorum *Miſna* conſonante nomine,) quam Arabice ſcripto conſignavit *Bochâri*, continens Mohammedis Traditiones שבעל פה *Orales*, unguibus deducendo huic ab illo & ab altero, & tandem ab aliquo qui à Mohammedis ore accepit.

5 *Teſtificatio*, ea eſt communis Formula qua quiſque ſe Fidei Mohammedanæ addictum profitetur & teſtificatur, dicendo لا اله الا الله محمد رسول الله *Non eſt Deus niſi ipſe Deus, & Mohammed eſt Prophetа Dei*, ſeu potius *Legatus Dei*; Perſæ addunt علي ولي الله *ſed Ali eſt Amicus Dei.* Hoc faciunt ad Dei Unitatem aſſerendam contra Chriſtianos, quibus (propter Doctrinam Trinitatis) مشركون impingunt, & eo nomine eos vocant Mushrikûna *Aſſociatores*, quia Chriſtum Deo aſſociant eique æqualem habent: illi autem dicunt Deum eſſe unum, & non habere ſocios nec æquales. Quicunque autem Chriſtianus eam Formulam pronuntiare auditus fuerit, ad Iſlamiſmum amplectendum ſtatim cogunt, vel alias capite plectunt. Sic enim illorum Religio ab ipſis nominatur اسلام Iſlâm *Status Salutis*, qui Lat. *Iſlamiſmus* vocari poſſit; & ſtatum talem ingredienti, eſt مسلم *Muſlim* ſeu مسلمان *Muſlimân.*

6 Quæ hinc & alibi Uncis inclusa, ab Editore addita ſunt; cum Author brevitati & feſtinationi ſtudens, particularia enumerare & recenſere neglexerat.

His

His peractis, peroratur *Farz*, quæ eſt totidem *Inclinationum* & *Seſſionum*. Eſt autem hèic *Sunna* in libero arbitrio precantis: poteſt enim vel perorari vel omitti. Hèic quoque tacite recitatur Alcoranus.

Preces veſpertinæ ſunt *Farz* trium *Inclinationum*, & duarum *Seſſionum*: una ſc. *Seſſio* fit poſt duas *Inclinationes* priores, & altera poſt unam illam *Inclinationem* poſteriorem. Inter duas priores *Inclinationes* recitatur Alcoranus alta voce, poſt poſteriorem voce ſubmiſſa. Poſtea peroratur *Sunna* duarum *Inclinationum* & unius *Seſſionis* tacitè. Fiunt ergo in ſumma, quinque *Inclinationes*, [& tres *Seſſiones*.]

Preces nocturnæ conſtant ex *Sunna* quatuor *Inclinationum*, & duarum *Seſſionum*, cum tacita Alcorani recitatione; quæ tamen ſi libuerit alicui, omitti poteſt. Poſtea ſequitur *Farz* quatuor *Inclinationum*, & duarum *Seſſionum*. Inter duas priores *Inclinationes* recitatur Alcoranus clara voce, inter poſteriores autem ſubmiſſa. Poſtea iterum ſequitur *Sunna* duarum vel quatuor *Inclinationum*, & unius vel duarum *Seſſionum*, pro lubitu. Poſt *Seſſionem* primam vel ſecundam aſſurgentes perorant Orationem quæ dicitur وتر نمازي Vitr namazi, i. e. *Oratio ſingularis*, cui nulla eſt par: quæ tamen, ſi alicui placuerit, poteſt differri uſque ad tempus matutinum, & poſt evigilationem recitari, quòd melius exiſtimatur. Hæ omnes tacitè recitantur. Sunt ergò in hac orandi vice, decem vel duodecim *Inclinationes*, [quinque aut ſeptem *Seſſiones*, &, ſi placuerit, una *oratio ſingularis*.] Singulis itaque diebus ſupradictis horis, in ipſo puncto vel paulò poſt, (inter tempus unum vel alterum) perorari ſolent quinque Precationes prædictæ.

Ubi precandi tempus advenerit, اذان اوقنور Azan okunûr *Proclamatio promulgatur*, quod facit موذن Muezzin *Præco* ſuper منارہ Menara *Turri* vel apud portam Templi in loco aliquo altiori, his verbis, الله اكبر الله اكبر اشهد ان لا اله الا الله اشهد ان لا اله الا الله ان محمدا الرسول الله ان محمدا الرسول الله هي علي الصلوة هي علي فلاح الله اكبر الله اكبر لا اله الا الله *Deus eſt maximus, Deus eſt maximus. Teſtor quod non ſit Deus niſi ipſe Deus, Teſtor quod non ſit Deus niſi ipſe Deus. Teſtor quod Mohammed ſit Propheta Dei, Teſtor quod Mohammed ſit propheta Dei. Accurrite ad preces, accurrite ad bonum-opus* [*ſeu Cultum.*] *Deus maximus eſt, Deus maximus eſt. Non eſt Numen præter ipſum Deum.* In matutina Promulgatione additur, الصلاة خير من النوم الصلاة خير من النوم *Oratio melior eſt quàm ſomnus, Oratio melior eſt quam ſomnus.*

Poſt promulgationem peractam, exclamat etiam Præco فاتحه اوقوديه Phatiha okûya, i. e. *recites Phâtiha* ſeu *Apertricem Suratam*, [ea ſc. eſt prima Corani Surata, ſic dicta quod librum aperiat inchoetve,] quæ apud Mohammedanos eodem in uſu eſt quo *Pater noſter* ſeu Oratio Dominica apud Chriſtianos: [ea nempe pro quotidiana prece uſurpari ſolet.] Hæc Promulgatio fit extra Eccleſiam. Convocato populo, alia Promulgatio fit in ipſo Templo, eadem forma cum præcedente, niſi quod pro هي علي فلاح *accedite ad proſperum opus*, [ad præparandum populi animum & ſupinam quamvis negligentiam amoliendam,] additur, قد اقامت الصلاة قد اقامت الصلاة *Jam incipiunt preces, jam incipiunt preces.* Poſt hanc Promulgationem populus uno impetu aſſurgit, per ordines diſpoſitus uti Cohortes militum Chriſtianorum *par les rangs*; pol-

licibusque manuum ad molliorem aurium partem applicatis, dicunt اللہ اکبر *Deus eſt maximus*; prius tamen peroranti propoſitione [ſeu intentione] facta his verbis, viz. ſi Oratio eſt *Sunnæ*, quilibet tenendo pollices ad aures dicit, نویت ان اصلی سنة هذا الوقت *Propono* [ſeu *intendo*] *orare Sunnam hac vice*; (vel ſi eſt *Farz*, tum loco *Sunnæ* dicit فرضا *Farzan*,) اداء للہ تعالی *pro ſolutione Deo excelſo*, ſeu *ut perſolvam Deo quod debeo*. Si ſimul cum Parocho ſeu Antiſtite peroranda eſt *Pharza*, addit مقتدیا بالامام *imitando Antiſtitem*: ſi Antiſtite abſente, ſolus peroraturus eſt, loco *Antiſtitis* ponit, بالقران [7] *Alcoranum*. In ſupradicta *Oratione ſingulari*, non ſpecificat nec *Sunnam* nec *Pharzam*, ſed dicit نویت ان اصلی واجب الوتر *intendo orare Orationem ſingularem debitam* Deo. Poſt تکبیر Tecbir *Magnificationem* Dei ſeu Doxologiam quæ fit prædictis verbis *Deus eſt maximus*, &c. incipiens cum بسم اللہ الرحمان الرحیم *in nomine Dei miſeratoris miſericordis*, dicit hanc Oratiunculam, سبحانک اللهم وبحمدک وتبارک اسمک وتعالی جدک وجل ثناوک ولا الہ غیرک *Gloria & laus ſit tibi ô Deus mi, & benedicatur nomen tuum, & exaltetur magnitudo tua, & glorioſa ſint tua encomia, nec enim eſt Deus alter præter te.*

Poſtea perorant فاتحة *Phâtihàm* ſeu primam Alcorani Suratam (junctis manibus & pedibus, oculis in terram defixis, veſtibus bene complexis ſeu compoſitis) tacitè vel claré ſecundum indigentiam precationis [ſeu prout requirit.] Dictæ *Phatihæ* adjunguntur tres aliquæ periodi ex Alcorano: quibus recitatis, dicit اللہ اکبر *Deus eſt* † *maximus*, & inclinat Caput: poſtea iterum dicit اللہ اکبر *Deus eſt maximus*,

Editoris Notæ.

7 Cum Articulo alias emphatice dictus *Alcorân*, q d. ὁ *Corân*. Hic Liber alias vocatur الفرقان *AlPhurcân*, i. e. *Diſtinctæ* ſeu *Diſtinguens*, ſc. inter Bonum & Malum. Quoad vim vocis, قران *Corân* eſt vel *Collectio*, quia ſc. Omar Succeſſorum ſecundus ſoluta Mohammedis folia collegit, eaque in unum Librum compegit: vel eſt *Lectio*, (quæ potior ratio,) q. d. *Legendum quiddam*, vel *quod ſæpe legitur*; eadem prorſus ratione qua Judæis Sacra Biblia vocantur מקרא *mikra*, à legendo. Et ſic Judæos imitatur *Bochâri* in nuncupatione ſui Libri *Sunnæ*, quæ continet Mohammedis Effata, quæ ipſius Aſſeclis reſpectu Corani pro Secundaria Lege habentur, ſicut Miſna eſt Judæorum *Secundaria Lex* reſpectu Moſaicæ, ejuſdem ſc. Duplicatum & Repetitio, additis inſuper veterum Rabbinorum Dictis, Conſtitutionibus, & Deciſionibus, quæ (ne prorſus excideret,) in uſum Corpus Collegit R. Jehuda Sanctus circa annum Chriſti 150. Hæc enim Collectio (quæ Talmudis Textum conſtituit) vocatur משנה *Miſna*, ſeu in plurali משניות *Miſnaioth*; in cujus Operis Complementum, recentiores Rabbini ſuas etiam Commentationes & alias Deciſiones addiderunt, quæ omnia ſimul תלמוד *Talmud* vocantur, i. e. *Doctrina*; ſcil. Doctrinæ tam Eccleſiaſticæ quàm Politicæ Corpus. Bocharii quidem Liber dicitur سنة *Sunna* pro ثنة *Thunna*, idque forte diſtinctionis ergò: quia etiam prima Corani Surata dicitur مثنی *Mathni* & مثناة *Mithna*, & totus Coranus in plurali المثانی *AlMathâni*, propter frequentiſſimas ejuſdem apud eos *Repetitiones* ſeu *Recitationes*.

† Dicitur Arabes olim coluiſſe maximæ molis Idolum dictum اکبر *Acbar*, à cujus cultu eos ægre abduxit Mohammed; donec tandem ſuaderet eos quod اللہ *Alâh* ipſe eſſet اکبر *Acbar*, ſcilicet *Maximus*, ſummoto Idolo, & ejus loco poſita Inſcriptione الہ هو اکبر *Deus ipſe eſt Acbar*. Quo facto, coluerunt *Deum* & *Acbar* ſimul; & poſtea *Deum* ſolum, relicto *Acbar*.

&

& iterum ſe inclinat uſque ad medium corporis: & tum poſtea in erectione ſui, dicit سمع الله من حمده *Exaudiat Deus eum qui illum laudat*, ſeu *exaudiat Deus ſui laudatorem*. Poſtea inclinatur ad genua, & dicit ربنا لك الحمد *ô Domine noſter, tibi ſit laus*: & eodem tempore antequam faciem in terram demittat, dicit ter vel quinquies vel potius ſepties, سبحان ربي العظيم *Gloria ſit Domino meo maximo*. Poſtea proſtrata facie in terram, inter duas manus dicit totidem vicibus سبحان ربي العلي *Gloria ſit Domino meo excelſo*. Tunc iterum aſſurgit, & perorat *Phâtiham* & alias aliquas Alcorani Periodos: & tum tandem eodem modo *Inclinationem* & *Proſtrationem* peragit: quibus peractis, aſſidet pede & calcaneo dextro erectiore, ſiniſtro demiſſiore, (talis autem ſeſſio valde incommoda eſt inaſſuetis.) & manibus ſuper genua poſitis, recitat hanc Orationem, التحيات لله والصلوات والطيبات والسلام عليك ايها النبي ورحمة الله وبركاته والسلام علينا وعلي عباد الله الصالحين اشهد ان لا اله الا الله واشهد ان محمدا عبده ورسوله *Celebrationes & Benedictiones & optima quævis ſint Deo; & pax ſuper te ſit ô propheta, necnon miſericordia & benedictio Divina. Super nos quoque & ſuper probos ſervos Dei ſit pax. Teſtor non eſſe Numen aliud præter Deum, & teſtor Mohammedem eſſe ſervum ejus & prophetam ejus ſeu legatum ejus.*

Poſt hæc iterum aſſurgit, & incipiendo à *Phâtiha*, duas alias *Inclinationes* perficit. Si verò Oratio fuerit duarum tantum *Inclinationum*, hac Oratiuncula concludit, اللهم صل علي محمد وعلي ال محمد كما صليت علي ابراهيم وال ابراهيم وبارك علي محمد وعلي ال محمد كما باركت وارحمت علي ابراهيم وعلي ال ابراهيم ربنا انك حميد مجيد *ô Deus noſter, propitius eſto Mohammedi & familiæ Mohammedis, uti propitius fuiſti Abrahamo & familiæ Abrahami: & benedicas & miſericors eſto Mohammedi & familiæ Mohammedis, uti benedixiſti & miſericors fuiſti Abrahamo & familiæ Abrahami, ô Domine noſter, quia tu es laudabilis & glorioſus.*

Hac Oratiuncula finita, obvertit os ſuum ad humerum dextrum, & ſalutando ibi ſedentem (ut credunt) Angelum cuſtodem, dicit السلام عليكم ورحمة الله *pax & miſericordia Dei ſit vobis*. Poſtea obverſus quoque ad ſiniſtrum humerum, ibi quoque ſimiliter ſedentem Angelum cuſtodem ſalutat, eiſdem verbis. Deinde dicit سمعنا واطعنا غفرانك ربنا واليك المصير *exaudi nos, & concede nobis indulgentiam tuam, ô Domine noſter, nam ad te eſt reditus*. Poſtea excerpta ex capſula corolla, recitant clara voce اية الكرسي *Verſum de Throno* ex Alcorani Surata ſecunda, quæ ſic ſe habet الله لا اله الا هو الحي القيوم لا تاخذه سنة ولا نوم له ما في السموات وما في الارض من ذا الذي يشفع عنده الا باذنه يعلم ما بين ايديهم وما خلفهم ولا يحيطون بشي من علمه الا بما شاء وسع كرسيه السموات والارض ولا يوده حفظهما وهو العلي العظيم *Quoad Deum, non eſt*

Deus

Deus nisi ipse, vivens, subsistens. Non apprehendit eum sopor nec somnus: ejus est quicquid sit in cœlo & quicquid in terrâ. Quis est hic qui intercedat apud eum, nisi cum ipsius licentiâ? Novit quicquid sit coram manibus eorum, & quicquid pone eos: illi autem non comprehendent aliquid de scientiâ ejus, nisi quatenus ille voluerit. Thronus ejus est Cœlum & Terra: nec molestiam creat ei custodia eorum. Tum dicit سبحان الله *Gloria sit Deo* triginta vicibus numerando Globulos seu Sphærulas Corollæ: & in trigesimâ dicit سبحان ربي العظيم دايما *Laus sit Domino meo semper maximo.* Et postea incipit الحمد لله *Laus Deo*, hoc quoq; trigesies repetito: & in trigesimo dicit الحمد لله رب العالمين *Laus Deo Domino Mundanorum.* [sc. Creaturarum omnium quæ sunt in Mundo.] Deinde incipit الله اكبر *Deus est maximus*, & trigesies repetit: trigesimo tamen plura addens, sc. الله اكبر اعلم اعظم كبيرا لا اله الا هو وحده ولا شريك له له الملك وله الحمد وهو على كل شي قدير *Deus est. Maximus, Sapientissimus, supremus summe: non est Deus nisi ipse solus, nec est ei socius. Illi est regnum & ei Laus, ille enim est Omnipotens.* Heic populus erectis ad cœlum manibus, rudi boatu dicunt هو *Hû*, i. e. *Ipse*, قادر سن يا الله *verè potens es ô Deus*: & interea Præco hunc Versiculum recitat cum clamore, الا ان اوليا الله ولا خوف عليهم ولا هم يحزنون *Scitote quod Sanctis Dei non est timor, nec ipsi mœrore premuntur.* Post illud exclamat Præco & populus septies امين *Amîn*, & semel يا قاضي الحاجات *ô Præstitor indigentiarum*, seu rerum quibus egemus: & iterum امين *Amîn.* Deinde يا موجب الدعوات *ô Exauditor precum*: & iterum septies امين *Amîn.* Postea dicit والحمد لله رب العالمين *& laus Deo Domino creaturarum.* Tandem Præco dicit, (populus interim manibus faciem & barbas abstergentes,) قبول حقرا جل وعلى فاتحة *Acceptibile Deo glorioso, & simus super Phâtiha*, i. e. recitetis unam *Phâtihan* [8] seu primum Alcorani Caput, ut Deus preces nostras accepret hac oratione recitata. Tum iterum Præco dicit صحابه دعا را سين كاينات صلوات *Pro sociis ejus preces* fundite, *& pro domino creaturarum orationes*: [sc. Mohammedem dominum rerum existentium seu creaturarum impie vocant.] Heic finitæ sunt Preces, & populus exit è Templo. At interea Præcones septies cantant Versiculum, *La i lâhe illal lâh.*

Oratio autem quam Presbyter tacite perorat, erectis manibus ad cœlum & facie versa ad populum, (populo امين *Amîn* acclamante,) ista est, اللهم ربنا تقبل منا صلواتنا وقراءتنا وصيامنا وقيامنا وركوعنا وسجودنا وقعودنا وتسبيحنا وتهليلنا ودعاءنا وندائنا وتضرعنا وتصدقنا ولا تضربهم

وجوهنا

Editoris Notæ.

[8] *Phâtiha*, primum Alcorani Caput seu Sûra sic dicitur, q. d. *Aperiens*, quia Librum inchoat aperitque: & quia frequens ejus mentio, non gravabor heic recitare, *Laus Deo Domino Creaturarum, Regi dici Judicii. Te adoramus, & tuum auxilium imploramus. Ducito nos in viâ rectâ, in viâ eorum quibus gratiosus es, in quos non iratus es, & qui non errant.*

وجوهنا واسلم اعمالنا واغفر لنا ذنوبنا يا مولانا ولپادشاهنا
ووزراء نا وحكامنا ومشايخنا وائمتنا وصلحائنا والدينا
واساتذنا ولمنعمنا ولمن حقه علينا ولمن وصينا بالدعاء الخير
والمومنين والمومنات والمسلمين والمسلمات احياء منهم او اموات
برحمتك يا ارحم الراحمين سبحان ربك رب العزة عما يصفون وسلام
على المرسلين والحمد لله رب العالمين

ô Deus, accepta à nobis Preces noſtras, Recitationes noſtras, Jejunia noſtra, Stationes noſtras, Inclinationes noſtras, Proſtrationes noſtras, Seſſiones noſtras, Glorificationes noſtras, Laudationes noſtras, Orationes noſtras, & Exclamationes noſtras, Supplicationes noſtras, & Eleemoſynas noſtras, neque rejicias eas in facies noſtras. Rectifica [ſeu *corrige*] *opera noſtra, & remitte nobis peccata noſtra ô Domine noſter, & Imperatori noſtro, & Proregibus* [ſeu *ſubhiariis*] *noſtris, & Gubernatoribus* [ſeu *Judicibus*] *noſtris, & Prædicatoribus* [ſeu *Doctoribus*] *noſtris, Antiſtitibus* [ſeu *Parochis*] *noſtris, Doctis noſtris, & Probis* [ſeu *Piis*] *noſtris, Parentibus noſtris, Magiſtris noſtris, Benefactoribus noſtris, & iis quibus aliquid debemus, & iis qui ſe noſtris bonis precibus commendârunt, & Fidelibus utriuſque ſexus, & Muſſelmis utriuſque ſexûs, ſive ſint vivi ſive mortui; per miſtricordiam tuam ô miſericordiſſime miſericordium. Abſit 9 ô Domine, Domine potentiarum ab eo quod tibi* 10 *attribuunt* [ſeu *imputant*:] *& pax ſit ſuper Miſſos,* ſc. Prophetas. *Et laus Deo Domino Creaturarum.*

* EXPLICIT OFFICIUM.

Addit Author,

Precum obſervantia valde commendatur apud Mohammedanos: & quo plus ditior & majoris notæ ſit aliquis Mohammedanus, eò citiùs (ſi ſemel vel aliquoties preces omiſerit,) pro impio, pagano, & infideli reputatur. Minoris notæ homines, ſi preces publicas & templum non adeunt, ejiciuntur ex Parochiis ab Antiſtitibus, i. e. Curatis. Dicunt enim الصلوة عمود الدين *Preces ſunt columna Religionis*; & من ترك الصلوة فقد هدم الدين *quicunque deſerit preces, diruit religionem.* Magna injuria æſtimatur Turcæ & pro maximo opprobrio habetur, ſi aliquis eum vocaverit بي نماز *ſine precibus* hominem, qui ſc. non peragit quotidie ſuas preces. Habent inſuper Concionatores Turcarum cantionem Satyricam contra eos qui non aſſidue orant, quâ illos contemnunt & deridendos propinant.

Editoris Notæ.

9 Ali-Beigh reddebat, *Longè abes* ſeu *exemptus es.* Sequens Dei Epitheton ſeu Attributum رب المعزة Rabbo'l Maʿzza *Dominus potentiarum* ſeu *fortitudinum*, eſt i. q. אלוה מעוזים Eloah Mauzzim. *Dan.* XI. 31: quo Titulo ſeu Epithero ibidem diſtinguitur *Deus Omnipotens* ab אלהי נכר *diis alienis impotentibus.*

10 Abſit à te id quod tibi attribuunt Chriſtiani, quod ſc. ſis Pater, & habeas uxorem & Filium. Hæc preces durant circa ſemihoram: & diebus Mercurii & Veneris eas ſequitur وعظ Waaz *Concio*, quam habet *Concionator* illis dictus واعظ wâiz ſeu ناصح Naſihatgî, i. e. *Monitor, Suaſor, Conſilii dator.* Inter precandum omnes Roſaria manibus tenent.

I. Senten-

De Judicibus et eorum Officiariis.

I. Sententiarum irrevocabilium Author & Oraculum, eſt مفتي *Mufti*, cujus Tituli ſunt, اعلم العلماء المتبحرين افضل الفضلاء المتورعين ينبوع الفضل واليقين وارث علوم الانبياء والمرسلين حلال المشكلات الدينية كشاف المفصلات اليقينية مفتاح كنوز الحقايق مصباح رموز الدقايق المويد بعنايت الله الملك معين مفتي الانام زمان فلان ادام الله فضايله *Doctorum profundiſſimorum doctiſſimus, Præſtantium impeccabilium præſtantiſſimus, Fons excellentiæ & certitudinis, Hæres ſcientiarum prophetarum & Apoſtolorum, Solutor difficultatum Religionis, Revelator Diſtinctionum certitudinis, Clavis theſaurorum veritatis, Lampas ænigmatum ſubtilium, Confirmatus gratiâ Dei Regis Adjutoris, Mufti* [ſeu *Oraculum*] *hominum hujus temporis, à Deus, perennes faciat Deus virtutes* ſeu *excellentias ejus.* In quavis etiam civitate eſt *Mufti*, qui civibus ſuis ſententias fert, & cauſas graviores decidit.

II. مسودجي *Muſevved-gji*, eſt *Actuarius* Muftii, qui verba diſceptantium & controverſias interrogationeſq; cum reſponſis expedite & diſtincte deſcribit, & in parvis Schedulis præſentat ad *Fhetva-Emini*.

III. فتوي امينى *Fhetva-Emini*, i. e. *Fhetvæ Fiduciarius*, cui nempe concreditur dictarum Schedularum cuſtodia. Iſte priùs Schedulas illas colligit, conſiderat, & quid reſpondendum ſit aliquando conſilium dat ſuggeritve *Muftio*, qui tandem rem decidit unico verbo اولور Olûr *ita eſt*, ſeu *licet*, vel اولمز olmàz *non eſt* ſeu *non licet*, reſponſum ſubſcribens.

IV. قاضي عسكر *Judex militiæ* ſeu *exercitûs*, dictus *Judex Judicum*; cujuſmodi duo ſunt, Europæus, & Anatolienſis, quorum iſte præcedit alterum. Superiores Tituli ad *Mufti*, his etiam dari ſolent, uſque ad *Apoſtolorum*, non ultra. Ex Kadileskeriorum officiis eſt etiam قسامية *Keſſamiyet*, i. e. *Diſtributio*: illi enim conſtituunt قسام *Diſtributorem*, qui in Lege exercitatus, defunctorum Bona inter hæredes prout Lex ordinat, diſtribuit. Iſti etiam iniquiſſime agunt, decem per centum ſibi accipientes: ideoque defunctorum bona grandi pretio æſtimant, ut ipſorum exinde præmium proventuſque magis creſcat & augeatur: unde hæredes ſæpe multum damnum patiuntur.

V. مولا *Molla*, ſeu barbarè منلا *Monla*, eſt *Præſes*, cui antiqui Reges Othoma-

Editoris Notæ.

11 Iſte eſt ſupremus omnium Judex quem in magnis negotiis conſulit Imperator, & à cujus ſententia raro receditur. Eſt autem مفتى *Mufti* Participium, q. d. *Dans Fhetvam* ſeu *Dator Fhetvæ*: eſt enim فتوي *Fhetva* Judiciale Reſponſum quod Scripto dari ſolet, cui ille (ut ſupra) ſubſcribit اولور *ſit*, vel اولمز *non ſit*: vel aliàs قتل واجب *Mortis reus eſt*, vel موجبنجه عامل اولنه *Pœna effectum ſortiatur.*

VI.

nici per diem 500 Aſpros perſolvebant, ut ſine corruptione pecuniariâ aut muneribus judicium populis adminiſtrare poſſent. His autem temporibus habent Titulum ſine Vitulo; vocantur nempe بش بوز اقچه مولاسي *Præſes 500 Aſprorum*, quos non recipiunt: et tamen ex officiis quæ in majoribus civitatibus habent, plurimum lucrantur; nam lucro corrupti, plus danti cauſam adjudicant.

VI. قاضي Kâzi *Judex.* His quoque per diem 40 Aſpri perſolvebantur. Hodiè ex corrupto lucro et iniquo quæſtu vivunt.

VII. نايب Nâib *Vicarius* Judicis. Hic ſolet deambulare per civitates & pagos & totam ſui Judicis juriſdictionem, ponderans panem, & explorans maſſam, & alia victualia viſitans, ne ſint putrida, & ut juſto pretio vendantur curans. Hodie rerum venditores & Propolæ eos Honorariis ſuis corrumpunt, ut vendant uti volunt: imò, ii qui Honoraria non adferunt, ſtrictius viſitantur & puniuntur [12] fuſtibus & *Tahta-Kiole.*

VIII. كاتب Kâtib *Scriba, Notarius.* Hi in Judicum ſuorum Curiis ſententias bunt pro pecuniis.

IX. معيد *Mokâyid* eſt *Actuarius* Curiæ, qui Acta in Libros refert.

X. محضر *Mubzir*, id eſt. *Apparitor* vel *Citator*, qui cives & plebejos ad juſtitiam citat. Sed milites citare non poteſt. [Is Turcicè vocatur چاوش *Chaûsh*, quod noſtratibus malè ſonat *Cheus*: præcedentes autem Tituli omnes ex lingua Arabica petuntur.]

De ECCLESIASTICIS HOMINIBUS dictis مرتزقة [13] *Murtazika.*

I. امامللري سلاطين *Principum* ſeu *Regum* [14] *Antiſtites*, ſcil. Sacerdotes Tem-

Editoris Notæ.

12 Verberatio Fuſte vocatur ضرب *Durb* ſeu *Durub*, vulgo *Drub.* Sed *Tachtâ Kiole* (ut id ſcribit Ali-Beigh) eſt *Columbar*, ubi Collum per aſteris foramen tranſmittitur ſupplicii cauſa. Id nomen Perſicè reſcribendum eſt تختهٔ كوله Tachta Kûle *Aſter pro Collo*: nam *Cula* ſeu *Cûl* ſive *Gûl*, (dicente Perſa) eſt *Collum*: & dicitur تختهٔ كولش كردن Tachta Cûlesh Kerden, i. e. *Columbare eum punire.* Arabicè *Columbar* dicitur غل *Gûl* ſeu *Gol.*

13 i. e. *Suſtentati* ſeu *Stipendiarii*, qui publicis Stipendiis aluntur & ſuſtentantur. Templum majus vocatur جامع *Gjâmi*, i. e. *Cathedralis, Baſilica*, ubi totus etiam populus confluit diebus Mercurii & Veneris: aliis diebus adeunt minores Eccleſias Parochiales dictas مسجد *Meſtjid*, Perſicè مسگد *Meſtu*, unde noſtrantibus perperam *Moſque.*

14 Sacerdotes majores alias dicuntur جامع امامللري *Cathedralium Antiſtites.* Non autem *Antiſtite* heic intelligitur Præſul aliquis maximus, ſed communis quivis *Parochus* ſive *Curatus*, dictus امام Imâm *Antiſtes*, quia inter celebrandum & recitandum Preces variis geſtibus & geſticulationibus (quas imitatur populus) præit & anteit, unde *Antiſtitem* vocat Ali-Beigh. Sed revera خطيب *Chatîb* eſt *Sacerdos* major, & *Imâm* eſt minor ſeu ejuſdem *Curatus.* Prope Sacerdotem Preces celebrantem eſt تبليغ Tebligh *Xyſtus*, ubi ſedent تبليغ لر Belighler *Facundi* ſeu *Dicendi periti*, qui tanquam Præcentores in dicto Xyſto ſedent ubi commode ab omnibus videri poſſunt, ut populus in omnibus geſtibus & geſticulationibus inter precandum uſitatis eos ſequatur & imitetur. Sunt enim in hac parte Doctores.

De Judicibus et eorum Officiariis.

I. Sententiarum irrevocabilium Author & Oraculum, eſt مفتي *Mufti*, cujus Tituli ſunt, اعلم العلماء المتبحرين افضل الفضلاء المتورعين ينبوع الفضل واليقين وارث علوم الانبياء والمرسلين حلال المشكلات الدينية كشاف المعضلات اليقينية مفتاح كنوز الحقايق مصباح رموز الدقايق المويد بعنايت الله الملك معين مفتي الانام زمان فلان ادام الله فضايله *Doctorum profundiſſimorum doctiſſimus, Præſtantium impeccabilium præſtantiſſimus, Fons excellentiæ & certitudinis, Hæres ſcientiarum prophetarum & Apoſtolorum, Solutor difficultatum Religionis, Revelator Diſtinctionum certitudinis, Clavis theſaurorum veritatis, Lampas ænigmatum ſubtilium, Confirmatus gratiâ Dei Regis Adjutoris, Mufti* [ſeu *Oraculum*] *hominum hujus temporis, à Deus, perennes faciat Deus virtutes* ſeu *excellentias ejus.* In quavis etiam civitate eſt *Mufti*, qui civibus ſuis ſententias fert, & cauſas graviores decidit.

II. مسودجي *Muſevved-gji*, eſt *Actuarius* Muftii, qui verba diſceptantium & controverſias interrogationeſq; cum reſponſis expedite & diſtincte deſcribit, & in parvis Schedulis præſentat ٧ *Phetva-Emini*.

III. فتوي امينى *Phetva-Emini*, i. e. *Phetvæ Fiduciarius*, cui nempe concreditur dictarum Schedularum cuſtodia. Iſte prius Schedulas illas colligit, conſiderat, & quid reſpondendum ſit aliquando conſilium dat ſuggeritve ١١ *Muftio*, qui tandem rem decidit unico verbo اولور Olûr *ita eſt*, ſeu *licet*, vel اولمز olmàz *non eſt* ſeu *non licet*, reſponſum ſubſcribens.

IV. قاضي عسكر *Judex militiæ* ſeu *exercitûs*, dictus *Judex Judicum*; cujuſmodi duo ſunt, Europæus, & Anatolienſis, quorum iſte præcedit alterum. Superiores Tituli ٧ *Mufti*, his etiam dari ſolent, uſque ad *Apoſtolorum*, non ultra. Ex Kadileskeriorum officiis eſt etiam قسامية *Keſſamiyet*, i. e. *Diſtributio*: illi enim conſtituunt قسام *Diſtributorem*, qui in Lege exercitatus, defunctorum Bona inter hæredes prout Lex ordinat, diſtribuit. Iſti etiam iniquiſſime agunt, decem per centum ſibi accipientes: ideoque defunctorum bona grandi pretjo æſtimant, ut ipſorum exinde præmium proventuſque magis creſcat & augeatur: unde hæredes ſæpe multum damnum patiuntur.

V. مولا *Molla*, ſeu barbarè منلا *Monla*, eſt *Præſes*, cui antiqui Reges Othoma-

Editoris Notæ.

١١ Iſte eſt ſupremus omnium Judex quem in magnis negotiis conſulit Imperator, & à cujus ſententia raro receditur. Eſt autem مفتى *Mufti* Participium, q. d. *Dans Phetvam* ſeu *Dator Phetvæ*: eſt enim فتوي *Phetva* Judiciale Reſponſum quod Scripto dari ſolet, cui ille (ut ſupra) ſubſcribit اولور *fit*, vel اولمز *non fit*: vel aliàs فتوي قتل واجب *Morîs reus eſt*, vel موجبنجة عامل اولنة *Phetva effectum ſortiatur.*

VI.

nici per diem 500 Aſpros perſolvebant, ut ſine corruptione pecuniariâ aut muneribus judicium populis adminiſtrare poſſent. His autem temporibus habent Titulum ſine Vitulo; vocantur nempe بش يوز اغجه مولاسي *Præſes* 500 *Aſprorum*, quos non recipiunt: et tamen ex officiis quæ in majoribus civitatibus habent, plurimum lucrantur; nam lucro corrupti, plus danti cauſam adjudicant.

VI. قاضي Kâzi *judex*. His quoque per diem 40 Aſpri perſolvebantur. Hodiè ex corrupto lucro et iniquo quæſtu vivunt.

VII. نايب Nâib *Vicarius* Judicis. Hic ſolet deambulare per civitates & pagos & totam ſui Judicis juriſdictionem, ponderans panem, & exploratis maſſam, & alia victualia viſitans, ne ſint putrida, & ut juſto pretio vendantur curans. Hodie rerum venditores & Propolæ eos Honorariis ſuis corrumpunt, ut vendant uti volunt: imò, ii qui Honoraria non adferunt, ſtrictius viſitantur & puniuntur [12] fuſtibus & *Tahta Kiole*.

VIII. كاتب Kâtib *Scriba, Notarius*. Hi in Judicum ſuorum Curiis ſententias bunt pro pecuniis.

IX. معين *Mokâyid* eſt *Actuarius* Curiæ, qui Acta in Libros refert.

X. محضر *Muhzir*, id eſt, *Apparitor* vel *Citator*, qui cives & plebejos ad juſtitiam citat. Sed milites citare non poteſt. [Is Turcicè vocatur چاوش *Chiauſh*, quod noſtratibus malè ſonat *Cheus*: præcedentes autem Tituli omnes ex lingua Arabica petuntur.]

De ECCLESIASTICIS HOMINIBUS dictis مرتزقة [13] *Murtazika*.

I. امامليري سلاطين *Principum* ſeu *Regum* [14] *Antiſtites*, ſcil. Sacerdotes Tem-

Editoris Notæ.

12 Verberatio Fuſte vocatur ضرب *Darb* ſeu *Durub*, vulgo *Drub*. Sed *Tachtâ Kiole* (ut id ſcribit Ali-Beigh) eſt *Columbar*, ubi Collum per aſteris foramen tranſmittitur ſupplicii cauſa. Id nomen Perſicè reſcribendum eſt تختهٔ كوله Tachta Kûle *Aſſer pro Collo*: nam *Cula* ſeu *Cûl* ſive *Gûl*, (dicente Perſa) eſt *Collum*: & dicitur تختهٔ كولش كردن Tachta Cûlesh Kerden, i. e. *Columbare eum ponere*. Arabicè *Columbar* dicitur غل *Gûl* ſeu *Gol*.

13 i. e. *Suſtentati* ſeu *Stipendiarii*, qui publicis Stipendiis aluntur & ſuſtentantur. Templum majus vocatur جامع *Gjâmi*, i. e. *Cathedralis, Baſilica*, ubi totus etiam populus confluit diebus Mercurii & Veneris: aliis diebus adeunt minores Eccleſias Parochiales dictas مسجد *Meſkjid*, Perſicè مسكو *Meſkû*, unde noſtrantibus perperam *Moſque*.

14 Sacerdotes majores alias dicuntur جامع امامليري *Cathedralium Antiſtites*. Non autem *Antiſtite* heic intelligitur Præſul aliquis maximus, ſed communis quivis *Parochus* ſive *Curatus*, dictus امام Imâm *Antiſtes*, quia inter celebrandum & recitandum Preces variis geſtibus & geſticulationibus (quas imitatur populus) præit & anteit, unde *Antiſtitem* vocat Ali-Beigh. Sed revera خطيب *Chatîb* eſt *Sacerdos* major, & *Imâm* eſt minor ſeu ejuſdem *Curatus*. Prope Sacerdotem Preces celebrantem eſt تبليغ Tebligh *Xyſtus*, ubi ſedent تبليغ لر Belighler *Facundi* ſeu *Dicendi periti*, qui tanquam Præcentores in dicto Xyſto ſedent ubi commode ab omnibus videri poſſunt, ut populus in omnibus geſtibus & geſticulationibus inter precandum uſitatis eos ſequatur & imitetur. Sunt enim in hac parte Doctores.

plorum Regiorum. Deinde ſunt ائمه املری *Parochi* ſeu *Sacerdotes Parochiales*, qui etiam ex pecuniis in pios uſus legatis ſtipendia habent, illi quidem majora, iſti minora: non autem excedunt 60 Albos [15] pro quovis die, nec minus accipiunt quàm tres vel duos.

II. نعتخوان Na't-chôn *Actributorum Lector*, is eſt qui Attributa et Laudes Mohammedis & Sociorum ejus cantat die Veneris ante Orationem meridianam.

III. جزخوان Gjûz-chôn *Partium Lector*, ſc. Lector unius & triginta Partium Alcorani, quæ pro Fundatoribus in Templis vel in Sanctorum Monumentis legi ſeu recitari ſolent. [Nam præter 114 Suratas ſeu Capita, Alcoranus dividitur in 31 partes, quarum ſingulæ plures Suratas continent.]

IV. تربەدار Turba-dâr *Monumentorum cuſtos*: [nempe Regum & Magnatum Mo-

Editoris Notæ.

15 *Albos* nummos quod attinet, ii ſunt qui vulgo Mercatoribus *Aſpers* vocantur. Hujus nominis rationem non attingunt qui putant ſic dici quaſi *Aſperi* ſeu non bene tonſi ac politi nummi, perperam à Lat. lingua arceſſendo. Iſte autem Nummulus Turcice dicitur اقچه *akcheh*, i. e. *Albulus*: unde à Græcis ſua lingua hodierna vocatur Ἀκτζές, i. e. *Albus*, & Ἀκτζὲ, *pecuniam albam* in genere notat; eodem modo quo etiam Germani Nummulos ſuos argenteos vocant *Weis-pfenning*, i.e. *Albus Denarius*, ut à nummis æneis aut cupreis rubentibus diſtinguatur. Alias Turcæ paucos habent Nummulos argenteos ſibi peculiares, excepto اوجلك *Utchlik* paulo ſuperans Denarium Anglicanum, & پرا *Perâ* ſeu بشلك *Beſhlik* circa duos Denarios. Communiter enim utuntur Chriſtianis Nummis, & præſertim *Thalero*, qui Germanis ſic dicitur à *Thale* ſeu *Dale*, i. e. *Vallis*; unde *Thaler* ſeu *Daler*, q. d. *Vallenſis nummus*, à valle Sancti Joachimi ubi primo cuſi ſunt. Hinc factum ut tandem Scutati omnes (quos Nummos *Imperiales* vocamus) *Thaleri* hodie vocentur, olim Joachimici, qui nunc in Germania comparatu difficiles. Penes me eſt *Dimidius Joachimicus* plus quam ducentis abhinc annis cuſus in Valle Sancti Joachimi in Bohemia tempore Ludovici Regis Bohemiæ, altera parte ſignatus Imagine Sancti Joachimi, cujus nomen ſignificatur ſolitariis literis S. I, ex dono amici noſtri integerrimi D. Petri Axen Holſatenſis, qui Heydæ Dithmarſorum habitat, ſi adhuc in vivis ſit. Generalioris uſus apud Turcas eſt ارسلان قروشي *Thalerus Leoninus*, qui etiam ſimpliciter ارسلانی *Leoninus* (ſc. Thalerus) vocari ſolet; & aliquando nuncupatur ابو کلب *Abu Kelb*, i. e. *Pater canum*, hoc Epitheto *Leonem* intelligendo, quaſi is ſit ſummum genus canum, & hi ſint ſpecies ejus infima. Habent quoque Turcæ *Reichs Doller*, qui ipſis dicitur قروش قره *Thalerus niger*. Thalerus etiam Hollandicus *Leone* notatur, & aliquando *Cruce*, quod quidem ſignum Turcis (exiſtimantibus eſſe duas tranſverſas Trabes,) hodie vocatur دیرك *Derin*, i. e. *Columna*, olim *Crux*. Talem Thalerum pulcherrimum vidi ex Nummis qui è ſubmerſa olim nave recuperaverat Dux Albemarlenſis ante paucos annos, in cujus altera parte erat Majuſcula Letera X tam magna quæ totam Nummi faciem occupabat: hæc ſcil. erat *Crux*, nam Thalerus erat Portugallicus *Cruzada* dictus, quia *Cruce* notatus. Hinc mutuatum eſt Turcicum nomen قروش *Cruces* ſeu *Cruze*, quod nomen origine Turcicum non eſt; ſed (neglecta & ignota peregrinæ vocis genuino ſono,) pronuntiant *Grûſh*, quaſi pro Italico *Croce*. De ſupradictis *Albis* notandum eſt, quod Thalerum conficiant 80 boni Albi, aut 100 aceſi. Sed varium eſt hoc prout pretium fertur inter Mercatores, quod jam plus jam minus eſt; vel alias pro libitu Imperatoris aut Bashâ Turcici, qui aliquando jubet ut Albi aceſi pro bonis tranſeant. Boni quidem vocantur Turcice اقچه صاغ *Albuli ſani*; aceſi autem اقچه کرہ لر *Albuli corrupti*, qui in Meſopotamia & aliis à Metropoli longius diſſitis locis ſæpe populo obtruduntur, ſi Basha pro ſuo lucro hoc jubeat; cum Albulus ſanus ſit corrupto major aliquando una tertia parte. Et eadem ratione qua (ut ſupra notatum) hodiernis Græcis Nummus argenteus vocatur Ἀκτζὲς, ſic apud veteres ab ἀργὸς videtur fieri ἀργύρεος *argenteus*, & ἀργύρεια *pecunia*.

numenta.

numenta peculiares habent cuſtodes qui die noctuque ſemper adſunt, appenſis circum-circa Lampadibus]

V. قنديلجي *Lampadarius*, qui in Templo Lampades & Candelas accendit, oleumque & Candelas neceſſarias cum goſſipio pro Ellychniis in ſua cuſtodia & poteſtate habet. Quavis nocte Menſe Ramadan innumeræ Lampades tum ſuper Turres exterius appenduntur, tum ab una Turre ad alteram, radiationibus varias formantes Picturas Florum & Navium & Avium, imò & Verſiculorum Alcorani, qui à longinquo legi & diſcerni poſſunt. Hoc præcipuè ſuper Templa Regia fieri ſolet. [uti eſt سالمانية *Sokimanya*, &c.]

VI. مؤذن Muezzin *Præco*, qui plures uni Moſchææ [16] inſerviunt, & per Hebdomadas viciſſim Præces promulgant. Ultra 24 Albos non habent, nec minus quam unum.

VII. قايم Kâim *Ædilis*: is eſt qui Templa expurganda curat, Storeas, & Tapeta ac Stragula ſternit, Alcoranos cuſtodit, &c.

VIII. فراش Ferrâſh *Scopator* Templorum et Monumentorum.

IX. ابكش Abkeſh *Aquæ hauſtor*, is eſt qui aquam è puteis haurit et in urnas effundit, unde preces adituri abluuntur.

De Ceremoniis Mohammedanorum in ſua Peregrinatione Meccana.

Una pars Peregrinantium, ſc. Europæi et Aſiatici, [17] congregari ſolet in Damaſco: altera pars, ſc. Africani in [18] Cairo: tertia in [19] Zebid: Arabum et Inſularum Indiæ populi faciunt quartam: Perſarum et Chaldæorum et Tartarorum Mogulenſium et ex Uzbek peregrinantes conveniunt [20] Babyloniæ in Chaldæa.

Editoris Notæ.

16 Juxta Templa & Moſcheas ſemper extruuntur altæ Turres dictæ منارة *Minâra*, in quas aſcendentes Præcones, ab alto tempora precandi clara voce promulgant; quia Turcæ à Campanarum uſu abhorrent, utpote quæ à Chriſtianis uſurpentur.

17 Solennem Peregrinationem aggreſſuri, in certis & condictis locis annuatim noto tempore conveniunt, ut propter metum Latronum & Prædonum (quibus illæ Regiones ſcatent,) turmatim tutius tranſire poſſint, plurium millium turmam conſtituentes.

18 *Cairo* (ut vulgo effertur) in Ægypto, ſecundus vocatur قاهرة *Câhira*, i. e. *Victrix*.

19 *Zebid* eſt Arabiæ Oppidum prope Mare Rubrum.

20 Pro *Babyloniâ*, Author melius dixiſſet بغداد *Bagdâd*, quæ veteri Babyloniæ ſucceſſit, non autem in eodem loco. *Babylonia* enim ad Euphratem olim ſita eſt; ſed *Bagdâd* anno Chriſti 766 ad Tigridis Orientalem ripam ab AlManſore condita eſt circa tridui itinere diſtans à *Babylone*, cujus loco hodie extat tantum parvus quidam Pagus. At ex ejus ruderibus quotidie eruunt Lateres & Lapides aliorſum portandos, cum hæ regiones valde deſtituantur Lignis: unde *Rates* Mauſilenſes & aliorum locorum ſuperiorum (quæ Anglice *Rafts* vocantur,) optimum in hiſce locis exhibent mercaturam, cum adverſo flumine remeare non poſſint. Conſtruuntur enim ex multitudine Trabium colligatarum, (ſubditis quoque inflatis Pellibus caprinis ad inſtar Veſicarum) quæ poſtea diſjunctæ & diſtributæ, incolis Bagdadenſibus & aliis magno lucro divenduntur. *Bagdâd* quia Chalipharum ſedes, & eo nomine ſacra, epitheton habet مدينة السلام *Urbs ſalutis*, unde & *Tigris* ad cujus ripam condita eſt, aliquando vocatur دجلة السلام *Flumen ſalutis*.

Hæc Peregrinatio eſt فرض *Farz* ſeu [21] *Præceptum* Divinum, & à Deo inſtituta: ideoque Muſlimi eam ſemel in vita ſuſcipere et Meccam inviſere debent. His tamen conditionibus, ut ſit Liber, non ſervus; Prudens, non fatuus; Puber, non impuber; Sanus, non infirmus; et ut habeat commeatum pro itu et reditu victûs et veſturæ, quantum ſc. ipſi ſuperſit à neceſſitatibus aliis et familiæ ſuæ ſuſtentatione uſque ad reditum. Mulieres quoque Meccam adire debent: ſed vel cum marito, vel cum parente, vel alio valdè propinquo, qui ſit prudens et puber, et non ſit Maguſæus ſeu Ignis adorator, neque vir ſceleſtus et improbus conductus expenſis fœminæ.

Conveniunt dictæ [22] Turmæ ad Montem عرفات *Arafát* prope Meccam, à menſe شوال *Shawál* qui decimus eſt, uſque ad duodecimi menſis ذي الحجة *Di'lHaggiæ* ſeu *Feſtivatricis* diem nonum, qui ideo dicitur عرفة كوني *Dies Arafa*, eſtque Vigilia hujus Feſtivitatis ſeu Paſchatis Turcarum. Quando hèic congregantur, Medinenſes collocantur in loco dicto ذو الحليفة *Du'lHoleifa*; Damaſceni et ad illos

Editoris Notæ.

21 Jubetur nempe in Alcorani Surata ſecunda his verbis, *Conſtituimus Templum Meccanum pro certo refugio populorum pœnitentium. --- Et illuc convertatis facies veſtras ubicunque eſtis. Sapha & Merwa ſunt ſigna potentiæ Dei: qui ad Meccam peregrinatur, debet viſitare eas.* Hæ ſunt duæ rupes prope Meccam, de quibus alibi. Templum Meccanum Arabice vocatur كعبة *Caaba*, propter *Cubicam* ſeu quadratam ejus formam; quæ etiam nomine quævis domus major, modo ſit quadrata, vocari ſolet. Hoc olim erat Templum Idololatricum, ubi ab Arabibus paganis colebatur العزي *al Uza*, ea eſt *Venus*, & aliud idolum dictum اللات *AlLât*. Hodie autem eis tam Sacrum, ut verſus illud facies ſuas inter precandum obvertant Mohammedani omnes (ut Judæi verſus Hieroſolymam,) in quacunque Orbis parte fuerint: unde plaga illa vocatur قبلة *Kibla*, i. e. *anterior pars* precantium, ad quam ab omni loco & regione inveniendam in Libris ſuis Regulas & Tabulas de تحويل قبلة *Converſione Kibla* Mathematice calculatas habent. Meccæ autem Viſitatio ſolennis ſuſcipitur tam propter Alcorani Præceptum id jubens, tam propter ſingularem loci ſanctitatem, utpote in quo natus eſt Mohammed & ibidem prædicavit & religionis ſuæ fundamenta jecit, ibique pleraſque Alcorani Schedas (ſui reliquias) ſparſit: non autem propter ejus Sepulchrum, ut vulgo perperam & fabuloſe creditur, & quod ferreo Sarcophago incluſus magnetice in tecto pendeat. Is enim humi ſepultus jacet in urbe *Jathrib*, (quæ hodie *Medina*, quia eſt & vocatur مدينة النبي *Medinatu'l Nabi*, i. e. *urbs prophetæ*,) in Templo Medinenſi in loco humi defoſſo qui ejus Sepulchrum vocatur; de quare videatur Oculatus teſtis Lud. Patritius Romanus, pag. 197, Cap. 11, 12. Meccam viſitantes ditiores, Dona egregia & pretioſa pro Templo & Cuſtodibus ejus ſecum portant, peccatorum veniam & indulgentiam plenariam expectantes, ſi aliquoties vel ſemel tantum in ſacerrimo illo loco preces fuderint. Et talis Peregrinator vocatur حاج *Hâgi*, id eſt, *Feſtivator*, qui ſc. ſolenni huic feſtivitati interfuerit: iſque per totam vitam præ aliis nondum peregrinatis, Sanctus & Reverendus æſtimatur. Olim etiam quando erat Templum idololatricum hominum poſt idola inſanientium, egregia Dona & Divitiæ illuc comportabantur, unde ابرهة *Abraha* Æthiopum & Himyaritarum ſeu Homeritarum Rex, paulo ante Mohammedis tempora cum Habaſſinis ſuis (adductis quoque Elephantibus) venit ad expugnandum Meccam, animo deſtruendi Templum illud, & frequentiam quæſtumq; ad *Sanaa* Sedem ſuam Arabiæ felicis urbem transferre volens: unde vocatus fuit ille صاحب الفيل *Elephantum dominus*; & Æra inde ducta, dicta eſt عام الفيل *Annus Elephantis*. Iſto autem Abraha feliciter repulſo, Meccæ ſuum manſit lucrum (tunc Idololatricum & nunc Mohammedanum,) & ſuppoſita Sanctitas; quod eſt materia gaudii Mohammedanis ad hunc uſque diem.

22 Harum Turmarum Præfectus ſeu Dux generalis, vocatur سور امیني *Sûr-Emini*, i. e. *Agminis Fiduciarius-dux*, a. v. *the Drave-Trufter*, aut *the Truſter of the Drave*.

aggregati,

aggregati, in loco dicto جحفة *Gjahpha*; Erakienſes & ipſi aggregati, in loco dicto ذات عرق *Dât-Erki* ſeu *Irk*; Negdienſes & illis aggregati, in loco dicto قرن *Karn*; Jemanenſes & illis aggregati, in loco dicto يلملم *Yelemlem*: & ibi induunt Operimentum dictum احرام *Ihrâm*, (q. d. *Sacrum*,) quod fit ex lanâ ad modum Lintei ſeu Induſii ſive Camiſiæ; quam quidem induunt vel ipſo die vigiliæ Paſchatis, vel ante, quod præſtantius eſt: nam poſt diem Vigiliæ, non licet. Illis autem [qui Meccæ propius ſe ſtiterant,] ſc. qui inter quinque prædicta loca & Meccam manent, licet adire Meccam etſi non induerint illud Operimentum, uſque ad locum dictum حلل *Hill*, ubi induere debent: eſt autem locus extra Cœmiterium Templi Meccani. Meccenſes quidem in ipſo Cœmiterio induunt illud *Ihrâm* in præſtituta Peregrinatione: in illa vero quam ſolum ex devotione faciunt, debent induere in *Hill*. Quando volunt induere illud Operimentum, debent præſcindere ungues propter latentes ibi ſordes, & rondere myſtaces, & barbam, & radere pubem, caput, & corpus; & poſtea vel totum corpus abluere quod melius, vel ſaltem caput, pedes, & manus: & tum induunt Operimentum illud album, & ſuper Collum mittunt pallium ſeu ſtolam dictam رداء *Ridâ*, etiam albam: utrumque novum quod pulchrius, vel ſaltem bene lotum; & licebat cooperire pudenda aliquo altero panno. Quando autem cæteras omnes veſtes exuebat, debuit ſuffitu Agallochi vel Storacis vel alius Thymiamatis ſe incenſare; & ſuffire, poſtea duarum Inclinationum Orationem perficere, & decies ſubſiſtendo dicere, لبيك اللهم لبيك لا شريك لك لبيك ان الحمد والنعمة لك والملك لا شريك لك *Adſum Tibi* 24 *moriger ô Deus, adſum Tibi: non eſt ſocius Tibi: nam laus & beneficentia Tua eſt, & Regnum Tuum eſt ſine ſocio.* Minus iſtis verbis dicere non poteſt: plus autem perorare poterit ſi occurrerit. Hoc dicto, fit محرم *Muhrim* ſeu *Sacratus*. Et deinde abſtinere debet ab obſcœnis ſermonibus, à prævaricationibus, contentionibus, ab occiſione Venationis, imo & ab oſtenſione ſeu indicatione ejuſdem, nec occidat pediculos; nec cooperiat caput dicta Syndone, vel faciem ſaltem, vel abluat caput & barbam cum decocto Althææ, vel ſe ſuffiat; nec caligas nec veſtem, nec Tiaram nec pileum induat; nec ocreas, niſi ſi non invenerit جحفة *Gjemgjema* vel نعلين *Naalin*, i. e. *Calopedia altiora* vel *depreſſora*; his autem inventis, tunc poterit reſcindere ocreas uſque infra talos. Nec induat veſtes coloratas croco, vel Curcumâ Jemanenſi, vel Cnico, niſi fuerint lotæ uſque ad exinanitionem

Editoris Not.

23 Sunt qui male legunt حجفة *Hagjafa*: ſed in Camus legitur جحفة منيقات اهل شام *Gjahfa eſt Status-locus Damaſcenorum* ſeu *Syrorum*. Geographus Nubienſis & Calcaſhendi eodem modo legunt, & dicunt eſſe *Statum-locum populorum Ægypti*. Eſt ſc. nomen Villæ 82 milliaribus à Meccâ diſtantis.

24 In communi ſermone, ſi inferior ſuperiorem aliquem vocantem audit, reſpondet, لبيك *Lebbî*, vel لبيك *Lebbeica*, q. d. *adſum tibi moriger & obſecuturus tibi*: vel ſi aliquis loquentem non ſatis audit, volens ut dicta repetat, ſimiliter dicit لبيك *Lebbî*? Et ab uſu dictæ in Viſitatione Meccanâ Formulæ, fit Verbum لبى *Lebba*, id eſt, *morem geſſit* ſcil. Peregrinationis Meccanæ, ſeu *defunctus ea fuit*; viz. obſequens dedidit ſe peragendis Meccani Feſti ſacris, dixitque *Lebbeica*. Eſt quoque لبى *Lebba* proprie i. q. اقام *Subſiſtit* aliquo loco, *inſiſtivit*, ad inſtar morigeri juſſa expectantis.

nem

nem coloris. Poterit tamen ſacer ille Peregrinator ablui, ingredi Balneum, & ingredi domum umbræ gratia, vel lecticam, & accingere Crumenam longam Arabibus dictam همیان *Himyân*, & Turcis اقچه کمری *Nummulorum* [25] *cingulum*. Poterit etiam pugnare cum inimicis, & ſuprâſcriptam orationem perorare alta voce poſt preces, & in omni aſcenſu & deſcenſu loci alti & depreſſi, & antelucano tempore, & in occurſu inequitantis Camelum. Quando ingreditur Meccam, debet priùs rectâ ire ad Templum quod primo intuitu ſalutans dicat, الله اکبر *Deus eſt maximus*, & لا اله الا الله *Non eſt Deus niſi Deus*. Et priuſquam accedat ad حجر اسود *Lapidem nigrum*, (ex quo olim Patrem Abrahamum ſuum [26] Camelum conſcendiſſe dicunt,) ubi iterum elatis manibus ad aures, uti ante orationem eandem dicat; & ſi ſine incommodatione ſociorum potuerit, ipſum Lapidem oſculetur, aut tangat manu & eadem faciem perfricet; aut tangat aliqua re quam habebat in manu, nempe Corollâ; aut ſignum faciat ſe velle oſculari, ſemper ea quæ ſupra dicendo. et Deum laudando, & pro propheta preces fundendo. Tum circumeundo Templum, peragat *Proceſſionem* illam quæ vocatur طواف القدوم *Circumitio* ſeu *Proceſſio boni-adventûs*, quam incipit à dextra parte portæ. Et extendat Stolam ſeu Palliolum ſuum ſub axillas mittendi gratiâ, & alteram partem projiciat ſuper humerum ſiniſtrum, & procedat pone الحطیم *AlHatîm* ſeu *Murum* illum humilem qui non pertingit uſque ad medium corpus: hunc murum ſepties circumeat, parvis paſſibus, ſed properando & humeros agitando in tribus prioribus *Circuitibus* اظهارا للجلادة علی المشرکین *in manifeſtationem certaminis contra Aſſociatores* (i. e. Chriſtianos) prompte & alacriter ſuſcipiendi. In quatuor reliquis *circuitibus* procedet gravi paſſu: et quotieſcunque præterierit dictum Lapidem, illum ſemper ſalutet. Et finiat Proceſſionem ſuam iterum oſculando vel amplectendo (ut ſuprà) dictum Lapidem: et oſculetur et ſalutet angulum Arabiæ felicis uti dictum Lapidem, quotieſcunque ante ipſum præterierit; nam ſic erit pulchrè actum et pie. Poſtea peroret duas *Inclinationes* عند المقام *proximè ad Mekâm*, petram ſic dictam quæ eſt portæ vicina, (et in illa Patris Abrahami pedum veſtigia oſtenduntur,) aut ubicunque commodius fuerit in Templo. Hæcque *Peroratio* poſt quaſlibet ſeptem *Circuitiones*, et illa *Oſculatio Anguli*, ſunt واجبان *duo neceſſaria*, quæ ex debito facienda ſunt. Et hoc modo abſolvitur *Proceſſio ſuo primo adventu*: et eſt *Sunna* pro extraneis, non autem pro incolis Meccenſibus. Poſtea idem alio tempore revertitur, et oſculatur *Lapidem nigrum*, et egreditur ad الصفا *AlSapha* ſeu *Claritatis* montem vicinum Meccano Templo extra portam بنی محدوم *Beni Mahdûm*, et aſcendit eum, et Templo ſe obvertens dicit الله اکبر *Deus eſt maximus*, et لا اله الا الله *Non eſt Deus niſi ipſe Deus*, et الصلوة والسلام علی نبینا محمد *Benedictio & Pax ſit ſuper prophetam noſtrum Mohammedem*; et tum ſublevatis manibus, orabit quod vult. Poſtmodum progreditur ad Montem المروة *AlMerwa*, i. e. *Silicum*, qui eſt Meccæ proximus plenus Silicum alborum, et ibi ambulat pedetentim: ſed in-

Editoris Notæ.

25 Nummos enim ad hunc uſque diem in zonâ ſua portant, ut in Evangelio dictum.

26 Alii dicunt, quod pro pulvinari capiti ſuo ſuppoſuerit.

ter

ter duos Cippos viridis currit citiùs quoniſque eos prætergrediatur; et facit id ſuper montem *Merwa* quod fecerat ſupermontem *Sapha*. Et hoc eſt locus *Circumcurſus* qui debet curri ſepties, incipiendo à monte *Sapha*, & finiendo in *Merwa*. Poſtea maneat in Mecca محرم *Sacratus*, & ex devotione agat Proceſſionem circa Templum quoties voluerit.

Quando autem erit ſeptima dies menſis *Zi'lHaggje*, Antiſtes aliquis concionatur, et docet Peregrinos ceremonias Sacrificandi. Sic etiam concionatur nona et undecima die ejuſdem menſis. Et quando peroraverit Orationem matutinam diei ترويه *Turwiæ* ſeu *Rotationis*, quæ eſt dies octava, (ita dicta, quod ea die Peregrini omnes ſolent bibere ex puteo Meccano *Zemzem* aquam dictam ماء زمزم *Aqua Zemzem*, et Camelorum ſuorum ſitim quoque ea die extinguere,) tum poſtea egredietur ad vallem dictam منى *Mina*, ibique permanebit uſque ad Orationem matutinam diei عرفة *Arafæ*: poſtea diſcedit ad montem *Arefat*; et quando declinat Sol, concionatur Antiſtes duas Conciones, uti in die Veneris fieri ſolet; et docet modum Sacrificandi. Poſtea perorat Orationem meridianam et pomeridianam, unam ſtatim poſt alteram, cum una *Præconizatione* et duabus *Aſſurrectionibus*. Poſtea diſcedunt populi una cum Antiſtite ad vicinum Montem dictum جبل الرحمة *Mons miſericordiæ*, ubi luſtrantur. (Et quidem totus Mons *Arefat* eſt locus Stationis et Commorationis, excepto medio montis.) Tum obvertit faciem ſuam verſus *Xiblam* ſeu *Meridiem*, manibus elevatis et vultu exporrecto, dicendo الحمد لله *Laus Deo*, et الله اكبر *Deus eſt maximus*, et لا اله الا الله *Non eſt Deus niſi ipſe Deus*, et prædictam Orationem اللهم لبيك *O Deus præſto ſum Tibi*, &c. Deinde precatur pro Propheta, et orat pro ea re quæcunque ſit qua indiget. Populus verò manet pone Antiſtitem in proximo, obverſi ad meridiem ut poſſint audire verba ejus. Deinde poſt occaſum Solis, impetuoſè proruunt cum Antiſtite ad مزدلفة *Muzdélefa* locum inter montem *Arefat* et vallem *Mina*: et quieſcentes prope Montem dictum جبل فرخ *Mons pulli*, ibi perorant Orationem veſpertinam et nocturnam, cum *Proclamatione* et *Aſſurrectione* una: et, ſi aliquis peroraverit Orationem veſpertinam in via vel in Monte *Arefat*, debet illam heic recitare. Uſque ad diluculum habent tempus perorandi, dum pernoctunt in *Muzdélefa*. Quando autem oritur aurora, orabunt--- [27] et manebunt in Templo Meccano, et facient idem quod fecerunt in *Arefat* et in *Muzdélefe*, i. e. perorabunt eaſdem Orationes. Et quidem *Muzdélefe* tota eſt locus Commorationis, (ſc. ubi eis commorari liceat,) excepta Valle dicta وادي محسر *Vallis deſpecta*. Quando autem mane ante ortum Solis iter faciunt Peregrini ad Vallem *Mina*, incipiunt in illa Valle projicere lapillos vel Siliculos à tergo ex media valle unum poſt alterum uſque ad ſeptem: et in qualibet Projectione, dicit الله اكبر *Deus eſt maximus*: non autem dicit amplius اللهم لبيك *O Deus præſto ad ſum*, &c. nec commorabitur in ea, ſc. in Valle [28] *Mina*. Poſtea ſi voluerit, mactabit Victimam; et tum radet Caput et tondebit myſtaces: licet enim homini mactare, non autem mulieri. Poſtea eadem die, vel mane, vel poſtridie ibit

Editoris Notæ.

27 Ali-Beigh omiſit hujus Orationis nomen.

28 Scribitur *Mina*: ſed vulgo pronuntiatur *Mina*, ut ſolent facere tam Arabes quam Turcæ in contrarium ſcriptionis in hiſce duabus Vocalibus.

ad

ad Meccam, & ibi peraget *Proceſſionem Viſitationis* ſine رمل *Reml* & سعي *properatione* et *curſu*, ſi jam iſta duo peregit in priore *Proceſſione*: ſi non, tum faciet illa. Poſt hæc licebit congredi cum mulieribus.

Tempus autem præcipuum pro mactatione [29] Victimarum, eſt poſt ortum auroræ diei نحر *Nehr*, qui eſt primus dies ٧ بيرام *Bairâm*. Quod ſi in illa die non mactaverint, ſed ad alterum uſque diem expectaverint, illa Victima erit reprobata. Poſtea redibit ad Vallem منى *Muna*, & projiciet tres Lapillos etiam ſecunda die ٧ *Beirâm*: & poſtea ſi voluerit, ibit ad Meccam. Et ſic poterit facere uſque ad quartam diem ٧ *Bairâm*, quouſque ter projiciat Lapillos ſuos: poſtea non. Et, ſi voluerit ibi permanere quouſque [30] Lapillos ſuos projiciat, bene quidem. Et, ſi voluerit projicere Camelo inequitans, aut pedes, poterit: noctes autem illas projectionis pernoctabit in *Muna*: nam abominabile eſt ante ſuum in propria perſona diſceſſum, ſupellectilem ſuam ante ſe mittere ad Meccam. Quando autem redibit ad Meccam, quieſcet in محصب *Mahſab* ſeu *loco glareoſo* ſaltem una hora. Et quando vult migrare ex Meccâ, peragat *Proceſſionem* vel *Viſitationem Reditûs* ſepties ſine رمل *Properatione* & سعي *Curſu*: & hoc neceſſario fieri debet ab extraneis, non autem ab incolis. Poſtea aquam ex puteo *Zemzem* hauriat, & bibat, & vadens ad portam Templi oſculetur ejus limen, & ponat pectus & ventrem ſuum & faciei genam dextram ſuper ملتزم *Multazim*, ſc. locum inter portam & lapidem nigrum, & leviter arripiat *Cortinam*, (i. e. Telam pictam quam Rex Turcarum quotannis mittit pro Tegumento Templi Caabæ, quam ideo vocant كعبه اورتوسي *Caabæ Operculum* ſeu *Tegumentum*:) & ibi precetur diligenter & ploret; et tandem retrogradus recedat, donec ex Templo exierit. Si autem Peregrinator ſacer non intraverit Meccam, ſed tantum ſe receperit ad Montem *Arefe*, ibique commoratus fuerit, abſolutus eſt à *Circumitione pro Adventu*, nec ullam pœnam luet pro ejuſdem omiſſione. Et qui commoratus fuerit in *Arefe*, (aut per eum tranſierit) una hora poſt declinationem Solis in die Vigiliæ, vel poſt ortum auroræ in die Victimarum, conſequetur meritum Peregrinationis, quamvis fuerit dor-

Editoris Notæ.

29 *Victima* apud eos Arabice vocatur قربان *Korbân*, quæ occidi ſolet tempore hujus *Beirâm* ſeu *Feſtivitatis*, quæ celebratur mactatione Beſtiarum & carnium diſtributione erga amicos, & præſertim pauperes. Finito enim totius menſis *Ramazâni* Jejunio, (ubi interdiu jejunatur, ſed noctu epulatur, & turres domuſque Lucernis publicis & artificioſis ſplendent,) ſequentis Menſis *Shawâl* Novilunio incipit eorum *Paſcha* Turcice dictum بيبوك بيرام *Beirâm magnum* per triduum durans, Arabice dictum عيد الكبير *Feſtum magnum*, & عيد القربان *Feſtum victimæ* ſeu *victimarum*. Et poſtea, ſc. poſt anni ſemiſſem celebratur كچك بيرام *Beiram parvum*, quod eſt حاجلر بيرام *Beirâm Peregrinantium* à Meccâ redeuntium, quod item triduum durat. Utrumque omni convivationis genere (vino excepto) celebratur. Sunt etiam qui vino indulgent. De Novilunio ſatis maturè obſervando valde ſcrupuloſi ſunt: ideoque ad altiores montes mittuntur Speculatores primam Lunæ apparitionem exploraturi; qui, quamprimum Lunulam viderint, ad urbem accurrentes proclamant مژدەلق Muzhdaluk *Nuntium*, qui omnibus eo audito Feſtivitatem mox orditurîs lætus habetur.

30 Lapillos & Glaream projiciunt, ad arcendum Diabolum, ne eos in ſuis Sacris peragendis turbet ſeve immiſceat, aut eos tentare aggrediatur, prout tentavit Abrahamum ne Deo obediret in immolatione filii ſui.

miens

miens vel deliquium animi patiens, & neſciverit quod ſit dies Vigiliæ. Cui autem elapſum fuerit hoc tempus, elapſum ei erit etiam meritum Peregrinationis; quapropter debebit *circumire* & *currere* & perſolvere omnes ceremonias in anno futuro, & non faciet Victimam (pro [31] omiſſione.) At, ſi aliquis deliquium patiens ſocio ſuo commiſerit ut pro ipſo peragat dictas ceremonias, veſtemque *Ihrâm* ſeu *Sacrationis* induat, illeque peregerit, bene erit factum.

Mulieres etiam has ceremonias peragent ut viri, excepto quod debebunt denudare faciem, non autem Caput: at ſi fiverit aliquod velum demiſſum ex Capite verſus faciem, licebit, modo illud velum non attingat faciem. Mulier autem Orationem اللهم لبيك *O Deus adſum Tibi*, &c. clara voce non recitabit, nec inter duos ſupradictos Cippos faciet رمل *Properationem* nec سعي *Curſum* ut viri, neque caput radet: ungues autem præſcindet, poterit etiam induere veſtes [32] conſutas: non vero appropinquabit ad *Lapidem nigrum*, quando viri ſunt circa ipſum. Et, ſi tempore illo quo induta eſt veſtibus ſacris peragens Naziræatum, abluet corpus totum, & omnes devotiones peraget excepta *Circuitione* Templi, quamvis poſt *Circuitionem Viſitationis* menſtrua habebit, abſoluta erit à *Circuitione Reditûs*, nec quicquam nomine pœnæ dabit pro omiſſione ejus; uti etiam ab ea abſolvitur incola Meccanus. At ſecundum Antiſtitem Ebn Mohammed & Ebn Juſuph, ſi incola redibit ex Valle *Muna* ad Templum Meccanum, non abſolvitur à *Circuitione Reditûs*.

De Ceremoniis in Viſitatione Ægrotorum et Agonizantium uſitatis.

Ægrotos viſitare apud Turcas pro صواب *bono-opere* ſeu *opere-charitatis* habetur, præſertim Parentes & Conſanguineos. Et Curatorum ſeu Parochorum officium eſt hoc omnibus præſtare. Viſitatores aliquid ex fructibus vel rebus medicinalibus ægroto adferre ſolent, & de ſalute corporis & animæ admonere: &, ſi vires ægroti id ferre poſſunt, etiam de adminiſtratione bonorum colloquuntur. Teſtamentum quoque in præſentia viſitantium factum 40 diebus ante mortem, eſt validum: alias invalidum. Hæredibus nihil derogatur, præſertim præſentibus: longe diſtantibus parum aut nihil datur; Fiſcales enim Regii بيتمالجي *Beit-mâlgji*, i. e. *Theſaurarii* dicti, ſibi uſurpant. Agonizare incipientibus Curatus vel doctior aliquis ægroto verſus meridiem ſe convertere jubet, pubem, ſub axillas, caputque radere conſulit, ungueſque præſcindere, nam poſt mortem non licet. Deinde perorat اللهم اعن هذه عبدك على سكرات الموت *O Deus, adjuva hunc ſervum tuum contra agones mortis.* Alii dicunt اللهم جيدي اسان ايليه *Deus migrationem ejus facilitet.* Poſtea Curatus legit Suratam يس *Yas.* Tum poſt lectionem, auribus aliquoties inculcat لا اله الا الله محمد رسول الله *Non eſt Deus niſi ipſe Deus, &*

Editoris Notæ.

31 Vultne pro compenſatione delicti? vel, propter omiſſionem, non permitteretur ei facere Victimam?

32 Nam *Ihrâm* virorum erat veſtis integra inconſuta, toti corpori obvolvenda.

Mohammed eſt prophetа Dei: & deinde iterum dictam Suratam repetit uſque ad 40 vel centum vices, quouſque ægrotus expiraverit. Mulieres pueros ab agonizantibus expellunt. Lugere & plangere mortuos pro peccato habetur: voluntati Divinæ aſſentire jubent. Poſt expirationem, Thymiama ex Ligno-Aloë, Storace, Ambrâ, vel aliâ aliquâ odoriferâ re accendunt, (Thus enim utpote Chriſtianorum Suffitum, non amant,) & cum eo corpus ter, quinquies, vel ſepties obambulant. Tercentum Aſpros ab aliquo [33] juſti lucri homine mutuo accipiunt, & pro prætermiſſis Precibus, Jejuniis, Eleemoſynis & Victimis mortui mira circumrotatione pauperibus piis diſtribuunt: hanc ceremoniam vocant اسكات *Iskât*, i. e. *Sparſio* ſeu *Diſtributio*, quæ pro ditioribus fit ſine ulla mora. Sepulchrum effoditur, ditioribus cum لحد *Lahd* ſeu *foſſa ſubterranea* in latere ſepulchri; pauperibus ſine dicta foſſa. Tum Syndonem conſuunt perfumantque, & corpore ſuper aſſere extenſo ac ſyndone obtecto, aqua tepida & ſapone unus ex ſenioribus Eccleſiaſticis corpus lavat, altero aquam adminiſtrante: alios autem aſpicere non ſinunt. Corpus ter lavatur: & tertia vice Camphoram admiſcent. Corpus lotum Capulo conditur, Sandapilæ imponitur, & à quatuor viris ad ſepulturam aſportatur: vicini ejuſdem Parochiæ ſubſequuntur, & viciſſim Sandapilæ accurrunt, eamque portare conantur, & pro tam bono opere indulgentiam peccatorum ſibi acquirere ſperant. Quod ſi mortuus fuerit ante veſperam, unde cito ſepeliendi tempus non fuerit, cadaverque in domo remanſerit, conveniunt vicini, & allatæ Coronæ precariæ (quæ ex magnis Globis ad modum pomorum conſiſtit, quamque cadaveri circumducunt,) aſſident, & *Lá Ilâh illallâh* recitantes, globos unus alteri porrigendo decantant. Feleſque à cadavere arcent: nam multi ignari & ſuperſtitioſi putant quod animam adhuc corpori aſſidentem abſterreant. Sed ſapientiores dicunt hoc fieri, ne forte felis ſupermingat, & ſic corpus polluat.

Antequam ad ſepulturam perveniant, corpus in Atrium Moſcheæ referunt, & lapidi مصلى طاشي *Moſalla tâſhi* (i. e. *Oratorii lapidi*) imponunt, & ميت نمازي *Meit namâzi*, i. e. *mortuorum preces* ſeu *Officium pro defunctis* ſtando ſuper Calceorum Calcaneis cum intentione (ſive ſit pro maſculo vel fœminâ, pubere vel impubere) ſine incurvatione & prolapſu, cum ſalutatione Angelorum recitant. Perorantes in tres ordines diſponuntur, etſi ſeptem tantum ſoli fuerint. Cadaveri مـــوذن *Muezzin* ſeu *Præco* præire debet, *Non eſt Deus niſi ipſe Deus* clara voce recitans: eſt quoque aliquis ſubſequentium amicorum mortui, *qui dicet*, الله رحمت ايلسون *Deus ejus miſereatur*, *Deus ejus miſereatur*. Statim ubi primum ad ſepulchrum pervenerint, duo homines corpus imponunt, & dicunt بسم الله وبالله وعلي ملة رسول الله *In nomine Dei, & cum Deo, & ſecundùm inſtitutum prophetæ Dei*. Poſtea occludentibus illis لحد & قبر *foſſam & ſepulchrum*, dicit Curatus اللهم اجره من الشيطان ومن عذاب القبر *O Deus, extrahe ipſum à Diabolo & à tormento ſepulchri*. Eos qui ſine Capulo ſepeliuntur, plus meriti reperturos putant: & à Capite uſque ad pedes unam amphoram aquæ effundi, (pro corporis refocillatione, vel ut alii volunt, pro herbarum viridium incremento,) bo-

Editoris Notæ.

33 Male partas pecunias pro Eleemoſynis dare nolunt, ne Deo non ſint acceptæ.

num

num ducunt. Poſt ſepultum corpus, aliquis ex amicis ſepulchro adſtantibus dicit, اللهم جاف الارض عن جنبيه و صعد روحه و لقه منك رضوانا *O Deus, diducas terram ab utroque latere ejus, & aſcendere facias animam ejus, remittaſque eam à te contentam.* Mox alter etiam elevatis manibus dicit. انا لله وانا اليه راجعون اللهم نزل بك وانت خير منزول جاف الارض عن جنبيه وافتح ابواب السماء لروحه واقبله منك بقبول حسن وثبت عند المسايل منطقه *Nos ſumus τῦ Dei, & adipſum revertimur. O Deus habitatum invit ad Te, Tu autem optimum habitaculum. Diducas terram ab utroque latere ejus, & aperias portas cœleſtes pro anima ejus, & acceptes eam pro Te bonâ acceptatione, & confirma ſermonem ejus tempore inquiſitionis.* Iſtam Inquiſitionem fieri credunt in ſepulchro ejus, quando nempe duo [34] Angeli mortis منكر *Munkir* & نكير *Nekir* dicti, mortuum in pedes vel in nates erigunt, illumque de Deo & de ſua religione, libris, &c. cum [35] percuſſionibus gravioribus ſeu cum quæſtione & tortura interrogabunt. Deinde tertius quoque erectis

Editoris Notæ.

34 Alias, Angelus mortem inferens nuntianſque vocatur ابو عزرايل *Abu Jabja*, qui eſt *Azrael*, Epitheto dictus قابض الارواح *Spirituum* ſeu *Animarum præbenſor*. Eum enim Animas corporibus ſolvere tradidere Perſarum Magi, quibus itaque is dictus eſt مردار *Mortis dator*.

35 Mohammedani credunt Animam poſt mortem cum Corpore manere vel circa illud volitare per tres aut quatuor dies, (prohibentes itaque omnia quæ Animam quovismodo abſterrere aut turbare poſſint,) donec factum fuerit Examen; & poſtea Animam migrare in medium ſtatum, ſeu potius medium tempus inter Mortem & Reſurrectionem dictum برزخ *Berzach*. D. Golius in Lex. exponit de *medio loco*, cum Authores unde hauſit, id non dicant: nam exponunt eſſe *medium tempus*; dicitur enim من مات فقد دخل البرزخ *Quicunque moritur, intrat in Berzach*; ſc. in temporis interſtitium ſic dictum. Deinde credunt inter Paradiſum & Ignem eſſe سور *murum* ſeu *Limbum* dictum عرف *Orph*, aut (ut in Corano plurali forma effertur) اعراف *Aerâph*, quod eſt inter Ignem & Paradiſum *interſtitium notum* ſeu *dignoſcens*, Igni proximum.

A Judæis etiam creditur ſuperſtitioſum illud de *Percuſſione* ſeu *Tormento Sepulchri* ſeu *in ſepulchro*, quod (ut Elias in *Tiſhbi* refert ex *Midraſh* R. Iſaac filii Parnach,) fieri ſolet quando Angelus mortis inquiſiturus veniens ſuper Sepulchrum ſedet, & mortuum (cujus Anima tum ſtatim in Corpus redit,) in pedes erigit, ipſumque cum quæſtione & tortura verberat catena ſemiferreâ & ſemiigneâ quam in manu habet. Prima verberatione diſſolvuntur Membra ejus: ſecunda ejus Oſſa diſſipantur; Angeli autem venientes colligunt ea. Et tertia vice percutiendo, redigitur in pulverem & cinerem, & redit in Sepulchrum ſuum. Unde dixit R. Meir, קשה דין חבוט הקבר מדינה של גיהנם שאפלו צדיקים גמורים ויונקי שדים ונפלים נדונו בו חוץ מי שמת בערב שבת והדר בארץ ישראל וכולי עיין שם *Gravius eſſe Judicium Percuſſionis ſepulchri quam Judicium Gehennæ, quantum ii etiam qui plane juſti ſunt, & Lactentes ubera, & Abortivi eo judicantur; excepto eo qui moritur in veſpera Sabbati, & qui moritur in terra Iſrael. Reliqua ibi videas.* Hebraïca recito ad emendandum D. Buxtorfium, qui hunc locum citans, legit *moritur* pro *moratur*, & pro יונקי שדים *Lactentes ubera*, legebat יונקי שרים *Lactentes Principum*, quos exp. *filios principum*, ſenſu minime idoneo. Qui cupit plura de hac re, videat Librum ראשית חכמה R. Eliæ ben Moſis de *Vidas*, pag. 49; & Librum הכונות R. Iſ. *Luria*, p. 55. 2. Conſtat hanc opinionem eſſe valde antiquam, tam quia extat in dicto Midrash quod Mishnæ fere cœvum, tam quia retinetur in publica Judæorum Liturgia, ubi inter *Beracoth* legitur, יהי רצון והצילנו וכולי *Sit beneplacitum tuum ut liberes nos à decretis malis & paupertate & contemptu, & ab omnibus ſpeciebus pœnarum, & à judicio Gehennæ, & à Percuſſione Sepulchri.* Eſt itaque Mohammedi ejuſque Aſſeclis inſinuata veterum Judæorum opinio ex amphibolia vocis שאול orta, & (ut in illa ætate ignorantes illi pro-

erectis manibus dicit, اللهم هذا عبدك وانت اعلم به منا وما نعلم منه الا خيرا وقد اجلسته لنسال اللهم فثبته بالقول الثابت في الاخرة كما ثبته بالقول الثابت في الحيوة الدنيا اللهم ارحمه والحقه بنبيه محمد صلي الله تعالى عليه وسلام ولا تضلنا بعده ولا تحرمنا اجره *O Deus, iste est servus tuus, & tu melius nôsti illum quam nos: nos autem nil nisi bonum novimus de illo. Et ecce jam considere feciſti illum ad examen, ô Deus: confirma igitur illum ſermone* [36] *firmo in altero Mundo; uti confirmaſti illum ſermone firmo in vitâ hujus Mundi. O Deus, miſerere illius, & adjungas eum Mohammedi prophetæ ſuæ (ſuper quem ſit benedictio Dei & pax,) & ne ſeducamur poſt ipſum, neque privemur merito ejus.* Hoc dicto, idem circumſtantes admonet, dicendo قردشلكوز ايچون مغفرت طلب ايدك والله تعالىدن فتثبيت استيك *Pro fratre veſtro remiſſionem petite, & à Deo confirmationem* [ei in religione ſuâ] *deſiderate.* Poſtea omnes conſident, & امام *Parochus* ſeu *Curatus* recitat aliquot Verſiculos ex initio Suratæ *Vallæ*, & ex fine ejuſdem: poſtea Suratam *Regni* integram, & ſepties Suratam *Salutis*: & alii plura adhuc recitant. Tum, diſcedunt, manente Parocho vel doctiore aliquo amico defuncti, (cum paucis forte propinquis,) qui ante faciem mortui ſepulti conſiſtens, alta voce clamat يا فلان ابن فلان *O dicat fili tu dicat*, ter. Poſteà cùm jam hac compellatione putet ſe eum reddidiſſe attentum, addit, اذكر العهد الذي خرجت عليه من الدنيا شهادة ان لا اله الا الله وحده لا شريك له وان محمدا رسول الله وان الجنة الحق والنار حق والبعث حق وان ساعة اتية لا ريب فيها وان الله يبعث من في القبور واذك رضيت بالله ربا وبالاسلام دينا وبمحمد عم نبيا وبالقران اماما وبالكعبة

Editoris Notæ.

ni erant errare,) fundata in male intellecto illo Davidico *Pſal.* XVIII, חבלי שאול *Dolores inferni circundederunt me.* Hinc, quia שאול tam *Infernum* quam *Sepulchrum* ſignificat, aliqui ex deliris Judæis perperam hunc locum interpretati ſunt de *Doloribus ſepulchri*; cum revera David ſuos Dolores eſſe maximos innuens, eos cum Doloribus Inferni comparavit. Nam alias Dolores in ſepulchro nemo nec ſentit nec credit, niſi in hac malè conficta opinione fundentur. In Verſione Anglicana eſt ſenſus ſanior, *Dolores Gehennæ.* Mohammedani in ſuis Catechiſmis docent quomodo Angelis Inquiſitoribus reſpondendum ſit, *Et quando interrogabuns te de Sectâ tuâ, dicas te eſſe Sectæ Al Hanifiæ, & quando de Religione tuâ, dicas te eſſe Religionis Abrahami*, &c. Secta enim Hanifiæ præ tribus reliquis Sectis majoribus magis orthodoxa habetur, eamque eſſe viam quam ipſe Mohammed ſectatus eſt affirmant. Dicta leguntur in Catechiſmo lingua Turcica exarato, cui Titulus كتاب احوال واصول دين *Liber de rebus & Fundamentis Religionis*, quem una cum aliis Codicibus MSS, mecum communicavit Doctiſſimus amicus *D. Gale.* Dicterum Angelorum Inquiſitorum unum credunt eſſe album qui eos ad virtutes excitat, alterum vero nigrum qui eos pro delictis taxat: utrique vero de anteacta vita inquirunt. Salutant illos genuflexi, dependentem barbàm interim manu tenentes barbati, imberbes manum pectori imponunt.

Hanifiæ

36 Hoc eſt, ut firmus ſit in negatione Trinitatis & in profeſſione Fidei Mohammedanæ in futuro Mundo, eodem modo quo firmus fuit & ſtrenue negavit Trinitatem in hoc Mundo.

وبالكعبة قبلة وبالمومنين اخوانا ربي الله لا اله الا هو وهو رب العرش العظيم *Memento fœderis cum quo exiviſti ex hoc Mundo, teſtando non eſſe Deum præter ipſum Deum ſolum, & Mohammedem eſſe prophetam Dei, & † Paradiſum eſſe pro certo, & Ignem pro certo, & Reſurrectionem pro certo, & Horam venturam eſſe de qua non eſt du-*

Editoris Notæ.

† Omnium voluptatum Paradiſus in Corano promittitur, ubi ſunt Horti cum Fluviis, & pulcherrimæ Virgines cum magnis oculis, quod in Oriente pulchrum habetur: ideoque Stibii ſeu Collyrii circulo oculos ambiunt & circumlinunt, ut majores eſſe videantur. Sed ſenſuales iſtæ Paradiſi voluptates à ſapientioribus Mohammedanis cenſentur allegoricæ, ut melius ab intellectu humano concipiantur; eodem modo quo in Bibliis ſacris multa dicuntur ἀνθρωποπαθῶς. Nam cum ad Legatum Maroccanum ſcribens commemorarem Hortum ad inſtar Paradiſi amœnum, ille me quaſi reprehendens reſcripſit, Paradiſum eſſe talem locum cui in hoc Mundo nihil aſſimiletur, talem ſc. quem nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in animum hominis intravit. Multi ex vulgo apud Turcas credunt Paradiſum eſſe virorum tantum, non autem Mulierum, nec eas habere Animas. Hinc D. Rycaut in Hiſt. Imp. Othomanici Anglice conſcripta 8vo, pag. 271, de Nuptiis agens, incaute illam opinionem ut veram & ratam tradit, his verbis, *Turcarum mulieres non habent principia Virtutis, Moralitatis, aut Religionis qua propter bona aut mala opera alteta vita præmia aut ſupplicia reſpiciant: ideoque diſſoluta ſunt hujus vitæ deliciis & voluptatibus indulgentes*: quantum nempe patiantur viri, qui (dicente Bellonio) apud Turcas mulierum Curatores habentur, qui pro eorum peccatis reſpondeant, ex vi prædictæ opinionis. Cum enim Eva ex Adamo deſumpta fuerit, fœminas poſt mortem in viros reſolvendas eſſe eiſque rejungendas fore, & una cum eis pœnas dare aut felicitate frui. Hæc autem aliquorum virorum opinio temeraria eſt, re non ſatis perpenſa. Nam plane contradicit Fidei Turcarum Regulæ Alcorano, ubi viris beatis in Paradiſo promittuntur fœminæ pulcherrimæ; quod fieri non poteſt ſi fœminæ ex Paradiſo excludantur. Vel ſi fœminis frui in Paradiſo allegoricum ſit, earum tamen in Paradiſum ingreſſus non eſt allegoricus; nam allegoria veræ hiſtoriæ ſuperſtruitur. Præterea nullus dubito quin in Officio pro defunctis (ut in omnibus Liturgiis fieri ſolet,) eædem formulæ fœminas æque ac viros reſpiciant, & pro utriſvis indifferenter recitentur: ideoque Ali-Beigh nullam agnoſcit diſtinctionem. Ego quidem in hac parte curioſus, fatebam ut de hujus opinionis veritate aut falſitate certior eſſem. Cum itaque initio Maii 1687 ex Turcicis Captivis Budaenſibus, ad Oxonium adducti eſſent Vir cœlebs formoſiſſimus 23 annorum cui nomen *Shabán*, & fœmina vidua nomine *Camina*, cum ſuo puerulo nomine *Mehmèd*, ego coram his linguâ Turcicâ (nam aliam non callebant,) proponebam Quæſtionem, *An ex Turcarum ſententiâ, fœminæ haberent Animas, & expectarent ſe tandem Paradiſum ingreſſuras?* Vir ſtatim Turcice reſpondebat non habere, nec Paradiſum earum eſſe. Mulier autem eadem lingua cum tanquam ſtultum & ignarum juvenem reprehendens, affirmabat fœminas habere Animas æque ac viros, & tam fœminas quam viros Paradiſum ingreſſuras; nempe reſuſcitatos omnes ſimplici pilo ſuſpendendos fore, impios quidem ſupra Gehennam, juſtos vero ſupra Paradiſum; & fracto pilo, hos in felicitatis, illos in Ignem ſupplicii locum, caſuros. Sic illa. Et, ſi hæc non eſſet fœminarum recepta opinio & fides, cur domi quotidie ſupplices Deo preces funderent, & ſuſciperent laborem faciendi Peregrinationem Religioſam itinere moleſtiſſimo, & cur viri hoc paterentur? Cum multis aliis quæ allegari poſſint. Cumque illa tam fortiter pro ſuo ad Paradiſum jure contenderet, ulterius quæſivi *Cur itaque apud Turcas fœmina nunquam adeant Templa?* Illa quidem faſſa eſt hoc verum eſſe; ſed propter hanc ſolam rationem, quod ſc. cum viris commiſceri non debeant: domi autem ad Deum preces fundere affirmabat. Hoc vero non verat, quin abſentibus viris aliquando ſolæ Templa ingrediantur precaturæ: nam ſubinde ingredi viſuntur. Unde D. Georgievitius dicit, *Quod ſi fœmina dum in Templo eſt, ſe ibi primo ſentit gravidam, partus ille vocatur* نفس اوغلي (ut ille exponit) *Spiritûs Sancti filius*. Sed fortaſſis *Sancti* nomen omittendum fuiſſet. In Græcorum quidem Eccleſiis eſt Γυναικεῖον, ubi fœminæ ſeparatim à viris recitatas Preces audire poſſunt; & viros videre, nec ab eis videri. Sed in Turcarum Eccleſiis nullus talis pro fœminis diſtinctus locus paratur: ideoque domi ſe continent. Supradicta autem inter viros opinio tanquam παιγνιῶδες jocosè potius quam ſerio proponitur, & à nullis niſi ignaris & incautis ut vera reputatur. Inter Turcas multi ſunt Prædeſtinarii, qui dicunt quod هر كيمك اجل يازلن كلور باشنده *Cujuſque Fatum ſcriptum ſit in ſuâ fronte* ſeu *Capite ſuo*. Sed plurimi alii contrariam ſententiam tenent, à peſtifera contagione fugientes, ſi tale quid accidat. Nam Sectæ & Opiniones inter eos æque ac inter Chriſtianos multiplices ſunt.

bium,

bium, & Deum reſuſcitaturum eſſe omnes qui in ſepulcris, & te amplexum fuiſſe ipſum Deum pro Domino, & Iſlamiſmum pro Religione, & Mohammedem (ſuper quem ſit pax) pro prophetâ, & Alcoranum pro Amiſtite, & [37] Caabam pro Kibla, & Fideles pro Fratribus. Dominus meus eſt ipſe Deus, non eſt Deus niſi ipſe, & ille eſt Dominus magni Empyrei, ſeu Expanſi maximi. Et poſtea demum perorata *Phâtiha*, iſti quoque ad domos ſuas redeunt.

Mortuórum pauperum corpora vicini ditiores ſuis ſumptibus humari curant: vel aliàs extenſo in platea corpore, nummi à tranſeuntibus expoſcuntur; quibus tandem vicini qui funeri interſunt, Veſpillonibus & Pollinctoribus aliiſque pro laboribus ſuis perſolvunt.

De Circumcisione.

CIrcumciſio non eſt eis adeo neceſſariò habita, quin in quibuſdam caſibus incircumciſi poſſint religionem Mohammedanam colere & profiteri. Nec hoc ipſis opprobrio vertitur: multi enim vel commoditate privati, vel jam ſeniores ad illam religionem accedentes, dolorem & carnis corruptionem pertimeſcentes, Circumciſionem tolerare nolunt. Circumciſio quavis [38] ætate inſtitui poteſt, in pueritia, adoleſcentia, virilitate, ſenectute: ſed potiſſimum in pubertate facta laudatur. Pueros circumcidendos cum pulcherrimis Veſtibus & Tiaris ornatos, & equis inſoſitos cum famulorum comitatu, ad domos amicorum mittunt, ubi variis modis oblectantur & dona recipiunt. Poſtea Parentes deducunt filium circumcidendum, ad locum expreſſè ſipariis velatum, (in quo jam Tonſor vel Chirurgus paratus, & penes ſe orbiculum plenum *raſuris alutæ* سختيان طلاشي *Sachtiyân dolâſhi* dictis ſervans, fiſcellam quoque & novaculam habens, expectat,) ibique caligis extractis, & puerò in pedes erecto, [39] Præputium fiſcellâ conſtrictum abſcinditur. Et cum puer præ dolore exclamat, unus ex duobus parentibus digitis in melle ad hoc comparato os ei obſtruit; cæteris ſpectatoribus acclamantibus الله الله الله *O Deus, ô Deus, ô Deus.* Interim quoque Muſica perſtrepit, tympana & alia crepitacula concutiuntur, ne pueri

Editoris Notæ.

37 De *Caaba* & *Kibla*, vide Notam 21 ſupra.

38 Puer circumcidendus non debet eſſe Infans, ſed ſermonis quodammodo peritus propter Confeſſionem quam recitare debet, *Non eſſe Deum niſi ipſum Deum, & Mohammedem eſſe Legatum Dei.* Fieri itaque ſolet anno octavo aut ulterius, quando puer jam gradiri didicit, & Circumciſori interroganti diſtincte reſpondere novit.

39 Vox *Fiſcella* huic loco vix quadrare videtur, cum *vas vimineum* ſignificet. Author autem pro *fiſſo virgulto* aut *molli vimine* uſurpare videtur. Judæi præputii cutem deducunt in laminæ argenteæ rimam quæ ad inſtar forficis eam firmiter tenet; ut dum in longitudinem tenditur, acuta Novacula (hodie non Silice) prope extremam Glandem ſubito amputetur. Quo facto, ut extrahatur ſanguis & citius ſanetur vulnus, Circumciſor ſaucium Membrum ſtatim ore ſugit, eiq; per modum emplaſtri applicat Gummi quoddam glutinoſum & valde ſanativum ex Nova orbe delatum, dictum *Copal* ſeu *Pancopal* ſive *Gume de Copei*; vel (ut à Judæis vulgo nuncupatur) *oleum de Copaiva*. Tot enim modis variatur nomen. Apud Judæos puerum circumcidendum manibus ferre & portare dum illa peragitur Operatio, honorificum habetur, quia tenens eum offert hoc Deo Sacrificium, novum in Eccleſiam membrum inſerendo. Et talis Suſceptor, vocatur סנדק *Sandak*, i.e. *Syndicus*; & [illegible] eſt בעל הברית ſeu *Dominus fœderis*, ſc. המילה *Circumciſionis*. Poſtea cum ſanatus eſt ſaucius, ſequitur טבילה *Baptiſmus*, qui eſt totius corporis immerſio, ad purificationem & à peccatis ablutionem. Infantes autem fœmellæ (quarum nulla Circumciſio,) cenſentur Baptizatæ in Parentibus: ideoque earum nullus fit Baptiſmus ſeu Lotio niſi adultiore ætate, contingente aliqua pollutione.

planctus

planctus & ploratus audiatur. Hoc facto, puero membrum prædictis raſuris obvolutum in manum datur retinendum, ne raſuræ excidant, & in lectum pulchre odornatum reponitur: parentes interim aſſident, & puerum laudant, quod intrepidus manſit, nec ploravit, &c. totaque nocte conſolantur, nec dormire permittunt; ſed raſuris ſanguine repletis mutatis, novas ſubſtituunt, & (arundinum aut ſtorearum cinere vel putridorum lignarum pulvere in vulnus prius inſperſo,) membrum manu tenere cogunt, donec ſanguis ſiſtatur. Nocte autem illa Hiſtriones Comœdias repræſentant, ut puer aſpiciens à ſomno abſtineat. Mane convivæ diſcedunt, & puer per 15 dies ſe in lecto continet: poſtea cicatrice obducta, ad balneum deductus abluitur. Nullæ heic preces peraguntur nec devotiones, præterquam quod Chirurgus in actu dicat بسم الله *in nomine Dei*. Divites filiis ſuis pauperum filios aſſociare ſolent, ut cum iis audaciores facti, Circumciſionis dolorem non pertimeſcant. Et tales poſtea toto vitæ curſu amicitiam colunt, ſeſeque mutuo سنتداش *Sunnat-dâſh* 40 compellare ſolent.

Editoris Notæ.

40 *Sunnat-dâſh* ſeu *Sunna-dâſh* Turcice a. v. eſt *Circumciſionis ſocius*. Nam *Sunna* eſt *Ceremonia, mos receptus* in genere; ſpeciatim *Circumciſio*: & سنة اولمش eſt cui *præfixa eſt Ceremonia*, ſcil. *pro more circumciſus*. Alias *Circumciſio* Arabice dicitur ختان *Chatan*. Et quidem ditiores nocte Circumciſionis parant lautum Convivium variis cupediis inſtructum. Ut vero *Chatan* obtinet in maſculis, ſic in fœmellis fieri ſolet Operatio dicta خفض Chafad *Depreſſio* ſeu *Suppreſſio*, ſcil. excreſcentis Caruncullæ ſeu Clitoridis, quippe quæ in quibuſdam fœminis ſit juſto longior & quoque exerta; quod in calidis regionibus ſæpius accidit, præſertim in Ægypto: in hiſce autem frigidioribus rarius. Tales ſunt quæ Arabice خنثى *Chontha*, i. e. *Androgyni* ſeu *Hermaphroditi* vocantur, Turcis *Nec vir nec fœmina* dictæ, utriuſque ſexus partes agentes, ad agendum aut patiendum ferè æquè paratæ: quæ itaq; dictæ Excreſcentiæ amputatione, ſuo ſexui reſtringuntur. In hac autem Operatione eſt nulla ſolennitas, utpote quæ non ſit ex aliquo religioſo ritu aut præcepto, ſed tantum ad tollendum naturæ vitium, quod coitum impediret. Plerumque tollitur fortiore Ligaturâ, quæ nutrimentum impediens, ex atrophiâ marasmum inducat; unde pars ſuperflua ſponte marceſcit & putreſcit, vel ſaltem abſque nimia ſanguinis effuſione amputari poteſt. Hoc fieri ſolet per Chirurgas mulieres, quæ ſuis amicabus in hac parte ſubvenire norunt. Sunt qui dicunt hanc in puellis Amputationem licitam eſſe tantum in Mohammedanorum Secta Hanifæa, non in tribus reliquis Sectis majoribus. Chriſtianæ autem in Syriâ & Ægypto non amputant. Plura heic addere ſuperſedeo, ne dum Philoſophis gratificari ſtudeo, caſtiores & delicatiores aliorum aures offendam.

Tituli ꝛũ Tatar-chan Crimenſis, ſeu minoris Tatariæ Regis, cujus familiæ Nomen eſt Gherai.

جناب امارت مآب اجالت نصاب دولت انتساب سعادت اكتساب
ذو القدر الاتم والفخر الاشم ذاهب مذاهب عزواقبال سالك مسالك
المجد والاجلال المختص بمزيد عنايت الملك المنان غازي كراي
خان قريم ودوغاي وجركس واق كرمان وطات وتامان وساير عظيم
اوردولرك خان وسلطاني ادام الله تعالي معاليه *Tu ad quem revertitur Imperandi poteſtas, Præfecturæ portio, Proſperitatis genus, Beatitudinis lucrum, completa pollens Potentia & ſpectabili Gloria; Tu qui ambulas in via Fortitudinis & Proſperitatis, Tu qui inſertus es in ſeriem Gloriæ & Majeſtatis, electus cum magna Gratia Regis propitii,* [i. e. Dei,] *Bellicoſus Gherâi-Chân, tũs Crîm, & Nogâi, & Circâs, & Albi-Kirmân* [al. *Albi-Caſtri*] *& Tat, & Tamân, & aliorum magnorum Ordorum ſeu exercituum Rex & Domine; Deus altiſſimus celſitudinem tuam perpetuet.*

Tituli

خليفهء روي زمين وسلطان سلاطين في ارضين مالك الرقاب امام
ملك المسلمين والكافرين شاه شاهان دوران پادشاه خواقين
عظيم الشان سلطان صاحب قران قيصر جليل نصرت نشان پناه خلق
جهان ظل الله في الارض راحت فشان سلطان روم ايلى واناطولي
وعربستان وعجمستان وتركستان وتاتارستان ويمن وسنكستان
وقبط وسريان وقرمان وكردستان جركس ابازه وكورجستان
صاحب بحر سفيد وسياه وعمان حاكم انكروس وافلاك وبغدان
وجزاير افريقيه وبربريستان وساير هزار وهزار ايالت وولايتلريين
وارثى سلطان محمد خان بن سلطان ابراهيم خان بن سلطان
احمد خان انار الله براهينهم وثقل باحسنات موازنهم *Vicarius (Dei)*
in ſuperficie terræ, Dominus Dominorum orbis terrarum, Poſſeſſor collorum hominem, Rex fidelium & infidelium, Rex Regum Mundi, Imperator Orientis & Occidentis, Imperator Chakanorum, magnæ authoritatis, Princeps & Dominus felicissimæ conſtellationis, Cæſar Majeſtoſus, Victoriæ ſignaculum, Refugium populi totius Mundi, Umbra Dei in terra quietem ſpargens, Rex Græciæ & Aſiæ minoris [ſc. Anatoliæ,] *& Arabiæ & Perſiæ & Turciæ & Tartariæ, & Arabiæ felicis & petrææ, Ægypti & Syriæ & Cara-Amaniæ & Curdiſtan, Circaſſiæ & Abazitarum & Georgianorum, Dominus maris albi & nigri & Oceani.* [ſc. maris ejus Oman,] *Princeps Ungariæ Valachiæ & Moldaviæ, Africæ, Algeri, et Barbariæ. nec non aliarum mille et mille Regionum ac Provinciarum hæres. Sultan Mohammed Chan filius Sultan Ibrahim Chan filii Sultan Ahmed Chan: Deus illuminet eorum axiomata, et præponderet beneficiis trutinas eorum,* [vel *illuminet Probationes* ſeu *Argumenta eorum, et præponderare faciat bonis actionibus trutinas eorum,] nempe in Die Judicii, quando omnium hominum Argumenta pro ſe & Actiones ad trutinam vocantur.

Tituli Veziri Supremi.

دستور اكرم مشير افخم نظام العالم مدبر امور الجمهور بالفكر الثابت
متمم مهام الانام بالراي الصايب ممهد بنيان الدولة والاقبال
مشيد اركان السعادة والاجلال مرتب مراتب الخلافة الكبري مكمل
ناموس السلطنة العظمي شيريبيشهء وغا وهزبر كوهسار هيجا
المحفوف بصنوف عواطف لطايف الملك الاعلى نصوح باشا انار
الله تعالى اجلاله وضاعف حشمته واقباله ويسر بالخير اماله
Senator venerandiſſime, Conſiliarie magnificentiſſime, Ordinator Mundi, Reipublicæ moderator cogitatione ſublimi [ſeu *firma*,] *negotia humana peragens conſilio ſcopum pertingente, Concinnator fundamenti* [ſeu *ſtructuræ*] *proſperitatis et felicitatis* [Othomanicæ,] *exaltator ſtabilimentorum beatitudinis et Majeſtatis* [ejuſdem,] *Diſpoſitor Dignitatum Vicariatus maximi, executor Legis Imperii magni, Leo querceti in Bello, Leo montanus in conflictu, coopertus variis gratiis et beneficiis Regis ſupremi, Naſuh Baſha: Deus æternam faciat tuam Eminentiam, et duplicet tuam gravitatem et proſperitatem, et ſecundet cum bono ſpes tuas.*

CASTIGATIO

In *Angelum à S^to Joſeph*, aliàs dictum *de la Broſſe*, Carmelitam diſcalceatum, ſui Ordinis in Iſpahân Perſidis olim Præfectum.

ANno 1681 Pariſiis prodiit Latine Liber dictus *Pharmacopœa Perſica*, cujus Tranſlatorem ſe libentèr præferre voluit ſupradictus Angelus, cum is revera ſit tantum Editor. Eam autem ex Perſico olim verterat P. Matthæus, ut (ſi opus eſſet) pluribus probare poſſem. Id quod iſte Angelus in eo præſtitit, erat alicubi Medicamentis Pſeudepigrapha adſcribere Latina. Cumque alieno Operi Nomen ſuum præfigere meruerit, id quidem diſerte non fecit, ſed inſinuavit tantum Opus eſſe ſuum, & Lectori ſupponendum reliquit, hunc Librum in Epiſtola dedicatoria vocando *Conatus ſuos*; hoc modo ſuum in Medicina Tutorem P. Matthæum debita laude fraudans, ejus nomen reticendo & celando. Circa annum 1685, in manus meas incidit dictus Liber, in cujus Præfatione poſtquam Editor ſatis appoſite de dicta Pharmacopœa & de re Medica diſſeruiſſet, mox extra orbitam vagatus, ſub prætextu excuſandi errores ſuos, aggreditur *Digreſſionem* ut ipſe vocat, circa nævos & errores in Evangeliorum Verſione Perſica in Bibliis Polyglottis facta per Simonem Perſam Tabrizenſem, & in eorundem Interpretem Latinum D. Samuelem Clericum, (me enim non tetigit,) fingitque *Editores vel ex hoc fortè capite impunitatis legem ſtabiliri ſibi pollicentes, tum quod menda hac peregrina linguæ involucris conſeguntur, tum quod diuturno hactenus totius Orbis Chriſtiani ſilentio maneant conſopita.* Addens, *quod haud probè noverit quis in hac parte magis nocens & reus, An ſc. antiquus Interpres Perſicum Simon filius Joſeph, An Verſionis Perſica Latinus Interpres Samuel Clericus, An Compilator ipſe Waltonus, An Author Annotationum Thomas Gravius horum trium Advocatus aut Vas.* Sic ille. Sed ſpes fefellit iſtum æmulum, qui hoc modo fictum pro ſe adornat triumphum, hinc ſibi impunitatem pollicitus, quod ſc. putaret omnes dictorum Bibliorum Editores jam tunc defunctos eſſe, & quod nemo apud nos ſupereſſet Linguæ Perſicæ peritus; adeoque ipſum tuto poſſe quidvis pro lubitu fingere & falſo taxare, & injuſtas ſuas Cavillationes cudere & proterre, crediliſque & ignaris obtrudere, nemine contradicente. Quod quidem tentavit, partim ut Opus à Reformatis ſuſceptum & cum laude præſtitum, invidioſe lugillaret; partimque (quod alicui faſſus eſt,) ut Polyglotta Pariſienſia (quæ prodeuntibus Polyglottis Londinenſibus depretiata ſunt,) vel meliori vel ſaltem aliquo pretio vendi poſſent. Ego autem jam paratus ſum monſtrare omnes illius Exceptiones eſſe meras Cavillationes & Prætextus ſine cauſa ulla, multo minus juſta; eaque quæ pro mendis taxat, recte ſe habere, iſtumque Cenſorem propriâ ſuâ virgâ vapulare; quod ſc. dum aliorum nævos & errores perſtringere fatagit, ſuæ ipſius inſcitiæ ſpecimen dediſſe, & vel craſſam ignorantiam vel affectatam malitiam prodidiſſe, compertus ſit. Supradictum itaque Perſam gratis ſtatuit *haud dubiè fuiſſe idiotam & incautum, qui rudiorem tantum patriæ dialectum addidicit.* Dignus quidem Cenſor! qui poſtquam ipſe 15 aut plures annos in Perſide ejuſque confiniis vixiſſet, doctiorem Perſiæ dialectum non didicit, nec quidem communiorum vocum ſcriptionem ſatis novit; uti plenius conſtat ex ejus *Gazophylacio Perſico*, ubi tam ampla errorum meſſis, ut omnes corrigere aliud ei ſuppar volumen conficeret: ibi enim quævis fœmina vix pejus in orthographia erraverit quam ille. Quod certiſſimo eſt indicio iſtum hominem inter ignarum vulgus garrire tantum didiciſſe, voces auditu accipiendo; Libros autem non ſatis evolviſſe, nec accuratum in ea lingua ſtudium poſuiſſe. Sed illud opus hoc tempore non tango, alio forte tempore tacturus. Impræſentiarum itaque ejus Pharmacopœæ me contineo; cujus tamen ſingulos errores & lapſus taxare, & injuſtas Cavillationes excutere & examinare, nec libet nec vacat: id enim nimis prolixum foret, & inter anguſtos hoſce quos mihimet præſcripſi limites continere impoſſibile. Prætermittam itaque eum *Bagdâd* confudiſſe cum *Babylone*, quæ duabus aut tribus à ſeinvicem diætis diſtant; cum hæc ad *Euphratem*, illa autem ad *Tigrim* ſita ſit. Taceo etiam quod *Zin el Abedin* exponat *Ornamentum ſeculorum*, perperam ex ſono captans ابدين pro عابدين, quod debuerat vertere *Ornamentum Religioſorum*, quod ejuſdem ſoni nomen notiſſimum & uſitatiſſimum; id quod facile percepiſſet, ſi in orthographia fuiſſet verſatior. Conniveo etiam dum ponit *Ganum* ſignificare *Divitem*; & *Lycium Caſpium* eſſe idem quod *Pouſh Derbendi*; cum in Libro Zeino 'l Attâr illud ut hujus ſuccedaneum conſtituatur, his verbis پوش دربندی — وبدل آن حضض. Hæc inquam, cum multis aliis omittendo, pauca ex eis quæ ad rem noſtram magis directè faciunt, cum ea qua par eſt ſeveritate, perſtringam: non tamen tanto livore quo ille ſupradictos Viros Doctiſſimos indigne paſſim tractavit, memorando *Waltonum & Complices in rem malam conſpirantes*, &c. Proh malam retributionem in eos quorum operâ prodiit terſior & emaculatior Bibliorum Editio quam Pariſienſis, & pluribus linguis cumulatior, ex melioribus & vetuſtioribus Codicibus MSS, unde Editionis Pariſienſis defectus & lacunæ plurimæ correctæ & impletæ ſunt;

& non tantum integri Verſus ſintegraque Capita, ſed & (qui in MSS Pariſienſibus deſiderabantur,) integri Libri Biblici ſuppleti ſunt.

Cum itaque viderem ſupradictos Viros Doctos in iſtius hominis Præfatione tam male tractatos; & loco laudis quam commeruerant, injuſte taxatos; perquiſivi ubinam terrarum reperiendus eſſet iſte Carmelita, quem tandem intellexi eſſe Amſtelodami, & D. Weſtenii ibidem Bibliopolium quotidie frequentare. Cum igitur D. Weſtenius nobiſcum eſſet in Oxonio, per illum miſi Epiſtolam ad *D. de la Broſſe*, ubi illum leniter & amice monui de duriore ejus cenſura eaque injuſta; & autoritatibus probavi vocum quas ille taxabat, uſum eſſe legitimum, & earundem Interpretationem Latinam eſſe veram, ipſiuſque malas inſinuationes eſſe fruſtraneas: petendo ſimul ut Reſponſum ad me mittere vellet, & obteſtando quod non contentionis, ſed veritatis amore hoc feceram, &c. Et poſtquam per integrum annum fruſtra expectaſſem, rurſus ad nos rediit D. Weſtenius renuntians ſe Literas meas tradidiſſe, & Dominum *de la Broſſe* ideo Bibliopolium ejus deſeriſſe, ne forte (ut conjicere fas erat) illum pro Reſponſo urgeret. Poſthæc vero, cum Papiſmus in Anglia triumphare incepiſſet, dictus يا برهنه *Nudipes* Carmelita (ut Perſæ vocant) liberavit foſſam & ad nos venit, & menſe Januario 168$\frac{8}{9}$ ad me in Bibliotheca publica ſe contulit; primo quidem fraudulenter & incognitus (duce D. Fairfaxio Jeſuita,) ut peregrinus per diſcurſum exploraturus qualis eſſem, & quid haberem dicendum. Cumque miſcueramus ſermones de quibuſdam rebus Criticis, ego conquerebar me de illis ipſis rebus de quibus tunc colloquebamur, ad *D de la Broſſe* ſcripſiſſe & (ut putabam) ei ſatisfeciſſe, quia nullum hactenus Reſponſum ad me miſerat. Tum dictus Fairfaxius dicebat illum ſibi notum eſſe, & ſe moniturum eum ut Reſponſum ad me mitteret. (Hæcque dum iſte Carmelita præſens aſtabat, dubius an ſe mihi revelaret.) Cum itaque ſignificaſſem me avere Reſponſum, ſequente die qui erat Saturni, abſente Fairfaxio (doli enim conſcius noluit rurſus cum altero comparere,) ad Bibliothecam rediit Carmelita, aliis aliquot ſtipatus, dicens ſe jam tum veniſſe ut mihi notum faceret nomen ſuum: quod cum nominaſſet, ſtatim inter nos orta eſt acris Diſputatio linguâ Latinâ. Cum autem videret ſe nihil prodeſſe poſſe argumentis ſuis, miſerum & puerile quærens refugium, exorſus eſt loqui Perſice, meque illâ linguâ aggreſſus eſt. Ego autem (præter ejus expectationem) prompte & alacriter in eadem lingua reſpondebam. Unde homo mirabundus ſtetit, & profeſſus eſt ſe multum mirari. Tum rurſus Latine altercati ſumus, ut aſtantes audire poſſent & inter nos judicare: & mox rurſus Perſice; unde rurſus miratus eſt. Deinde agnovit ſe à me prolixam accepiſſe Epiſtolam. Mihi autem quærenti cur non miſiſſet Reſponſum, regeſſit ſe jam veniſſe ut ore ſuo reſponſum mihi daret. Tum (cum eſſet clamoſus, eadem repetens, & nil novi afferens,) urgebam ſemel & iterum ut ſcripto daret reſponſum: ſed noluit, & toties recuſavit. Cum vero jam inſtaret hora undecima qua claudenda eſſet Bibliotheca, ſuaſi ut poſt prandium ad me vellet redire, ut Allegationes meas probare, & rem ei evincere poſſem: alias unius Affirmationes & alterius Negationes non multum valere, niſi quatenus ex Codicum Autoritate penderent. Ille autem poſt omnia plane recuſavit ad me venire, & diſerte dixit ſe redire nolle. Nec ex illo tempore illum vidi, quamvis tres ſaltem dies poſtea in Oxonio maneret.

Inter ea de quibus prima vice (illo tunc incognito) collocuti ſumus, dictum Authorem Perſicum accuſabat, quod in Evangeliorum Verſione Perſica Beatiſſimi Salvatoris Nomen non ſcripſerat يشوع *Jeſus*, ſed عيسى *Iſa*, (ſeu ut iſte Carmelita pronuntiabat *Aiſa*,) quod ille dicebat eſſe malitioſe factum, utpote quod ſonaret *Eſavum* potius quam *Jeſum*. Proh craſſiſſimam ignorantiam! Si iſte homo non fuiſſet valde ignarus, vel ſui oblitus eſſet, potuiſſet conſulere Xaverium ſuum Indorum Apoſtolum in Hiſtoria Chriſti quam pro Xaverio Perſice vertit ipſius Perſicus Magiſter Abdelſennarin, ubi promiſcue uſurpantur nomina يشوع *Jeſus* & عيسى *Iſa*. Et ſic noſter Simon in initio habet يشوع *Jeſus*, & paſſim عيسى *Iſa*. Et cur hoc culpabile ſit in iſto, non autem in altero, equidem non video. Potuiſſet etiam conſulere Perſicam Pſalmorum Verſionem in Iſpahân Perſiæ olim factam per Prædeceſſorem ſuum پادري جوان مير جماعت كرميليان *Patrem Joannem conventûs Carmelitarum ibi Præfectum*; cujus quidem Verſionis poſſidemus Originale Exemplar Authoris Sigillo & adſcripta manu munitum. Ibi inquam in Limbo MSti Sigilli quod initio Libri præfigitur, hoc ipſum Nomen ſcriptum eſt عيسى *Iſa*, uti in Bibliotheca publica Oxonienſi videre eſt inter Codices ex Muſæo ſupradicti D. Gravii emptos. Si itaque Carmelitæ in Perſia ſic ſcribunt inculpate, an ſolus noſter Simon Tabrizenſis Perſa culpandus eſt, dum iſti ſunt immunes? Quinimo in dictæ Pſalmorum Verſionis Præfatione, (quod miror,) Chriſti *Jeſu* nomen aliquoties ſcribitur عيسوي *Iſavi*, quod eſt vel

Eſavita

Esavita vel *Jesuita* utrum vis: Papa enim ibi vocatur جانشين عيسوي مسيح *Locum-tenens Jesuita Christi*, quod dictu profanum & horrendum. Perpendat Carmelita quid hoc sit, & excuset si potest. Sed ad rem: cum in Xaverii Hist. Christi Persice, & in Carmelitæ Prædecessoris Sigillo, & ab omnibus aliis in Perside hoc Nomen scribatur عيسى *Isa*, mirum est si *D. de la Broße* hæc prorsus ignoravit. Si non ignoravit, tum vel sui multum oblitus est, vel ex mera invidia detrectandi animo cavillare voluit in re de qua paucissimi essent competentes Judices, ut ita ille in iniqua sua Censura tuto agere posset. Nam procul dubio novit omnia sua esse gratis dicta. Sed nugator iste (ut videretur aliquid feciße,) pugnat cum umbris, ex suo cerebro eudens Chimæras & creans monstra & errorum portenta; sicut homo qui fingit sibi hostes de quibus victis triumphet, potius quam triumphare nolit. Alias enim optime novit quod dicto modo illud nomen scripsisse, ratum sit & receptus mos id scribendi per Orientem tam apud Christianos quam apud Mohammedanos. Cumque dictus Persa Christianus speraret quod sua Evangeliorum Versio aliquos Mohammedanos (inter quos vixit) convincere & convertere posset, an ergo uteretur Nomine يشوع *Jeshua* illis ignoto, vel potius عيسى *Isa* omnibus bene noto? Proculdubio tu ipse sæpius collocutus es cum Mohammedanis de Jesu Christo, & in illius Nomen credendum illis commendaveris: alias ad quid fuit Missio tua? Et tu loquens cum illis vel Evangelium prædicans, nonne usus es Nomine عيسى *Isa* illis notissimo? Alias per Nomina ab illis non satis intellecta, non extiteris apud eos potens Orator. Et jam نشرمايي *Nonne pudes te* (ut tuo ad me verbo utar,) prægogitatæ hujus malitiæ quam sine omni causa in Evangelicæ Versionis Authorem profudisti? In Alcorano Arabico & apud ejusdem Interpretes Persicos semper ita scribitur; non ex aliqua invidia, sed quod sit ubique receptissimus illud scribendi mos. Et, quod illi non cuderunt hoc, apertum est, cum non sit origine Arabicum, sed ipsi pro peregrino & exotico id habent: si autem malo animo id Christo affixissent, tum illud malum in significatione latuisset. Quod non sit: nam in *Ecteri* & *Turgjumân Arabe* plane dicitur esse nomen exoticum, vel Hebraicum vel Syriacum. Si vero in lingua Arabica aliquid significet عيسى *Isa*, est *Novacula Cos*, qua sc. excuitur Novacula; quæ quidem significatio nil mali in se continet. Præterea non potest esse ex invidia cusum & confictum, cum Mohammedani Nomen ejus hoc modo scribentes, bona semper de eo loquantur; nec ullus unquam Mohammedanus probrosum aliquid contra Christum protulit: sed è contra, tam in sermone quam in Libris suis mentionem ejus faciunt cum summo honore; illumque raro nominant, nisi facta comprecatione ﷺ *super eum sit pax*. Imo noster Angelus (quod contra suam sententiam facit,) in sua Præfatione agnoscit Mohammedanos Cœnobitas in Persida clam fateri *id esse inter eos Arcanum, quod Christus juxta testimonium Alcorani natus sit ex Virgine, & solus prophetarum nec mortuus nec moriturus, & in cœlum quarium evectus*. Si dicti Mohammedani Christum unquam vel in verbis vel in Scriptis calumniati fuissent, aut in minimis vituperassent, tum nostri Carmelitæ suspitio aliquam probabilitatis speciem habuisset. Sed hujus contrarium verum esse compertum est. Nam quamvis nolint aperte agnoscere eum esse Filium Dei, semper tamen reverenter ejus mentionem faciunt. Et certe si Christum in aliqua re vituperare voluissent & ab ejus existimatione aliquid derogare, id non fecissent in solo Nomine, dum in cæteris omnibus eum laudarent & honore afficerent. Ut vero planius constet quam bene de eo sentiant, in ipso Alcorano sub illo Nomine quod Carmelita ita suspectum habet, ipse عيسى *Isa* disertis verbis appellatur كلمة الله وروح الله *Verbum Dei & Spiritus Dei*. Et in Surata secunda legitur, اتينا عيسى بن مريم البينات وايدناه بروح القدس *Dedimus Isa filio Mariæ signa manifesta, & corroboravimus eum Spiritu Sancto*. In quem locum Commentator Persicus Mohammedanus habet عطا داديم عيسي كه پسر مريم بود نشانهاء روشن ومعجزات هويدا چون اخبار از غيب واحياء موت وغيره منن كرداديم اورا وقوت داديم بجان پاكيزه *Donavimus τὸν Isa qui filius Mariæ fuit, Signis claris & Miraculis evidentibus, sicuti est occultorum revelatio & mortuorum revivificatio: & fortificavimus eum eique potentiam dedimus per Spiritum Sanctum*. Cumque jam plane constet quod ipse Mohammed ejusque Assectæ Arabes & Persæ Christum Jesum tam bene excipiant, miror qua fronte iste Carmelita potuerit tam falso insinuare Christianum Persam malo aut indecoro nomine appellasse suum Salvatorem, quem certe alio quovis respectu honorat, & debito modo reveretur & veneratur. De futuro autem fortassis desinet nugari & falsas suas causationes prætendere; cum jam videat in Universitate Oxoniensi superesse aliquem qui nugas ejus quamvis linguæ Persicæ involucro

involucro contectas, coram omnibus exponere & retegere poteſt; & ea quæ in nos vibrat jacula quamvis perfica, in eum feliciter refundere, & ignita ejus miſſilia retorquere, novit. Hæc diſcurſu tantum inter nos tractata ſunt. Quid autem in impreſſa ſua Præfatione contra Tabrizenſem Perſam, & Reverendiſſimum Waltonum, & Doctiſſimos Viros Gravium & Clericum cum inani rationum ſpecie oblatrat, jam ſtatim ex parte videbitur & examinabitur.

In Præfationis pag. 38, querelam ſuam orditur, primo taxando Simonem filium Joſeph, quod *Spiritum Sanctum* vocet Perſice جان پاك *Gjân pâk*, quod ait hunc ſenſum efficere, *In nomine Patris & Filii & Animæ puræ*. Et quod dictus Simon proculdubio vere Schiſmaticus & Hæreticus fuerit circa Spiritus Sancti Divinitatem, quod Creatori adhibuerit جان *Gj-oun*, quod *Animam ſenſitivam* & *creatam* deſignat. Tum proxime conqueritur quod معمودیت *Baptiſmus* ſemel exponatur per شستشاه *Lavacrum*. Quod autem *Regenerationis Lavacrum* ponatur pro *Baptiſmo*, non indiget defenſione. Deinde objicit quod *Naturam Divinam* exprimat per nomen proprie *maſſam farinæ* ſignificans, nomen inquit quod Gallice *une bonne pâte* ſignificaret, vel alias *fermentum*: &, quod pro *Sicut Pater habet vitam in ſemetipſo*, hunc exhiberet ſenſum, *Sicut Pater habet vitam in perſonâ fermenti ſui*. Et poſtea, quod *Terſa* vox quam pro *Chriſtiano* adhibet, non ſignificet *Chriſtianum*, ſed *Ignicolam*; adeoque pro eo quod ſonare deberet, *Baptizando aquâ Chriſtianos facite*; &, *Quicunque ex aqua Chriſtianus fiet, ſalvus erit*, Simonem Tabrizenſem poſuiſſe vocem quæ potius ſonaret, *Aquâ adhibitâ Idololatras ſeu Ignicolas facite*; &, *Quicunque ex aquâ fiet Gentilis aut Adorator Ignis, ſalvus erit*. Et, quod propter hæc & ſimilia, omnes in Perſia Patres Miſſionarii hanc Verſionem ſpernant & dericulo habeant. Quid autem hoc ad rem? Proculdubio iſti Miſſionarii omnes alias Verſiones à Reformatis editas ſprevíſſent, ſi eas linguas calluiſſent: illorum itaque ignorantiæ debetur, quod non fecerint. Stulti autem ex multo riſu cognoſcuntur: & quis curat riſum miſerorum Fratellorum, qui plerunque ſunt indocti & eruditione deſtituti; nec quidem (quod maxime pudeat eos) in lingua Perſica ſatis verſati, ut ex eorum inepta cenſura patet. Nam ſi Sacerdotes Romani in Europa ſunt valde indocti, quid expectandum eſt ab illis in Oriente? Quicquid enim in Europa non perfecerant, in Oriente ubi eruditio rarior & philoſophia non cultior, minime perficietur. Ibi enim Miſſionarii non quidem doctrinæ acquiſitioni allaborant; ſed potius, eos quos Mohammed ſummo labore & induſtria ab Idololatria abduxerat, ad eandem (hoc eſt, ad Pontificiam Religionem) reducendo occupantur. Illorum ergo teſtimonium, cum ex ignorantia & erga Reformatos invidia proceſſerit, haud multum moror: nam ſi noſtri Carmelitæ objectiones ſunt frivolæ, haud majoris momenti ſunt ex ſociorum ejus ejuſdem farinæ qui cum illo ſentiunt. Poſtquam vero ſupradictis objectionibus in Simonem Perſam jam trecentis ab hinc annis mortuum (tanquam cum umbris pugnaturus) involaverat, deinde aggreditur D. Clericum taxare, *Quod quodammodo agnoverit dictæ Verſionis Perſicæ indignitatem, Syndereſis preſſus ſtimulo*; & *quod pateat ejus Conſcientiæ angor, errorum notam quam præcavere nititur, rejiciendo in Thomam Gravium*: &, *quod non preli neceſſitas, ſed ardor lucri eum urgebat inter tot Libros Sacros tam mendoſam Verſionem inſertre*, &c. Iſte homo amat aggredi mortuos qui pro ſe reſpondere non poſſunt: vivis autem parcit, miſericordiâ non erga illos ſed erga ſeipſum motus. Et nullus dubito quin Syntereſeos ſtimulus eum preſſerit cum hæc ſcriberet, dum conſcius ſibi fuerit omnes ejus objectiones eſſe frivolas. Omnia enim iſta quæ tam operoſe & tanto clamore inculcat, ſunt gratis dicta, meræ nugæ, & inanes bullæ leviſſimo quovis flatu tactuve evaniturræ. Namque iſte Sciolus, ſuam tam in lingua Perſica ignorantiam, quam erga Reformatos malitiam prodit, aſſerendo quod جان *Gj-oun* ſeu *Gjân* ſignificet tantum *Animam ſenſitivam*, & quod *Mens pura* (ut D. Clericus vertit,) potius exprimendum ſit per خرد aut روان: quod falſiſſimum. Nam lingua Perſica non habet in ſe aliam vocem magis propriam quam جان پاك *Gjân pâk* ſeu *Pâkiza*, qua *Spiritus Sanctus* exprimatur. Ideoque quotieſcunque روح القدس *Spiritus Sanctus* in Alcorani textu occurrit, toties ejus Interpretes Perſæ adhibent جان پاكیزه *Gjân pâkiza*, cum in ſua lingua alium exprimendi modum meliorem non habeant. Idem quoque fecerunt Miſſionarii in Perſide Patres Jeſuitæ qui Evangelia Perſice verterunt, ſcribentes quod Chriſtus conceptus eſt à جان پاك *Gjân pâk*, & in Deſertum ductus à جان پاك *Gjân pâk*, ut à Diabolo tentaretur, &c. Adeo ut, ſi Simon Perſa culpandus ſit, æque etiam culpandi ſunt dicti Jeſuitæ. Videat ergo Carmelita. Cumque ei obſtaret Perſicorum Alcorani Interpretum autoritas, non potuit evadere niſi prætendendo quod iſti Mohammedani ſint Hæretici & male ſentientes de Spiritu Sancto: quod certe minus probabile, cum *Spiritus Sanctus* toties illis recommendetur in ſuo Alcorano, & ut *Dei* Synonymum ibi ponatur. Nam ſive *Deus* ipſe ſive *Spiritus Sanctus* ibi nominetur, perinde habetur. Eſt ergo illius Aſſertio falſiſſima & gratis dicta, cum illi omnes de *Spiritu*

Sancto

Sancto æque ac de Deo rectiſſime ſentiant, uti tam ex Alcorano quam ex omnibus aliis eorum Libris conſtat, ubi nihil derogatorium de *Spiritu Sancto* unquam dictum eſt vel ab illis auditum. Quoad alias voces quas uſurpandas præſcribere vellet Carmelita, خرد *Chred* eſt tantum *Sapientia* ſeu *Scientia* hominum in genere; & روان *Revân* eſt *Anima ſenſitiva*: ideoque ſecundum ipſius Carmelitæ ſententiam, non poteſt eſſe vox digna quæ applicetur *Spiritui Sancto*, cum apud optimæ authoritatis Authorem Sheich Saadi in Libro Guliſtân Perſico commemoretur روان گوسفند *Anima ovis*. Ideoque cum à nemine hactenus in lingua Perſica poſſit reperiri vox aptior quam جان پاک *Gjân pâk* qua *Spiritus Sanctus* exprimatur, Carmelitæ incumbit vel aptiorem vocem reperire, vel in poſterum tacere.

Sed fortaſſis nulla ſit in quavis lingua vox quæ iſtius Carmelitæ exceptioni non pateat: cum vocum uſus & ſignificatio, ſit ex conſenſu hominum pro arbitrio impoſitus, qui omnium vocum uſum ſenſumque rebus ſenſibilibus primo applicarunt, cum hoc fuerit coram oculis & naturâ prius, dum adhuc rerum Metaphyſicarum prorſus ignari eſſent; donec poſtea cultiores evadentes, eaſdem voces à ſenſu proprio & primario ad ſenſum figuratum & metaphoricum tranſtulerunt, à naturali ad artificialem uſum trahendo, quod ſecundarium. Qui hoc non credit, conſulat Linguam Hebr. quæ omnium prima, quæ etiam (ſi quæ ſit) à Deo ipſo infuſa. Et in hac lingua omnes Metaphyſicas voces à proprio & primario ſenſu tranſlatas comperiet. Ex. gr. אל *El Fortis*, eſt *Deus* etiam, q.d. *Fortiſſimus*: & אלוה *Eloah* ab אלה *Alaha*, i. e. *Coluit*, eſt quoque *Deus* qui præ omnibus colitur. Et ſic erit res ſi expendimus voces יהיה *Jihje*, et אהיה *Ehje*, et מלאך *Malach*, et Θεὸς, et Ἄγγελος, et ejuſmodi alias. Et in רוח הקודש *Ruach hakkodeſh*, id eſt, *Spiritus Sanctus*, *Ruach* eſt *Ventus*, & hominis aut bruti *Spiritus* ſeu *Anima*, cum memoretur *Spiritus beſtiæ* qui deorſum tendit. Et tandem (cum non detur alia vox aptior,) pro *Spiritu Dei* uſurpatur. Et idem dicendum eſt de Arabico روح القدس *Rouho'lKuds*, & de Græco πνεῦμα ἅγιον, & de Latino *Spiritus Sanctus*. Hæc inquam omnia ſub eodem prætextu Cavillare potuerit Carmelita, cum πνεῦμα ſit à πνέω *ſpiro*; & *Spiritus* à *Spirando* ſit *Ventus*, & *Spiritus* ſit *Anima* quæ *inſpiratur*, & *Angelus* vel bonus vel malus. Imo *Spiritus Sanctus* ab Evangeliſta Matthæo Cap. IV, vocatur tantum Πνεῦμα, abſq; ulla reſtrictione aut diſtinctione quinam ſit Spiritus; adeoque ſecundum noſtrum Carmelitam de *Vento* intelligi poſſit, quaſi Chriſtus à Vento aſportatus fuerit in Deſertum ut à Diabolo tentaretur: quod abſit. Et ſane de hujuſmodi vocum uſu, id quod de facto verum eſſe comperimus, factu erat omnino neceſſarium, ut melius ſciamus quid dicimus, vocibus captui noſtro conformatis. Cujus rei neceſſitas ſatis apparet ex S. Bibliis, tam ex vocibus ſimplicibus quam ex complexis ſeu conſtructis ex quibus loquendi formulæ oriuntur: cum in Sacris Scriptis multa per hujuſmodi voces tranſlatas & figuratas dicantur ἀνθρωποπαθῶς, ut aptentur intellectui humano qui non concipit inviſibilia niſi per res viſibiles exprimantur. Ita ut quamvis indignum videatur Deo attribuere formam externam, ut faciem, & manus, & pedes; & quoque gaudium, & pœnitentiam, aliaſque animi paſſiones quæ impotentiam & imperfectionem notant; tamen videmus hoc fieri & factu neceſſarium: alias nec Nomen dandum eſſet Deo ejuſve Spiritui, nec de eis aliquid dicendum. Vocum enim Cuſores & ſignificationum impoſitores primi, eas primario (ut dictum) aptarunt rebus naturalibus, deinde poſtea & ſecundario ad res ſupernaturales tranſtulerunt. Igitur ſi Perſicum جان *Gjân* quod primario eſt *Anima ſenſitiva*, poſtea transferatur ad *Mentem Divinam* ſeu *Spiritum Dei*, non aliter fit quam in Lingua Hebraica & Arabica & Græca & Latina & omnibus linguis fieri ſolet & factu neceſſe eſt. Nam ſi talia non admittantur, (ut dictum) impoſſibile eſſet de Deo aut de Spiritu Sancto aliquid decore & digne exprimere eoſve nominare: adeoque de eis prorſus ſilendum eſſet. Ex his conſtat inanem iſtum Cavillatorem tot verbis quibus paginas ſuas onerat eiſque tument, plane nihil dixiſſe, ſed eum potius ſpiritu malitiæ & ignorantiæ tumuiſſe, & aerem tantum verberaſſe, cum nubibus pugnando, & ſtramina in Ventum vibrando & torquendo; vel alias tentaſſe ut luctaretur cum ſpiritu, quem tamen ſenſibiliter tangere non potuit.

Idem quoque dicendum eſt de altera Carmelitæ Cavillatione de uſu vocis سرشتن *Seriſhten* quod primario eſt *depſere* maſſam farinæ & deplendo temperare & indere ei fermentum. Deinde figurate سرشت *Seriſht* eſt i. q. Arabicum مزاج *temperamentum* & *indoles* hominis, et i. q. طبیعت *Natura*, à طبع *impreſſit*, q. d. quod ei impreſſum, vel quod ei indepſitur ſeu commiſcetur et contemperatur. Cum itaque Perſicum سرشت ſit i. q. Arabicum طبیعت, ſi Carmelita admittit hoc uſurpari

uſurpari poſſe de *Naturâ Divinâ*, non debet negare alterum, nec conqueri ſi apud Simonem Perſam بسرشتن tranſlate ſumptum *Natura Divina* applicetur. Ita ut quoad id quod de Deo dicitur, *Quod habet vitam in ſemetipſo*, ſi Perſa noſter expreſſerit *in ſemetipſo* per در بسرشت خود *in naturâ ſuâ*, non ſcio quid in hoc culpandum eſt, quin abſque ulla indignitate aut temeritate de *Naturâ Divinâ* dici poſſit. Iſte autem Carmelita (ut hypotheſi ſerviat,) pro lubitu non vult admittere vocum uſum figuratum et metaphoricum, quo nihil eſt frequentius: quo quidem argumento poſſet in omnes autores tam ſacros quam profanos pugnare eoſque damnare. Quis itaque non videt ejus Objectiones eſſe frivolas, et nullius ponderis Argumenta? cum ille ipſe nunquam abſque figuratis dictis locutus eſt nec eſt unquam locuturus. Nam eædem objectiones tam in quemvis loquentem quam in Sacra Biblia urgeri poſſint, ut ſupra notatum.

Maxima autem Carmelitæ querela eſt, quod Perſicæ Verſionis Author Simon Tabrizenſis utatur ترسا *Terſâ* pro *Chriſtiano*, & quod D. Clericus Latinus ejus Interpres ita exponat. Iſte Cenſor dicit in duobus Lexicis id exponi *Ignicola*. Sit ita. Sed quid eſt unius aut alterius Codicis autoritas contra omnes alios? Ego certo ſcio & pronuntio non dari aliam vocem puram putam Perſicam qua *Chriſtianus* exprimi potuit. Cur autem aliter ab aliquo Lexicographo exponatur *Ignicola*, hæc eſt cauſa: cum nempe ترسا *Terſâ* in quibuſdam Lexicis exponatur per ſolum كافر *Kiafir*, quod eſt in genere *Infidelis, perfidus, ingratus, apoſtata*: ergo alius aliquis ineptus Vocabuliſta rurſus alia voce ſimilis ſignificationis expoſuerit *Ignicola*, qui etiam dictorum infidelium cœtui annumerari poteſt. Quamvis vero *Kiafir* ex vi vocis generalem illam interpretationem admittat, Mohammedani tamen eo nomine peculiariter *Chriſtianum* intelligunt; id quod etiam Carmelita contra ſeipſum fatetur Præf. p. 3. Nam apud eos كافر *Kiafir* & نصراني *Naſrâni* ſunt termini convertibiles: ideoque dum in Libro *Waſilato'lMakâfid* ترسا *Terſâ* exponitur كافر *Kiafir* ſeu *Infidelis*, tamen dicti Libri Epitomator legit ترسا نصراني *Terſâ eſt Naſrâni* ſeu *Chriſtianus*, plane indicando qualis *Infidelis* intelligatur. Liber *Nimetullâh* Laudianum in Bibliotheca Oxonienſi duas expoſitiones illas conjungens legit ترسا نصراني كافر *Terſâ eſt Naſrâni ſeu Kiafir*, ſc. talis infidelis qui Chriſtianus appellatur. Et ut in dictis Libris Perſico-Arabicis *Terſâ* exponitur per *Naſrâni*, ſic in aliis Libris Arabico-Perſicis, *Naſrâni* vice verſa exponitur per *Terſâ*: ſic Liber *Mokaddema Adâb*, نصراني ترسا *Naſrâni eſt Terſâ*, ſeu *Chriſtianus*. Et ibidem قس دانشمند ترسايان *Sacerdos eſt Doctus* τῶν *Terſâ* ſeu *Chriſtianorum*: & راهب زاهد ترسايان *Monachus eſt Religioſus* τῶν *Terſâ* ſeu *Chriſtianorum*: & اسقف قاضي ترسايان *Epiſcopus eſt Judex-Eccleſiaſticus* τῶν *Terſâ* ſeu *Chriſtianorum*: & فصح عيد ترسايان *Paſcha eſt Feſtum* τῶν *Terſâ* ſeu *Chriſtianorum*. Quoad eum ex Roſario Perſico Verſum in quo Gentius male vertit *Terſâ* eſſe *Simulacrorum cultorum*, in eundem Librum Commentator Arabs inter Codices Seldenianos in dicto Verſu voces كبر وترسا aliter rectius exponit المجوس والنصارى *Magjûs & Naſâri*, i. e. *Ignicola & Chriſtiani*. Si autem hæc omnia Mohammedanorum teſtimonia non ſufficiant, addam Alcorani Commentatorem Perſicum: ubi enim in Alcorani Surata 2da legitur, قالوا لن يدخل الجنة الا من كان هودا او نصراني *Dixerunt, Nemo ingredietur Paradiſum niſi qui ſit Judæus aut Chriſtianus*, ibi Comm. كفتند جهود كه ببهشت نرود الا جهودان ونصاري كفتند كه ببهشت نرود الا ترسايان *Dixerunt -- Judæi, quod ad Paradiſum non ibunt niſi Judæi, & dixerunt Naſrâni quod ad Paradiſum non ibunt niſi Terſâ* ſeu *Chriſtiani*. Et mox in eadem Surata, قالت اليهود ليست النصاري على شي وقالت النصاري ليست اليهود على شي *Dixerunt Judæi quod Chriſtiani non ſint de re: & dixerunt Chriſtiani quod Judæi non ſint de re.* Ad quem locum Commentator Perſicus, كفتند جهودان نيستند كروه ترسايان برچيزي از دين حق وكفتند

وكفتند ترسايان ديستند جهودان برچيزي كه معتدبه باشد

Dixerunt Judæi, Non ſunt ꝓ Terſâ in aliquâ re religionis vera: & dixerunt ai Terſâ quod Judæi non ſint in re aliquâ tolerabili ſeu quæ tranſire digna ſit. Quod itaque *Terſâ* ubique et ab omnibus pro *Chriſtiano* uſurpetur et accipiatur, ſatis ſuperque conſtat: quod probandum erat. Hujus autem Nominis prima notio eſt, quod ſecundum vim vocis Grammaticalem Perſice eo ſignificetur *Timens*, ſc. Deum; quaſi Emphatice is dicatur *Chriſtianus*, qui eſt maxime timens Deum. Et eadem eſt notio Arabicæ vocis راهب *Râhib*, i.e. *Timens*, qua ſignificatur *Monachus* ſeu *Religioſus*, utpote qui notetur præ ſe ferre timorem Dei. Talis ſc. eſt utriuſque Grammaticalis ſignificatio primaria. Uſus autem voluit ut ſecundario illud pro *Chriſtiano* in genere uſurpetur, et hoc pro *Monacho* Chriſtiano in particulari accipiatur.

Hoc modo Lector, pugnavi cum nihilo, hoc eſt cum Carmelitæ Objectionibus, reſpondendo ad illa quæ reſponſum non merentur. Sed quia res controverſæ ſunt in lingua noſtratibus ignota, nolui ut inultus triumpharet talis Nugivendulus; nempe nec in mortuos qui pro ſe reſpondere non poſſunt, nec in vivos qui linguæ Perſicæ peritiâ deſtituuntur. Nam alias vix operæ-pretium duxiſſem in tam frivolas Cavillationes animadvertere, ſi non fuiſſent in peregrina lingua, adeoque ignorantibus aliquid eſſe viderentur. Quam facile (Domine Carmelita) inanes tuæ bullæ profligantur! Nonne cum hæc ſcriberes, conſcientiæ ſtimulus te tetigit pupugitque? cum impoſſibile ſit quin tibi conſcius fueris iniquæ inſimulationis, tuaſque Objectiones nihil in ſe habere. Et cum probe noveris tua omnia eſſe nugas, nonne potuiſti ſine tanto rancore & virulentia ea proferre? Noſti enim nil ponderis ineſſe præter venenum; et te in nulla re præponderare poſſe, niſi in inſulſis dicteriis. Si autem auſus fueris aliquid reponere, nec tibi ſuffecerit hoc modo vapulaſſe, pejus adhuc vapulabis: nam ſtylum contra te exacuam, quem longe adhuc pungentiorem perſentiſces.

والسلام علي من اتبع الهدي

TRINITY COLLEGE
LIBRARY.
CAMBRIDGE